

N. Inv.
2106.

1.

+

219

Lucidissimae in Philosophia

Auditoribus ... Perspicacissimi

ill.mo D. ... Praesidi

... Gymnasii ... Pro-

fessore ... Sermo ... [illegible]

Per me vero Albertum S[illegible]

... ex ore ipsius calamo [illegible]

[illegible]

Et ... Deus in ... [illegible]

... [illegible]

+

Lucidißima in Aristotelis de Physico Auditu libros Periphraseos, ab Excellentißmo D. Archangelo Mercenario Celeberrimi Gymnasij Patauini, Philosophiae Professoris. Anno Salutis nrae clↄ d lxxx°

Per me uero Albertum Scheliga fideliter ex ore ipsius calamo excepta.

Est Deus in nobis agitante calescimus illo
Sedibus aetdereis spiritus ille uenit.

Præfatio.

Naturalis scientia quæ nunc proponitur a nobis nil aliud est nisi contemplatio corporis naturalis, tum ad universum tum quo ad singula, relictis individuis, dicitur enim scientia tum quia per causam habetur, tum quia causæ rationem constituit. Et quoniam Corpus Naturale dupliciter spectari potest, ut quoddam genus est et Naturale corpus. Secundo quo ad singulas eius species. Considerat Naturalis Philosophus utroque modo, et quoniam notitia generis præcedit species, proinde auspicandum erit a generale tractatio corporis Naturalis quæ habetur in Physico Auditu. Contemplatio vero nihil aliud est nisi contemplari principia et passiones, quorum sunt duo Interna, Materia et forma, Externa finis et efficiens. Affectiones communes, locus, tempus, et motus. Idcirco in his octo libris contemplatur corpus Naturale in universum, et quoniam sequitur post contemplationem corporis naturalis species, aggrediendum erit de specie, quæ cum sit prima species motus, ideo tractavit de illa quæ constituitur his .5. elementis ordine dispositis, nec fieri potest ut citra ea habeatur totius cognitio. Cælum vero est ut causa. Elementa, ut causata, quæ tribus modis spectari possunt. Primo ut sunt partes universi 2°. ut partes mixti. 3°. ut ipsa sunt quoque modo alterata et varie affecta inter se. Primo considerantur in libris de Cælo, ut partes universi, et quia non constituunt nisi partes quæ sedem habeant in universum ut leviora et graviora, ideo considerantur ut sunt partes graves et leves universi, quæ sunt moventes qualitates et quia

Elementa

Naturalis scientia nil aliud est nisi contemplatio corporis naturalis.

Dicitur autem scientia tum quia per causam habetur tum quia causæ rationem constituit.

Corpus Naturale dupliciter spectari potest.

ut quoddam genus est

Quo ad singulas eius species.

Physicus Naturalis considerat illud utroque modo.

principia rerum naturalium et passiones.

Affectiones Communes

Elementa tribus modis spectari possunt.

ut sunt partes universi, considerantur in libris de Cælo.

Elementa alterantur, ea propter post Tractationem uni: II Ut ipsa quoquo-
uersi declaratam in libris Metheororum tribus, ut sunt mo alterant. de
inter se disposita. Ut uero sunt partes mixtorum conside: ijs in lib. Metheor.
rantur in libris de gñatione et corruptione. Mixta III Ut sunt partes mixti in libris de gñe et corrupt.
uero sunt duplicia, ut sunt animata et Carentia anima. Mixta duplicia Animata et Inanimata
De Corpore igr Nali in 8 libris Phisicorum tractat Aristo.
de eiusdemq speciebus et passionibus in uniuersum. De Pri:
ma specie et de eius partibus in libris de Celo, de Elemẽ:
tis ut sunt partes mixtorum in libris de gñatione et corrup.
De Elementis Alteratis in tribus Metheororum. De Aialibus
in Sexto, In Septimo de Plantis. De Animalibus est
quaedam confusa doctrina, docet tamen eorum modum uiuen:
di et intereundi et generandi. De operibus [illegible]
de motu [illegible] totã scientia de Animalibus uersatur ut circa
principia et proprietates eorum. Ex quo subiectum siue ma Subiectum Phie Nalis
circa quam uersatur Naturalis Philosophia, nihil aliud corpus nale. q
est nisi corpus naturale. Hocce si quis querit ubi de: habet in trinsecũ motus et quietis
finiatur dicendum est, quod habeat intrinsecum motus principium.
et quietis principium: Nam corpus sumpsit, quod natura Corpus Nale hic sumpsit q
habeat et dicatur per nãm. Natura uero est intrinse: nãm habeat et dicatur p Nãm
cum quid motus eius corporis in quo est. Igr Illud est q
habeat principium eius corporis in quo est. Definitur n.
corpus in 2 de Phisico Auditu Cont. 1. et 4. Hoc n.
corpus quod est subiecta mta in Philosophia naturali
est commune corpori nali, alterno et mixto. Enim uero
considerat omnia corruptibilia que sunt inferiora.

Subiectum

Subiectum.

Subiectum est corpus naturale in universum sumptum vnde dicitur discrimen est, quod in vniversa Philosophia corpus n(atur)ale sit subiectum, in libris vero partitis, aut species aut corpus. In libris vero de Physico auditu primo principia et de proprietates considerat, quo fit ut hi libri seruentur in duas partes principiorum in 1. et 2 libro proprietates in reliquis. Et haec series tractandi est ordini naturae consentanea. Nihil n(on) p(otes)t recte intelligi de Subiecto nisi principijs explicatis. quorum tractationem cum ad naturam enucleandam corporis naturalis consequantur species et proprietates proxime in posteriores de ijs quae ad naturam et essentiam corporis p(er)tinet tractandum fuerit. Motus vero dividitur, in generationem alterationem, augmentationem, corruptionem et in motum localem.

Cur hi libri inscribantur de Physico auditu.

Inscribuntur hi libri de Physico Auditu, quia Simplicius Aristotelem dicit tanto studio elaborasse tantaque industria in his libris, ut digni propterea fuerint qui ab omnibus audirentur. Scientia Naturalis igitur constituitur ex contemplatione corporis n(atur)alis. Ars vero constituitur ex fine.

Lectio 2

Absolutis ijs que primum prefari opere pretium erat Arist. de prin-
cipijs rerum naturalium verba facturus, ex quibus perfecta pendet
rerum naturalium cognitio, priusquam de huiusmodi principijs disserat pro-
hemium proponit, in quo suam intentionem patefacit Methodumque explicat,
nec non ordinem modumque docendi in pertractandis principijs
declarat, que omnia magis opportuna esse videbuntur, priusquam ordine ag-
grederetur de principijs naturalium constantium. Et in hoc contextu primo — Cont. 1. in quo suam Arist. intentionem patefacit
suam Arist. patefacit intentionem, eamque esse affirmat de principijs
rerum naturalium, et huius instituti causam declarans inquit Proinde
de rerum naturalium principijs disserendum esse, quoniam fieri est impossibile
ut perfecta cognitio rerum naturalium habeatur absque principiorum notitia,
ex quibus res Naturales dependent, siquidem scientia est perfecta cogni-
tio non habetur, nisi per causam et principia ipsius rei. Ut autem
Methodus inveniendi hanc intentionem aperiatur, et fiat conspicua — Methodus inveniendi hanc intentionem,
silentio minime preteriri debet Arist. inde auspicatum esse. nam
ob oculos ponuntur corpora ista Naturalia, ideo autem erant cognoscen-
da, quoniam non satis erat spectare oculis corpora Naturalia, sed ipsorum
perfecta cognitio pervestiganda. Quoniam vero perfecta ipsorum cogni-
tio minime poterat haberi nisi ex cognitione principiorum, proinde
operepretium erat ut de principijs haberetur oratio, et hinc Arist.
suam colligit intentionem, dicens itaque primum de principijs rerum
Naturalium disserendum est, ita ut ex notione finis et per resolutionem
Arist. suam hanc invenerit intentionem, de Principijs
primo disserendum esse. Hac habet in primo Contextu in quo
intentionem ponit, et intentionis causam, quam causam
profert illa Cognitio. Quoniam vero, ut sensus sit, quia
non contingit aliquid scire et cognoscere quod causam
habeat nisi ex cognitione principiorum ex quibus dependet.
proinde de principijs disserendum est. Sed quia numeris omnibus
absoluta cognitio illa est in qua non solum cognoscuntur prin-
cipia proxima et immediata rei, sed etiam remotissima

tunc enim

tunc .n. perfecta habetur hominis cognitio, quando e principia proxima, ut proxima materia, e proximum agens cognoscitur e principia remotissima, ut pote materia prima, Primus Effector rerum omnium Deus. Opt. Maxi. Propterea Arist. ostendat perfectam rerum Naturalium cognitionem consistere non solum in cognitione principiorum, quae finitima sunt, sed etiam in notitia causarum quae remotissimae sunt, adiecit illam propositionem dicens Tunc arbitramur unumquodque perfecte cognoscere cum cognoscimus prima principia etc. quasi dicat cum cognoscemus prima proxima usque ad Elementa id est ad principia remotissima quae amplius in alias causas resolui non possunt, quibus omnibus cognitis tunc plena perfectaque rerum Naturalium habetur notitia e scientia. Hinc illud nobis perspectum esse debet in cognitione perfecta, faciendam esse resolutionem usque ad principia e causas remotissimas, quae resolutio nisi fiat, imperfecta e adumbrata cognitio rerum solum habetur. Verum quia huiusmodi principia de quibus propositio fit valde secreta admodum e occulta erant cum e sensus nostros effugiant, nec de his cum essent ignota, aliquo pacto Tractatus haberi possit, nisi antea inuenirentur e cognoscerentur. idcirco prius huiusmodi principia cognoscenda erunt, quia uero non poterant cognosci, nisi conuenienti via e Methodo, e app Arist. in Cont. secundo Explicat viam e Methodum, qua huiusmodi principia commodi cognosci possint e inueniri, quam scire Methodum e uiam apprime necessarium erat Arist. ~~dato~~ declarare, si quidem frustra quis finem ~~aliquem illum consequi posse~~ aliquem proponere uidetur nisi etiam viam Methodumque proponat. qua quis finem

In cognitione perfecta faciendam esse resolutionem usque ad principia e causas remotissimas.

Contex 2. Methodus qua principia commode cognosci possint

finem illum consequi posset. Declarans aut Arist: viam hanc inquit decentem, idoneamq esse ex notioribus nobis principiorum cognitionem esse, qa ita a natura nobis insitum est, Ut a notioribus nobis auspicemur. ex quibus fiunt nota et conspicua ea, quae sunt nota nã, ut potè principia, quae licet nobis ignota et occulta sunt, tamen suapte natura nota esse dicuntur. Deus-n. Opt. Max: ipsaq materia prima, quamvis nobis occulta sunt, attn suapte natura nota esse dicuntur, sicuti etiam Sol quãvis a nobis vix spectari possit, tamen sol suapte nã maxime visibilis est. Cetera quia non satis erat Arist: dixisse Methodum inveniendi principij esse a notioribus nobis, sed operepretium erat declarare, quae sunt ista notiora nobis ex quibus principia nobis innotescere possint. Quare ne aliquod dubitandi locum relinqueret in 3 cont: declarat quae sunt ista notiora nobis. ea autem statuit quod sunt confusa magis, ex quibus nota fiant principia et Elementa per divisionem earum factam. Ut autem intelligatur quae sunt ista confusa ex quibus principia innotescant, ad Arist: progressum confugere nos oportet, nam ipse in progressu investigans principia rerum nãlium accipit hoc fundamentum: Omne quod fit et oritur, dicitur fieri et oriri ex suo praefinito contrario, Ut inductiva ratione satis patet in generatione, accidentium substãrum et artefactorum, quae cum oriuntur ex suo praefinito contrario oriuntur et fiunt. Ex qua radice Arist: ostendit principia esse contraria ac proinde non esse unum sed plura si quidem contrarietas in uno minime servari potest. Volens postea Arist: ostendere ampliter principia debere contraria

detur aliq

Declarans idoneamq esse ex notioribus nob principiorum cognitionem esse, qa ita a natura nobis insitum est ut a notioribus nob auspicemur.

Quae sunt ista notiora

Cont: 3a

Notiora nobis quae sunt magis confusa.

Fundamentum investigandi res naturales

Omne quod fit et oritur dicitur fieri et oriri ex suo praefinito contrario.

principia esse contraria, ac proinde non esse unum sed plura.

Altera propositio Nullum contrarium retinere et suscipere potest alterum contrarium.

letur aliquod principium, atque ita volens materiam introducere in ordinem principiorum, accipit aliam dignitatem et propositionem ut in contextu 51. quae autem est. Nullum contrarium retinere et suscipere potest alterum contrarium, ex qua propositione et dignitate Aristoteles ostendit et materiam introducat. Nam si principia sunt contraria atque unum contrariorum alterum contrarium minime recipere potest: Ergo preter principia contraria, atque unum contrariorum alteri, dari tertium principium quoddam oportet quod contrarijs subijciatur. Quamobrem cum Aristoteles in progressu inveniat principia ex his dignitatibus et propositionibus confusis et universalibus, quae duae sunt. Omne quod fit ex suo contrario fit, Secunda est. Nullum contrarium recipit suum contrarium, iure dicendum est per confusa ex quibus principia innotescunt, nihil aliud intelligendum esse, nisi propositiones Communes et Universales nuper explicatas quae sunt radices et fundamenta ad invenienda principia. Ex quibus duabus propositionibus acceptis tum in primo tum secundo tum tertio contextu eruitur tota Methodus inveniendi principia quae huiusmodi est. Innata est nobis via, ut progrediamur a notioribus nobis quae sola confusa magis sunt nobis primo nota atque conspicua, ex quibus fiunt nota principia. Hinc sequitur Conclusio, Ergo a confusis ad principia invenienda auspicandum est

Qui discursus.

qui discursus totus pertinet ad viam doctrinae
perinvestigandi principia. Verum quia satis non erat
Aristotelem suam explicasse intentionem, viam methodumque aperuisse, sed operae pretium erat ostendere ordinem modumque docendi principia, atque quo ordine
haec principia sunt pertractanda, quoniam scientia ordine quodam res ipsas tractare et contemplare debet.
Et cum principiorum alia sunt magis communiora et
remota, alia vero proxima magis et immediata, consentaneum erat declarare, quo ordine haec principia
essent pertractanda: numquid incipiendum esset a
principiis magis communibus ad proxima, vel contra.
Eapropter Arist: in Contextu 4° ostendit hunc
doctrinae ordinem, statuitque in tractandis principiis hanc
legem servandam esse et ordinem, ut a magis communibus principiis ad minus communia procedendum
sit, proinde inquit, unde a magis universalibus ad minus universalia progredi oportet. quae propositio attinet ad ordinem doctrinae et seriem pertractandi
principia, notanter dico spectare ad ordinem doctrinae,
quia ista confundi minime debent, via doctrinae et
ordo doctrinae, cum inter ipsa est latum discrimen.
Via doctrinae est processus demonstrativus a causa
ad effectum, vel contra. et comparatio facta inter
causam et effectum via doctrinae dici debet. Ordo
doctrinae non est processus demonstrativus, nec est comparatio
inter

Contex. 4.
in tractandis principiis a magis communibus ad minus communia procedendum

Discrimen inter viam doctrinae et ordinem doctrinae.

via doctrinae est processus demonstrativus a causa ad effectum vel e contra.

inter causam et effectum, sed est dispositio quedam et series inter scibilia que in scientia tractantur, prout unum prius alterumque posterius tractari debet. et ut uno verbo dicam

Ordo doctrine consistit in Collatione inter universale magis et minus, et effectus magis universales et minus. Verum quia in hac propositione ponitur illa particula unde, quod est signum illationis, indicat propositionem hanc aliunde inferri. Unde nam haec propositio inferatur? et resolute dicendum est inferri ex illa maiori propositione accepta in 2° Contextu formando discursum hoc modo. Innata est nobis via ut progrediamur a notioribus nobis, sed magis universalia, sunt nobis notiora magis, et conspicua, quam minus universalia. unde a magis universalibus in pertractandis principiis ad minus universalia progredi oportet. In qua propositione Arist. ostendit naturalem scientiam progredi ordine compositivo, qui ordo compositivus est maxime scientiis proprius et peculiaris. Nam hoc discrimine distinguuntur artes et scientie, quod scientie utuntur solo ordine compositivo in pertractandis rebus a simplicioribus ad composita procedendo. Artes e contra utuntur ordine resolutivo a notione finis ut Arist. declaravit in 2 Metaphys. 2a. in p° Ethicor. Cap. 4. unde quasi hereditario iure scientie et artes sibi diviserunt hos duos ordines, Compositivum et Resolutivum, Scientie sibi vendicarunt ordinem Compositivum, Artes sibi vendicarunt ordinem resolutivum a notione finis, a compositis ad simplicia. Cum autem Arist. dicat procedendum esse in scientia naturali a magis universalibus que sunt magis simpliciora, quia quo aliquid universalius eo simplicius ad principia minus universalia que sunt magis composita, ut semen Elementum, que sunt magis composita quam materia prima. Unde Arist. in hoc ordine statuendo a magis universalibus ad minus universalia indicat, a simplicioribus ad composita magis procedendum esse, atque in scientia naturali Compositivo Ordine atendum esse

Ordo doctrine consistit in Collatione inter universale magis et minus.

Discrimen inter Scientias et Artes

Scientie utuntur ordine Compositivo

Artes e contra ordine resolutivo a notione finis.

Lectio 3a

Ordine iam ...

Ordine iam fixo [constituto] et habe in pertractandis rerum naturalium principiis
rebusque naturalibus, nunc considerandum est. An Arist: ad legem eumque
servet ordinem in progressu quem statuere visus est. porro si in uni-
versa Naturalem Philosophiam servavimus huius ordinem Arist servabit
tum vero in disserendo de principiis ab universalioribus aggressus
ad minus universalia usque ad proxima et immediata, incepit primo a
materia prima quae rerum omnium Naturalium commune subiectum est, ad materiam
minus universalem quae sunt Elementa. ab his ad materiam proximam et
immediatam aliorum mixtorum ut potest Metallorum animalium et
plantarum. Eundem ordinem in reliquis pertractandis principiis
observavit in disserendo de Causa Efficiente auspicatus est
ab Efficiente omnium communi, nimirum a primo Movente qui est Autor omnium
rerum existentium ab hoc transiens est ad celum, quod est causa effi-
ciens minus universalis usque ad proxima efficientem tam
Elementorum et aliorum mixtorum, sed illud hac in re diffi-
cultatem facere videtur, ubi nam Arist: de celo ut efficiente,
et ut causa minus universalis sermonem habuit istorum inferiorum
hoc obscurum est. Siquidem in lib: de Celo id Arist: minime
tractasse compertum est, quia in his libris non consideravit
celum sub ratione causae, quia tractatio causae est in habitudine
ad suum effectum, iam vero Arist: in his libris Celum non
contemplatur sub habitudine et comparatione ad ista inferiora
quomodo istorum causa sint et quorum, sed solum celestis corporis
naturam spectavit ordinis corporum simplicium esse, diversam genus
naturam ab Elementis, neque grave neque leve, ab omni transmuta-
tione vero excepto motu locali liberum et secretum esse
sphericamque esse figuram, quod omnia non inducant celum tractari
sub ratione causae sed solum eius naturam indicant et praeferunt ut
ubi ista applicetur advertendum. Tribus modis celum consi-
derari posse. Uno modo ut corpus semper mobile et in
ordine ad motorem aeternum a quo perpetuo movetur.
Alio modo secundum eius naturam. Postremo ut causa istorum inferiorum
Primo modo Consideratum Celum in lib. 8 de Phis. quod vero

Arist: eodem ordine quo in perscrutandis reb. Natalib: in universa Nati Phia utitur.

materia prima rerum omnium nalium commune subiectum

minus universales sunt Elementa

Causa Efficiens omnium communis primus motor qui est autor rerum omnium existentium

Minus Efficiens est celum.

Difficultas ubi Arist: de Celo sermonem habuerit ut sit Causa minus universalis

Celum tribus modis considerari posse
I ut corpus semper mobile et in ordine ad motorem aeternum, a quo perpetuo movetur
II Secundum eius Naturam
III ut causa istorum inferiorum.

Phys. in libro de ortu et inte: ritu declarat Celum esse semper Effectricem.

2° mo in lib. de Celo Posteà in lib. de Ortu et
interitu ubi Phus declarat Celum autorem esse per
vicissitudines generationis et corruptionis istorum inferi
orum . et quonam pacto, quod sane ex ipsa Arist. ordine
patet, qui 2° de Ortu et interi. tex. 14. querens causam
aeternitatis generationis et corruptionis inquit, non ingredien-
Causa Effectrix duplex.
dam causam effectricem, quia dicit eam duplex sit alteram
I Semper movens imobilis ut Deus.
semper movens imobilis, ut Deus Opt. Aliam vero movens
II. Movens semper mobilis ut Celum.
semper mobilis ut celum, de Efficiente imobili dictum
est lib. de Motu ut posteà in lib. physicorum qui de motu
inscripserunt quorum maior pars eorum est de motu. De causa
Effectrice semper mobili aeternitatis generationis dicemus
posterius, hoc autem est in 2 lib. quandobrem de Celo
Celum et est causa Efficiens minus universale. de eo tractat Arist: in 2 de gñat:
ut Efficiens minus universale Arist: autem in 2 de generatione
quandobrem in Constructione de Efficiente causa Arist. pro-
gressus est a magis universali ad minus universale
Audite modo eundem ordinem ab Arist. servatum in
tractando de rebus Naturalibus et passionibus communibus et
in Contractando de generatione. Primum aggressus est de gene-
ratione in communi substantiae et accidentis, quam definit in
5 Physicorum his verbis, generatio est transitus de non esse
ad esse, quod sane definitio substantiae et accidentis communis est
ab hac progressus est, ad generationem substantiae tamen et simpli-
cis ut sunt Elementa, et mixtae, quam Arist. diffinivit
primo de ortu et inter. Cont. 23. his verbis generatio
est mutatio secundum totum nullo sensibili remanente ut
subiectum. transivit ab hac ad generationem mixtorum
tamen in 4 lib. de qua disserit in 4 Meth. cont. 2
his verbis. generatio est mutatio passivarum qualitatum humidi
et sicci, a qualitatibus activis ut potè a calore et frig-
ore dominantibus supra passivas quae definitio gene-
rationis non solum tamen Elementis sed tamen mixtis convenit.

Ab hac transiuit ad quaestionem magis particularem animatorum tamen, quam saepe definiunt Arist. in lib. de Morte et vita dicens verbis, quaestio est participatio animae cum calido naturali, et vita nihil aliud est nisi permansio animae in corpore, quamobrem cum magis universali ad minus universale usque ad particularem animatorum quaestionem Arist. progressus est. Sed quomodo hic ordo polliceatur ab Arist: hoc innititur fundamento, quod magis universalia sunt a nobis evidentiora et notiora capp. quibus triplici argumento dare veritatem ostendit et primo sumpto argumento a sensu, qui est radix omnis nostrae cognitionis, et non est constituta in hoc totum sensibile prius cognoscitur a sensu quam eius partes, prius inspectatum domum quam singulas eius particulas igitur totum intelligibile est prius notum intellectui quam suae partes Jam vero magis universale est quoddam totum quod multa sub se comprehendit ut partes ut potest species, et minus universale est tanquam pars, ergo magis universale prius cognoscitur ab intellectu quam minus universale. 2a ratio desumpta est a definito ipso in text. 5 et huiusmodi est. Definitum est notius cognitione tamen quadam rudi quam partes definitionis, notior in [illegible] est hoc nomen homo quam animal rationale, cuiuslibet quod cognitum definitum sed definitum est quoddam totum, definitio vero ut animal rationale est pars ergo totum est notius quam suae partes. Adiciantur magis universale est quoddam totum, minus universale ut pars, ~~ergo~~ ergo magis universale est notius intellectui quam minus universale. Tandem id ipsum persuadet argumento a pueris desumpto nam pueri et recenter nati, primo cognoscunt confuse sicut appellant omnes viros patres et omnes feminas matres

probat Arist: universalia esse notiora nobis notiora tribus argumentis

primum a sensu Sensibile prius cognoscitur a sensu quam eius partes.

2m argum. a definito. Definitum est notius cognitione tamen quadam rudi quam eius partes

3m argum. a pueris. omnes viros appellant patres.

habentur ex sensu dijudicantes omnia eadem esse
Lecidelli e liniamenta, postea temporis tractu per-
cipiunt proprium genitorem et matrem. quod si pueri in co-
gnitione ita se habent, ergo et intellectus in puer
ex omnibus cum ignarus est ipse prius cognoscit confusa et
communia postea temporis intervallo cognoscit quae magis par-
ticularia sunt, ex quibus tribus Argumentis iam satis fir-
mata est propositio illa, Magis universalia notiora esse
intellectui quam minus universalia ac proinde a
magis universalibus procedendum esse, et in hoc exemplum
Arist: absolvit Prooemium in quo et hoc de-
claravit intentionem primo, mox viam et Me-
thodum pervestigandi principia 3o. Ordinem ser-
vandum in tractandis principiis rebusque naturalibus
postremo huius dogmatis veritatem probavit. Communia
magis intellectui esse notiora quam minus universalia
eius verbis et ipsius in experientia comprobari potest
nam si ego herbas hortum ingrediamur prius ab eo
percipitur herba in genere quam eius species, si quis etiam
alteri lapidem aliquem offerat percipiens cognoscet
prius lapidis percussus in genere quam aut speciebus sit ignoratur
singulis aut species et lapidem et herbarum temporis cum
intervallo percipiunt. Ex Arist: aut de sensu, uni-
co verbo dissolvi potest illud Vulgatum Proble-
ma de prius Cognitum, quid natura est illud quod prius cogno-
scitur ab intellectu. Dicatis illud esse prius cognitum
ab intellectu quod prius percipitur a sensu. Ratio est
Arist: in Contexto 4o. ubi reddens causam quare totum
ab intellectu est prius notum, ratio nimirum ipse ea est quia
totum ab ipso sensu prius percipitur, et hoc iure quia
ad sensus sunt veluti internuncij et ministri

demandantes

[Margin notes:]
Communia magis intellectui esse notiora quam minus communia.
Experientia comprobari potest.
Illud prius cognoscitur ab intellectu quod prius percipitur a sensu.
ratio

demandantes rerum externarum imagines ad intel-
lectum; illa vero ab illo percipiuntur, quae primo
ipso intellectui, a ministris sensibus offeruntur.
Absoluto autem Prooemio Arist. tractationem aggreditur
de principiis.

Lectio 4.

Cum satis praefatus fuerit Arist. in Prooemio aggreditur modo tractationem ipsam atque incipit de principiis pertractare, propositoque imprimis discernendum Problema de numero principiorum. Utrum sint unum aut plura, in quo Problemate iure aussipitur, quoniam ex eius dissolutione illud simul perspicuum fiet quae sint rerum naturalium principia ita ut unico examine quot et quae sint principia declaretur. — *Problema de numero principiorum utrum sint unum aut plura*

Verum circa hunc ordinem Problematum ea statim sese offert Dubitatio, si quidem Arist. eam legem servare non videtur quae inter Problemata et quaesita consulendam reperitur. Cum vero haec lex et ordo inter Problemata reperitur, ut inter omnia alia primum explicetur quaesitum si est, probetur rem ipsam esse, frustra non quaeretur quid sit Deus nisi antea compertum esset Deum esse et reperiri. quam ob rem in disserendo de principiis primo explicandum erat an principia sint et reperiantur, mox inquirere utrum principia sint unum vel plura. quare cum Arist. non servet a lege Problematum deficere videtur. — *Dubitatio*

Cui Problematis ita occurrendum est, quod quoties usu venit vel contingit rem aliquam latentem esse atque dubium an in rerum universitate reperiatur, procul dubio imprimis investigandum esset an res illa sit vel non, et postea cetera consequentia Problemata et quaesita. Sed si forte fortuna contingat, rem aliquam reperiri et apud omnes in confesso esse tunc minime danda est opera ut probetur rem illam esse siquidem partes demonstrationis sunt non circa nota, sed circa ea quae sunt secreta et occulta versari, quae non perspicua sunt a scientiis dispiciuntur. Cum autem apud sapientes omnes in confesso erat, principia rerum naturalium adinveniri et quidem corpora naturalia propria habere principia ex quibus dependent, ea propter non fuit curae Aristoteli — *Solutio*

hoc operetur Problema An principia sint vel non, sed
id silentio praetermittens ut poti qui citra controversiam ab
omnibus concederetur, statim sese contulit ad aliud Problema
investigandum longe obscurius de Numero principiorum. Utrum
sint duo vel plura, qua in re pertractanda ut suam
servaret consuetudinem et morem priusquam varias priscorum
Sapientum opiniones expendit, non ob aliud sane tamen
nisi si quid boni de re hac a veteribus dictum fuerit
illud ad suam trahat opinionem, si quid vero a veritate
alienum illud a mentibus hominum removeat atque abiiciat.

Arist: Veterum sententias complectitur a Contextu 6 ad 41.

Ut autem brevi quadam oratione Veterum sententias complectamur
quas a contextu 6 usque ad 41 contextum diligenter
expendit. sciendum est Veteres circa numerum principiorum
bipartitos fuisse: Alii enim posuerunt unum principium tantum
rerum Naturalium. Alii vero plura principia statuerunt, et qui
posuerunt unum adhuc separati fuerunt. Alii enim posuerunt
unum immobile et infinitum sicuti Parmenides et Melissus
Alii vero posuerunt unum sed transmutabile, et hi adhuc
inter se discrepantes fuerunt alii posuerunt ignem ut Hera:
clitus nam inspiciens esse omnia calida omnium ortum rerum ad il:
lud acceptum retulit igni. Alii vero posuerunt aërem ut Dio:
genes. Alii vero aquam, nam et hi considerantes omnia
ex humido et ex mista originem habere ad aquam omnia
tanquam ad principium retulerunt. Nullus fuit ex his qui de
Naturalibus loquuti sit qui solam terram statuerit rerum Naturalium pri:
cipium, nam cum sit veluti fex aliorum Elementorum et trans:
mutationi valde inepta rationem initii subire posse minime
videtur. hoc est quod in ... Metaphysicorum scripsit Arist. Omnia Ele:
menta iudicem accepisse praeter terram: et si quis extiterit
qui solam terram rerum Naturalium subiectum initium rerum Naturalium
posuerit ut Hesiodus et Orpheus. hi inquit Arist. non
Naturales Physici, sed potius Theologi extiterunt.

Veteres circa numerum principiorum Bipartiti erant.

Qui unum principium statuerunt Bipartiti erant.

Parmenides et Melissus unum immobile et infinitum.

Heraclitus posuit ignem

Diogenes aërem.

Alii Aquam.

Nullus fuit qui terram statuerit

Ratio videtur quia cum sit fex aliorum Elementorum et transmutationi valde inepta rationem initii subire minime potest.

Ex altera parte fuerunt alij qui plura principia posuerunt et ij adhuc in duplici classe extiterunt. Alij .n. posuerunt plura principia sed infinita, ut Anaxagoras Democritus et Leucippus. quorum alij posuerunt corpora Athoma et indivisibilia, esse principia rerum naturalium ut Democritus ex quorum corporum varia positione figura et ordine aiebat varia multipliciaque corpora naturalia oriri. Anaxagoras vero infinitas partes similes et homogeneas rerum naturalium principia esse statuebat. Extiterunt et alij longe melius intelligentes ut Empedocles qui statuit plura esse principia rerum naturalium sed finita, qui statuebat esse quatuor Elementa quae unita sunt corporum mixtorum mediante lite et amicitia, siquidem Elementa dum mixtorum unita fiunt concordi quadam lite ad corporum mixtionem accedunt, mediante lite quidem, quia Elementa nequeunt ad mixtionem ullo pacto accedere, nisi per mutuam actionem et passionem ipsorum, quia vero actio et passio fiunt ratione contrarietatis cum inter similia actio et passio minime versentur ut testatur relig. Arist. p° de Ortu et int. text: 48 et infra. idcirco Elementa ratione contrarietatis atque ita litis ad structuram et compositionem mixtorum sese conferunt. quia vero per actionem et passionem ad quandam temperiem et crasim reducuntur, tunc concordi quadam pace et quasi inito quodam inter se foedere absque pugna simul morantur in mixto, quam concordiam quousque servaverint Elementa mixta perdurare possunt et sese conservare. Cum autem unum alteri incipit dominari tunc in eam incipit agere ac proinde discordia inter Elementa incipit saboriri, ut postea ex discordia et pugna mixta alterentur, et tandem ad interitum perducantur.

Qui plura principia posuerant et ij in duplici classe extiterunt.

Alij plura principia sed infinita ut Anaxagoras.

Alij corpora Athoma et indivisibilia ut Democritus.

Empedocles statuit plura esse principia rerum naturalium sed finita scilicet quatuor Elementa.

quamobrem saltem in hoc recte Empedoclem sensisse
putandus est, cum asseruit Elementa concordia et
discordia mutuum mixtorum esse: quas veterum philosophorum
opiniones inter se discrepantes Arist: sedulo con-
siderasset illas, ut vero minime consentientes
reiecit atque refellit: probavit magis inter illos qui

Arist: magis probat Empedoclis opinionem ponentis plura principia eaque finita

plura principia posuerunt Empedoclis opinionem
ponentis ~~Elementa~~ principia finita, quam Anaxagorae
ponentis principia infinita, quibus opinionibus reiectis
reliquum esse videbatur, ut Arist: suam de numero
principiorum afferret opinionem. Sed quia numerus prin-

Arist: fundamentum de numero principiorum. Principia sunt contraria

cipiorum non probe decerni ac statui poterat, sine hac
radice ac fundamento, quod principia sunt contraria, quae propositio
tanti est momenti ut hac sublata statim corruat et
collabatur methodus inveniendi certum numerum prin-
cipiorum. cap. Arist: priusquam inciperet investigare
numerum principiorum in 4.i cont: assumpsit hanc propositionem
ut fundamentum. nempe principia sunt contraria. quam sane

Hanc propositionem probat. Primo Philosophorum veterum consensu.

veram esse probat, tum veterum philosophorum consensu tum demon-
stratione ipsa. Primo quidem quia antiquiores omnes quotquot
de principiis rerum naturalium sunt locuti et hi qui unum
principium posuerunt ut Parmenides et Melissus
principia contraria statuerunt. Ceterum hac in re non

qua in re Arist non sibi constare videtur

satis sibi ipsi Arist: constare videtur, nam si Parmeni-
des et Melissus unum tantum posuere rerum naturalium prin-
cipium, fieri non potest ut ipsi posuerint contraria prin-
cipia, quia implicantia est dicere, unum esse contrarium

nodus hic ita dissolvitur

principium et contrarium, qui nodus ita dissolvitur, Par-
menides et Melissus dum unicum principium rerum naturalium
statuerint de vero principio rerumque omnium naturalium auctore

intellexerit, quippe quod est Deus opt. Max.: qui verum est principium rerum naturalium immobile et infinitum, de quo scribens Boethius in lib. de Consolatione aiebat. Est unus effector et opifex rerum omnium naturalium, qui unus et immobilis existens, dat cuncta moveri. Cum vero ex altera parte pronunciant plura esse principia et contraria intellexerit de primis principijs internis proximis generationis et ortus. quare cum vario modo locuti sint de principijs rerum naturalium, nec in eorum dictis ulla est controversia, aut in Arist. inconstantia. Sed quoniam horum Consensus non certam fidem facere videtur alicuius rei sed aliquam probabilitatem, ideirco Arist. vi demonstrationis eandem propositionem probare instituit, quae in hoc est constituta, principia non fiunt ex alijs non fiunt ex se invicem, sed ex ipsis omnia oriuntur. Prima contraria sunt huiusmodi, non fiunt ex alijs quia prima, non fiunt ex se invicem quia contraria et ex ipsis omnia fiunt, igitur prima contraria sunt principia. Quod si quis dicat Arist. rationi sese opponat dicens, Arist. non probare quod instituerat, porro instituit probare principia esse contraria, et tamen hac ratione concludit prima principia esse contraria, Cui obiectioni ita occurrimus, etsi Arist. probare prima principia esse contraria, tacite tamen et implicite probare conversam probare, ut puta principia esse contraria nam istae propositiones secundum partem conveniunt omnia prima ~~principia~~ contraria sunt principia, Ergo aliqua principia sunt contraria, ut puta convertitur cum omnis homo est animal Ergo aliquod animal est homo. Et quod probat omnem hominem esse animal, tacite etiam probat

vi demonstrationis

principia non fiunt ex alijs non fiunt ex se invicem sed ex ipsis omnia oriuntur.

Instantia

Solutio

quoddam ait esse dominum, quamobrem Arist. probans prima contraria esse principia, quae vero convertuntur, aliqua principia esse contraria, propterea tacito quoddam non probat principia esse contraria.

Ex his colligit Arist. primo definitionem principiorum. quod principia sunt, quae ex aliis non fiunt, sed ex ipsis omnia producuntur.

Ex qua ratione Arist. colligitur primo definitio principiorum, quod principia sunt, quae ex aliis non fiunt sed ex ipsis omnia producuntur. Cum n. Arist. assignet principiorum conditiones dicens principia non fiunt ex aliis neque ex se invicem sed ex ipsis omnia oriuntur. Ex his principiorum conditionibus nemo est qui facile colligere non possit allatam principiorum conditionem. Verum illa propo-

Propositio maior sano modo intelligenda.

sitio maior sano modo intelligenda est, cum negat principia non fiunt ex aliis neque ex se invicem, nam forma anima Socratis est principium Socratis, et tamen producitur a genitore tanquam a causa efficiente ergo principium fit ex aliis. Adde forma est principium attamen educitur de materiae gremio ergo principium fit ex alio, attamen negavit Arist. in hac propositione propositio ista est ita intelligenda, principia non fiunt

principia non fiunt ex aliis in eodem genere principii, neque tanquam ex parte constituente.

ex aliis in ordine generis principii, neque tanquam ex parte constituente, compositum fit ex materia et forma tanquam ex partibus constituentibus essentiam compositi, principium vero non ita sese habet. iam vero forma producitur ~~propterea~~ ab agente sed non in eodem genere principii quia non pendet ab agente tanquam a forma, quia forma non est forma, sed pendet ab agente in genere causae efficientis quod est diversum genus a forma et causa formali. neque forma producitur ab agente quod sit pars constituens essentiam formae, quia agens est quid externum ab essentia ~~ipsius~~ formae.

et hic est sensus huius propositionibus. Pariter minor propositio recte intelligenda est, cum dicitur contraria non fiunt ex se inuicem. Nam Arist. in sequenti contextu. Unum contrarium fieri ex alio contrario determinato dicimus unum contrarium non fieri ex alio contrario tanquam ex subiecto, quia fieri negat unum contrarium esse alterius subiectum et ita intelligit Arist: in hac propositione minore dicente Contraria non fieri ex se inuicem tanquam ex subiecto. Cum uero inquit in textu sequenti unum contrarium ex altero fieri intelligit tanquam ex termino a quo sicut exempli dicere solemus diem fieri ex nocte non enim fit dies ex nocte tanquam ex subiecto, sed tanquam ex termino incipit a ~~quo~~ quo quando dies incipit post noctem. quare ipse intellectis his propositionibus haud ulla controuersia reperitur

Pariter minor propositio recte intelligenda.

Contraria non fieri ex se inuicem, tanquam ex subiecto.

Unum contrarium ex altero fieri tanquam ex termino a quo.

Lectio 5a.

Versabar circa discursum Arist. quo ostendebat principia esse contraria in quo id sane animaduersa et una et altera propositione breuiter consulto expendenda est, dum dicitur principia contraria sunt Unum sane considerandum est ex parte subiecti et alterum ex parte praedicati. Ex parte quidem subiecti sciendum est, non intelligi uniuersaliter omnia principia esse contraria, siquidem id a ueritate abhorret cum non omnia principia contraria sint. in uero inter principia multa recenset quae nulla sunt contraria sed indefinite et particulariter intelligi debet, ut sit sensus quaedam principia sunt contraria, sicut exempli dici solet homo currit, quae propositio non uniuersalis est, quia non ponitur signum uniuersale ut omne sed est indefinita et particularis, ut potest quidam homo currit id ex parte subiecti. Ex parte uero praedicati sciendum est nomine contrarij intelligendum esse contrarium inter priuationem et formam, nam cum contraria quadrupliciter

In hac propositione Principia contraria sunt animaduertenda duo

I Ex parte subiecti non intelligi uniuersaliter omnia principia contraria esse sed indefinite et particulariter

II Ex parte praedicati intelligendum esse contrarium inter priuationem et formam.

21.

Contraria sunt in quadruplici d[iffere]ntia: I relativa. II Positiva. III Contradictoria. IIII privationis et habitus.

d[iffere]ntiae sunt ut post Cathegoriarum lib: scripsit Arist: Alia n[am] sunt relativa ut p[ate]r filius, q[uae] idem respectu eiusdem p[ate]r et filius esse non p[otes]t. Alia sunt positiva sicuti sunt o[mn]es formae reales inter se repugnantes, ut album nigrum calidum frigidum et huiusmodi g[e]n[er]is alia q[uae] realia sunt. Alia vero sunt Contradictoria, ut Affirm[ati]o et negatio sicuti ni videns et non videns. Alia v[er]o sunt privationis et habitus. Jam vero non cuiuscumque g[e]n[er]is contraria sunt non n[am] relativa, neque positiva quia g[e]n[er]atio non p[ro]ficiscitur ab uno termino positivo ad alterum positivum, ut ipsemet Arist: testatur 5 Phys: 7. neque Contradictoria sed solum contrarium inter privationem et formam. Enim vero g[e]n[er]atio a privatione ipsa ad formam ipsam progreditur

Conclusionis sensus quaedam principia sunt inter se contraria secundum privationem et formam. proinde ab Arist: privatio et forma prima contraria nuncupantur.

quamobrem huius Conclusionis hic sensus est, Quaedam principia sunt inter se contraria secundum privationem et formam, ad quam oppositionem formae et privationis cum caetera contraria reducantur, proinde ab Arist: privatio et forma, prima contraria nuncupantur. quibus sic explicatis quod ab Arist: in hoc discursu acceptum fuit, ex primis contrarijs o[mn]ia oriri, quod quidem non satis p[er]spectum erat, cap. p[rim]o h[uius] probare instituit veritatem huius q[uae] s[cilicet] Ex primis contrarijs omnia

Quod ex primis contrarijs o[mn]ia oriantur, ac proinde principij r[ati]onem habeant probat Arist:

oriantur, ac proinde habeant r[ati]onem principij, id aut[em] Arist: p[er]suadet in inductiva r[ati]one facta in o[mn]ibus ijs quae oriuntur ut p[o]te accidentibus, substantijs, et arte elaboratis porro in accidentibus illud compertum est, Accidens q[uo]dlibet

I In accidentib. Accidens q[uo]dlibet q[uod] g[e]n[er]ationi subijcitur ex suo p[er]finito contrario oriri.

q[uod] g[e]n[er]ationi subijcitur ex suo p[er]finito contrario oriri album q[uod] oritur non ex albo, non ex quocumque non albo ut non ex immusico; sed ex non albo q[uod] est nigrum Musicum pariter ex immusico g[e]n[er]atur non ex quovis q[uod] Musica caret, sed ex eo immusico q[uod] Musica q[ui]dem vacat propensum et habile est ut Musicam h[abe]re possit et ita in alijs accidentibus

In substantijs.

A. Excellentis: Arcangeli in 1. Phisicorum

In substantijs etiam id usu uenit, nam quaecumque substantiae generationi ex subiecto ex suo confinito contrario gignuntur. homo n. ex non homine oritur, hoc est ex eo quod non est homo sed aptum natum est ut homo fiat, et similiter equus ex non equo, nec ab his dissimilia sunt quae arte fabrefacta sunt, unumquodque n. quod arte conficitur ut domus et statua ex suo oritur confinito contrario, domus quippe ex non domo et statua ex non statua. quae cum ita se se habeant quod oriuntur ut ex suis contrarijs oriantur iam satis patere potest, ueritas illius conditionis, ex primis contrarijs omnia oriri. quamobrem propositio illa ab Aristotele sumpta iam satis firma erit, prima contraria non fieri ex alijs quia prima, non fieri ex se inuicem quia contraria sunt, et ex ipsis omnia gigni, sicuti inductiua ratione nuper ostensum fuit. Ceterum quia unum sub dubio restat relinquere uidetur, id quod oritur ex sua priuatione oritur, ne aut ex medio, si inter haec medium adinuenitur, ne scrupulus iste auditoris animum turbet, breuiter considerandum est An inter priuationem et habitum, medium reperiatur. Pro resolutione autem duo dicta ponimus Theoremata. Primum est inter priuationem et habitum medium non reperitur, secundum participationem uel communionem extremorum. n. uero medium duplex esse dicitur, alterum quod appellatur secundum participationem extremorum sicuti aqua tepida quae caloris et frigiditatis quodam modo particeps est. Similiter et color pallidus qui particeps est coloris albi atque nigredinis. Alterum uero medium secundum negationem extremorum appellatur quod minime consors aut particeps extremorum est sicuti lignum inter uidens et caecum medium esse dicitur, non quod quia uisus et caecitatis particeps sit, sed per negationem utriusque, quia ligno utrumque esse negatur, et caecum,

In substantijs quaecumque substantiae generationi subiecto ex suo contrario confinito gignuntur

II In arte elaboratis unumquodque quod fit ex suo proximo confinito contrario

Dubium id quod oritur ex sua priuatione oritur aut ex medio

Pro resolutione duo ponit Theoremata

Primum Theorema

Medium duplex est. I quod appellant secundum participationem extremorum.

II alterum secundum negationem extremorum.

removetur. Jam vero inter privationem et formam medium secundum extremorum participationem non reperitur, quia nihil est quod simul visus et excitatis compos sit. Altera propositio est. Inter privationem et habitum aut formam, medium quidem reperitur secundum extremorum negationem sic quod est inter videns et caecum datur aliquid ut puta lapis aut lignum quod neque visus neque caecitatis consortia sunt et proinde quia utrumque scilicet habitus et privatio a ligno removetur, medium secundum negationem lignum esse dicitur. Unde hoc discrimine differt inter se contradictoria ut affirmatio et negatio, et privatio et habitus, quod inter contradictoria nullo modo medium adinvenitur. Inter videns enim et non videns, neque medium adinvenitur secundum participationem, neque secundum negationem, quia quodque est aut est videns, aut non videns, quod sane testatum reliquit Arist: poster. 1 Contexto 5. his verbis. Contradictoria illa sunt, inter quae nullo modo est medium adinvenire sed illud minime reticendum est, ne fortasse circa terminos detur dubitandi locus. Latum quod imo differentiam esse inter privationem et negationem: porro negatio esse solum carentia vel absentia formae absque propensione vel aptitudine ad illam formam, ut puta carentia visus in ligno negatio dicitur non privatio, quia in eo propensio non reperitur ad visum, quod Arist declaravit in postpredicamentis Cap. de Oppositis, ubi habet Catulum ante nonam diem non dici privatum visu quia quamquam scilicet careat visu non est aptus natus ad videndum, unde non caecus sed non videns dici debet. Privatio vero est absentia formae cum aptitudine ad ipsam formam unde quae carent aliqua forma, aptitudinemque habent ad eandem illa privata esse dicuntur &c.

Marginal notes:

Secundum Theorema inter privationem et formam medium reperitur secundum extremorum negationem.

Contradictoria sunt inter quae nullo modo est medium adinvenire

Discrimen inter privationem et negationem.

Negatio est carentia formae absque aptitudine ad illam formam

Privatio vero est absentia formae cum aptitudine ad ipsam formam.

Tandem ex inductione facta ab Arist: illud elicitur quod non quodlibet fit ex quolibet, sed unumquodque fit ex propria materia et determinata materia et ex determinata privatione non enim homo ex quovis oritur semine sed ex semine dumtaxat humano, et ita de alijs. Pariter homo oritur ex privatione existente non in quavis materia, sed in determinata ut pote in semine humano. Hinc a veritate alienum esse facile colligitur Anaxagorae opinionem dicentis, quodlibet ex quolibet oriri posse, et quodlibet indiscriminatim in quolibet contineri. Ex quo dogmate huc colligitur oppositio et veritas, Orta ex putrescente materia et ex semine non esse eiusdem speciei; ut pote murem ex limo terrae ortum et ex semine, tum vero si eiusdem esset speciei soloque numero differentes illud statim sequeretur formam specificam indifferenter ex quavis materia oriri posse, ut pote ex putrescente limo, et ex semine, quod cum Arist: adversetur autoritati statuendum est, Orta ex putri et ex semine ex diversis oriantur materiebus, alterius quinetiam esse speciei. Hinc enim alterius formae, altera et diversa erit materia, ut ipsemet Arist: declaravit 2 Physicorum cont: 26 ubi inquit Alterius formae altera est materia, et alterius materiae altera est forma, quo factum est ut propriae formae propriam habeant materiam, et propriae materiae determinatas habeant formas. Ut autem cognoscatis huc in re sibi maxime Arist. consentientem, id facile intelligetis ex quadam observatione locorum Arist: enim vero 5. de histor. animal: c. 1. habet haec verba. In piscium genere nonnulli sunt qui ex putrescente
" limo oriuntur, qui licet idem genus cum alijs sortiantur
" qui ex semine oriuntur, specie tamen differunt,

Non quodlibet fit ex quolibet sed unumquodque fit ex proprijs determinata materia, et determinata privatione

Anaxagorae opinio falsa

Orta ex putrescenti materia et ex semine, non esse eiusdem speciei.

Arist: autoritas

Confirmatur ex observatione locorum Arist.

idipsum scribit in lib. 1 de Ortu cap. 1. et 2 de hist. [?]
tex. 34 his uerbis, Naturalissimum enim uiuentium est quae-
cumque sunt perfecta et non mutilata, et sponte orta
sibi simile procreare, quam sponte genita. Arist. intelligit

quae oriuntur ex putri materia sibi simile non generant. quare dicantur sponte oriri.

ea quae oriuntur ex putri materia quae nihil sibi simile
non generare. Dicuntur autem sponte oriri non quia pro-
prium genitorem et effectorem non habeant sed quia in eorum
ortu aliquod agens non apparet, a quo generentur.

Lectio Sexta.

Primis contrarijs inesse uim principij ac proinde principia esse ~~principia~~ contraria.

Antiqui non eadem omnes posuerunt contraria

Cum inductione facta in omnibus iis quae oriuntur id satis conclusum est
primis contrarijs inesse uim et naturam principij ac proinde principia esse
contraria. In qua propositione licet Antiqui conuenerint attamen quoque non
inter se discrepantes extiterunt, siquidem non omnes posuerunt eadem esse
contraria, sed alij posuerunt contraria priora alij uero posteriora
contraria, ut rarum et densum quae proinde contraria posteriora di-
cuntur quam calorem et frigus ut uidentur. Alij uero posuerunt
contraria nota secundum sensum: et alij nota secundum intellectum

et licet posuerint diuersa contraria esse principia, ea tamen ex eadem serie acceperunt.

ut ponentes Concordiam et discordiam, Et licet posuerint di-
uersa contraria esse principia in hoc tamen [illegible] fuerunt, quia ea
contraria ex eadem serie et ordine acceperunt. Nam qui posuerunt con-
traria priora, hi posuerunt ambo contraria in ordine prioris
Et qui contraria posteriora, utraque posuerunt in ordine posterioris
nec posuerunt unum contrarium prius et alterum posterius. pariter
qui contraria principia statuerunt nota secundum sensum, et qui nota
secundum intellectum, illi ambo posuerunt sensibilia, hi uero ambo re-
spicientia intellectum. et quia ea contraria quae ab intellectu per-

Intellectus uniuersalium est

cipiuntur uniuersalia sunt, quia intellectus uniuersalium est, idcirco
ponentes contraria nota secundum intellectum esse principia posuerunt
contraria uniuersalia, sicut magnum et paruum.

Sensus particularium.

quae uero quae obijciuntur sensui particularia sunt quia sensus singula-
rium est, idcirco ponentes contraria nota sensui posuerunt
contraria particularia. ut rarum et densum —

et haec fuit inter veteres Concordia atque consensus: pariter et Controversia in statuendo principia Contraria. quae in parte duo quae aliquam dificultatem facere possit expendenda sunt. Primum est Cur magnum et parvum dicantur esse Contraria magis Communia, rarum autem et densum magis particularia. Alterum est quod illud Arist. dictum Sensus singularium est veri de veritate suspectum siquidem ipse 2 Poster. lib. fere sub fine statuit sensum universalium esse, ita ut non satis sibi constare Arist. videatur

Quoad primum attinet propterea Magnum et parvum communiora esse dicuntur quam rarum et densum quia longe pluribus conveniunt, quam rarum et densum: nam vero magnum et parvum et Mathematicis et Naturalibus communia sunt: nam et ita linea et circulus magna et parva nuncupamus et sunt sicuti corpora naturalia. At rarum et densum Naturalibus duntaxat corporibus conveniunt, non autem Mathematicis, non enim lineam aut superficiem raram aut densam appellamus, quo fit ut rarum et densum paucioribus conveniat, particularia magis esse dicuntur. Illud autem sciendum est, licet rarum et densum corporibus omnibus naturalibus conveniunt et mortalibus et aeternis qualia sunt sphaere celestes, non tamen eadem ratione conveniunt. rarum porro et densum in mortalibus istis corporibus qualitates primas, ut calorem et frigus insequuntur, et rarum mortalibus inest ratione caloris, cuius proprium est rarefacere et relaxare. Densum autem iisdem competit ratione frigoris, cuius proprium est condensare Sic inspicimus Metalla quia maiore gradu et potuerat frigiditate comparata esse et densa magis: at in celestibus contra sese habent Nam rarum et densum in illis primas qualitates non insequuntur, cum celestia corpora ab omnibus alterationibus qualitatibus sint libera atque soluta cum aeterna sint, sed rarum in illis oritur ex minore unione partium quia scilicet partes illorum corporum longius distant, densum vero maiorem sequitur partium unionem, quia densum illud est cuius partes proximus iacet, unde partes coeli diaphana et non

Magnum et parvum dicuntur Communiora Contraria quam Densum Naturalibus et Mathematicis communia sunt. Rarum vero et densum duntaxat naturalibus corporibus conveniunt.

rarum et densum licet omnibus naturalibus corporibus conveniunt non tamen eadem ratione

in mortalibus corporibus rarum et densum qualitates primas ut potest calorem et frigus consequuntur

In celestibus contra sese habent nam rarum et densum in illis primas qualitates non insequuntur cum aeterna sint sed rarum in illis oritur ex minore partium unione densum vero maiorem sequitur partium unionem.

stellatam raram dicimus propter partium distantiam parte vero stellatam et lucidam densiore. Unum est quod pars lucida terminat aspectum nostrum nec permittit ulterius permeare pars vero Diaphana quia rarior est non terminat aspectum nostrum sed permittit ad ultimam usque sphaeram penetrare et haec sunt quae in hoc capite ab Aristotele tradantur pro explicanda illa Hypotesi rerum contraria principia esse contraria. quae iam satis firmata, cum iam pateret aditus et via ad constituendum numerum principiorum, idcirco Philosophus in hoc 3 Cap: investigare aggreditur, ex professo ipsius principia numerum principiorum, in quo investigando primum removet extrema ipsius numeri probans principia non esse unum neque infinita, quae in numero extrema sunt, quo etiam procedendi modo usus est Arist. 4. de Celo, ubi investigans numerum Elementorum primo probat non esse unum nec infinita. probans autem Philosophus hic duo primum probat principia non esse unum hoc ratiocinio, Contraria non sunt unum, principia sunt contraria ergo principia non sunt unum. Maior autem huius discursus propositio sua sponte patet quia cum Contrarietas sit oppositio unius ad alterum, in uno servari minime potest, quo fit ut contraria non sint unum sed plura. Reiecta principiorum unitate probare aggreditur principia non esse infinita itaque quatuor rationibus persuadet, quarum prima est Si principia essent infinita statim corrueret rerum naturalium scientia atque cognitio, quod consecutio ex his duobus deducitur. primum est infinitum secundum quod infinitum est ignotum quod accepit Arist. in hoc lib. 1. Cont. 25 contra Anaxagoram, et ob id iubebat Plato descendendo a supremo genere ad infimam usque speciem requiescere, quia individua cum sint infinita sunt occulta intellectui, atque ideo sub scientiam cadere non possunt. Alterum est scientiam ex principiis pendere, et cont: pro huius libri, et poster: 1. Cont: 5 scriptum est scire est rem per causam

cognoscere

pars lucida terminat aspectum nostrum Diaphana non terminat aspectum.

In Cont: 3° investigare aggreditur numerum principiorum. removendo extrema numeri.

Probat non esse unum hac ratione

quia cum Contrarietas sit oppositio unius ad alterum in uno servari minime potest.

Probat non esse infinita 4. rationibus !! prima ratio

primum !! est quod infinitum est ignotum secundum quod infinitum est.

2um !! scientiam ex principiis pendere Scire est rem per causam cognoscere.

cognoscere. Ex his dub: deducitur Consequentia sit — *Ex his dub: consequentia talis deducitur*
Si principia essent infinita essent ignota, igr et ignota
essent, q ex principijs pendent, igr res naturales, q ex
principijs oriuntur penitus ignorarentur, ipsarumq scientia
non haberetur, Ex quo discursu Arist. colligit, ad perfe-
ctam exactamq rerum naturalium cognitionem oia principia cogno-
scere, quia si non cognoscerentur oia principia, Arist. argumentum
efficaciam non haberet, quia licet essent infinita, satis esset
aliqua cognoscere principia atq ex illis perfectam notitiam habere:
q ex eodem Arist. confirmatur 8 Metaphys: 12. ubi inquit res
oes causas habentes ex oibus cognosci debent, q sua et do-
gma eo innititur fundamento quia cum scire sit rem per causam
cognoscere propter quam res est igr Entia ex oibus cognosci
debent ex quibus dependent et habent esse. Si itaq ab oibus
causis dependent sciuntur esse ex oibus quinetiam pendet perfecta
ipsorum cognitio atq notitia. Secunda vero ad probandum prin — *Secunda vero*
cipia non esse infinita huiusmodi est. In omni genere hoc est in — *In omni genere hoc est in omni predicamento una est contrarietas reperitur.*
oi predicato, una contrarietas reperitur, substantia est unum
genus. igr in substantia est una prima contrarietas, Cui [illegible]
ista adijci debent, ut Arist colligat propositum est sum.
Cum una prima contrarietas sit, similiter duo prima contraria
quoniam unum uni contrarium est extrema et perfecta contrarietate, — *Unum uni contrarium est perfecta et extrema contrarietate*
igr in substantia sunt duo prima contraria, sed prima contraria
sunt principia, ex cont. 42. igr in substantia sunt duo prin-
cipia. Ergo finita. Hinc cognoscere quam necessaria erat illa
Hypothesis accepta ab Arist. Contraria esse principia
cum huic innitantur rones approbandi nec esse unum nec
infinita. quod si qs sese opponat huic Arist. rom dicens
Aristotelem probare conclonem hanc. In substantia una prima

Obiectio. Arist: sic probare, in Substa unam primam contrarietatem adinueniri per medium ignotum q a legib. demonstrationis alienum est.

contrarietatem adinueniri per medium ignotum et occultum
qa id pbat ex hac ppositione, qm in omni quoq genere
reperitur una prima contrarietas, q et ipsa occulta
e atq ignota. quamobrem Conclusionem ignotam per i-
gnotum medium Arist: pbat, q a legib. demonstrationib
alienum e, cui obiectioni ita est occurendum: Aristoteles
utiqz per medio arripeto ppositionem illam maiorem

Solutio.

sed illam accepit ut notam et ab ipso paulo superius
pbatam, in uero ppositionem hac pbauit ipse superius in
cont: 43. 4 et 5. ubi inductione pbauit in gnatione
accidentium omne id q oritur ex contrario oriri,
pariter et in substijs. q si Accidentia ex suo contrario
oriuntur pariter et substae, ergo in gne accidentium et sub-
stantiae reperitur contrarium, e cum oia gnia diuidat
per substam et Accides, Ergo in oi gne et pdicto con-
trarietas adinuenitur, ppterea cum taliter Arist: id pro-
basset iure accepit hanc ppositionem In oi gne con-
trarium reperiri, ad pbandum in substa contrarietatem ee
quomo aut substa contrarietatem admittat posterius ex-
plicabo.

Lectio Septima

In substa contrarietatem reperiri.

Expendenda pponebam Conclo illa posita ab Arist: vz in sub-
sta Contrarietas reperitur, siqdem hac in re Arist: nõ satis sibi
constare vdr, qm in lib: Cathegor: Cap. de substa. statuerit
contrarietatem in substa minime adinueniri atq 5 lib Phisi:
cont: 10. ubi eo argto pbauit, motum ppriẽ non adinueniri
ut alterationem et augtm, qm in substa contrarietas nõ reperitr
q admodum maxe necessaria est, ut huius Problematis resolutio

Contrarietas duplex.

habeatur, distinctione opus e, nam Contrarietas duplex e

Priuatiua

Alia priuationis et habitus, q uulgari uoce priuatiua nuncupatur

Positiua

Alia uero positiua, q inter duas formas reales inter se pu-

grantes et oppositos reperitur, qualis est inter calidum et frigidum, album et nigrum, et id genus consimilia. Ex distinctione Contrarietatis ponit tria Pronunciata.
Ex qua distinctione ponimus tria haec pronunciata. Primum Primum In substantia reperitur contrarietas secundum privationem et formam.
In substantia reperitur contrarietas secundum privationem et formam, nam cum haec duo sint principia generationi substantiae naturalium, quia unumquodque ex suo contrario ut patet ex privatione oritur et formam. Huiusmodi oppositio in substantijs uerio adinuenitur de mortalibus semper loquimur, et de hac loquitur Physic. in cont. 50. Secundum Secundum In substantia non reperitur contrarietas realis et positiva.
pronunciatum est, in substantia non reperitur contrarietas realis et positiva quae sit inter duas formas substantiales, non enim forma hominis est contraria formae equi, nec forma ignis formae aquae, et quod ex Arist. ostenditur 5. Physic. tex 10. ubi per medio termino accepit in formis substantialibus non reperiri contrarietatem, hinc deducens in illis non reperiri motum, quod et aperte scribit in lib. de sensu et sensibili, partic. 40 ubi inquit quod ignis non agit in quantum ignis uel ut substantia quod ipse est, et afferens rationem inquit quia ignis qua ignis contrarium non habet ratione cuius contrarij actio efficitur, sed eius contrarium habeat qua calidus est ratione qua calidus agit, et in hoc sensu locutus est Arist. in Ca: thegorijs cum a substantia contrarietatem denegauit. Tertium Tertium In substantia contrarietas positiva adinuenitur ex accidenti.
Pronunciatum illud est, in substantia contrarietas positiva ad: inuenitur ex accidenti, ratione uidelicet qualitatum quae ipsi substantiae cohaerent et copulatae sunt. Enimuero ignis ut calidus et siccus est sese opponit aquae ut frigida et humida est. Platoque ut niger uel calidus opponitur Socrati ut albus uel frigidus est cuius ueritatis fundamentum ex ipso desumitur Aristotele 2 de Ortu et inter. Cont. 24. ubi declarans quonam pacto Elementa inter se aduersentur inquit ignem et aquam inter sese pugnare atque opponi quatenus inter se pugnantes habent qualitates quibus uerbis ostendit totam rationem oppositionis in Elementis

nuenta ad contrariis qter in illis expte referendas esse, quod sane scire voluit 2 lib. cont. 49. cum inqt lgnis opponitur aque, ut contingit substam subsco adversari, contingere aut superius declaraverat maxime qualitatis in cont. 24. e. Sec. Circa Solutionem ppostae difficultas.

Principia non esse infinita persuadet duabus rönibus pa.

Quibus explicatis, duab. alijs rönib. qrst psuadet principia non esse infinita. Altera e. doc. quotiescunque reb. fieri e. comode fieri pt. semp finitu infinito pferri debet, q ab ipsa arte inqt Averr. Argtm accipi pt. n. vero ars q unico instrto molliri pt. pluribus non agit, siquidem omnia absq necessitate multiplicare non debet, q e. in nã ita sese dre dicendu e. quam ars ipsa p viribus imitat. Jam vero rex Ntliu gnatio apte e. comode servatur p principia finita, egr satius est ponere principia finita, qua infinita ut facit Anaxagoras. Ex rei aut eui, dentia illud satis pspectu e. rex ntliu ortu p principia finita servari posse, siqdem gnatio hominis solum exposcit, lat. unu subiectu ut puta semen, dumtaxat, unicum terminum aquo incipit. Alter terminus ad que, ut forma hois, quibus tribus cum apposite absolvatur gnatio hominis e. cuiusuis alterius rei ntlis plura principia ponenda mi, nime sunt.

2a rö. Postrema rö ea est. opt principia semper manere, non oia contraria semp manet, quia qdam st, q ex alijs originem ducunt ut dulce e. amarum ex qtibus primis, egr non oia Contraria sunt principia, Ergo lgr quedam. Ergo finita. Sed quarnam sit sensus

Quis sensus maioris propositionis. Oportet principia semper manere.

illius maioris ppositionis, Oportet principia semp manere nõ satis constat, Dicendum e. aut vel cum qtib. illum sensum esse principia semp manere hoc e. in qualibet gnatione adinveniri, Cum aut non oia Contraria in quauis gnatione reperiant, ndm album aut nigrum

Oriendum cum qraib. e. in qualibet gnatione ad inveniri.

in quibus semper reperiuntur, ~~propterea~~ non omnia sunt principia. Vel dicendum est ex hoc contextu ipso principia semper manere hoc est manere in ratione principii ita ut ex aliis non pendeant, et proinde inquit Philosophus, cum multa sint contraria quae ex aliis fiunt, proinde non semper manent, et illud idem significare voluit quod dixerat ante in cont: 42. principia non fiunt neque ex aliis sed ex ipsis omnia pendent. Sed cum iam decretum sit principia non esse unum neque infinita, sequitur principia plura esse et finita. An vero sint duo vel tria cum dubium sit, ea propter Philosophus probare statim decrevit principia non esse duo tantum, nec satis esse ad rerum naturalium ortum, sed tria, ad id autem ostendendum hoc utitur argumento, sumpta ea radice quae probata fuit in 42 cont: principia sunt contraria sed unum contrarium alterum contrarium recipere nequit, nec alterum ipsorum ~~non~~ rationem agentis suscipere potest, igitur praeter duo principia contraria tertium aliud ponere principium opus est, quod subsit vicissitudinibus, nec unum, nec alterum recipiat contrarium, quo sic argumento et Methodo usus est Arist. 12. Metaph.: 6. Tribus autem his propositionibus quarum prima est omnis substantiae naturalis et transmutabilis. Altera omnis transmutatio est inter contraria. Postrema est, Nullum contrarium alterum contrarium suscipere potest, ex quibus pronunciatis Arist. ita materiam introducit, omnis transmutatio est inter contraria, nullum contrarium alterum recipit, igitur in quavis transmutatione praeter contraria materiam subesse oportet, quo fit ut Methodus et via ad investigandum materiam esse ex radice contrarietatibus inventorum in transmutatione desumatur, sed cum materia sit communis et corporibus aeternis, atque mortalibus quia ubi motus reperitur ibi quoque materiam adesse oportet,

Vel dicendum ex hoc cont: hoc est manere in ratione primi

Principia non esse duo sed tria

ad id ostendendum hoc utitur argumento

Ex quibus pronunciatis Arist. ita materiam introducit.

Dubito quae m[ateri]a ab Arist: inventa est.

cum motus sine subiecto esse non possit. Dubium est quae m[ateri]a ab Arist: inventa est, num[qui]d m[ateri]a sublunarium tantum, aut m[ateri]a in universum ut co[mmun]is est et mortalib: et aeternis, resolute dicendum est quod licet hac Methodo qua usus est Arist: ex contrarietate rerum et aeternorum et mortalium m[ateri]a inveniri possit, attamen hoc in loco m[ateri]a duntaxat substantiarum corruptibilium inventa est, de qua in hoc libro ab Arist: [agitur].

Solutio m[ateri]a duntaxat corporum generabilium et corruptibilium.

Quod habetur quia ex ipsomet ostenditur in hoc libro Cont: 68. ubi Epilogo colliges quod hactenus dicta fuerunt inquit dictum est, quod et quot sint principia rerum naturalium quae in generatione versantur. quibus verbis nemo est qui non intelligat Arist: disserere in hoc libro de principijs ac proinde de m[ateri]a duntaxat corporum generabilium et corruptibilium.

Lectio octaua

Inceperat Arist: investigare an praeter principia contraria aliud constaret principium, ostenditque in generatione ipsa praeter contraria principia tertiam quandam naturam introducendam esse, quae generantis actionem sustineret, vicissimque ipsorum contrariorum subiectum esset. Sed ut magis Arist: hanc veritatem firmaret, alia quadam Methodo et quidem artificiosa usus est ad ostendendum dari m[ateri]am et subiectum, haec autem Methodus desumpta est ex non contrarietate principiorum quasi opere pretium est quidem esse principia rerum naturalium quae non sint contraria, proinde probat quasi dum sumpto exordio principia non esse contraria, ut inde colligat necessitatem tertij principij idque duab: potiss: duabus rationib: ostendit in Cont: 52. quarum prima est

Alia Methodus Arist ad ostendendum dari m[ateri]am itque duab: potiss: r[ati]onib: ostendit

Contraria non sunt subiecta alicuius rei quoniam ea est contrariorum natura, ut potius in subiecto sint, siquidem ita describuntur, Contraria ea sunt quae ex eodem subiecto mutuo sese expellunt. Jam vero non omnia principia sunt in subiecto, quia cum subiectum prius eo sit, quod est in subiecto principijs daretur aliquid prius, ac proinde principij principium esset. Itaque principia non sunt contraria, Secunda ratio ea est Substantia non est

Prima ratio Contraria ea sunt quae ex eodem subiecto mutuo sese expellunt.

contrariā substℯ, Principia substℯ sunt substℯ, Igr̄ princi- 2ª ratio
pia substℯ non sunt contraria. Cuius descensus minorem ita Substā non est co-
ōndit, quia fieri nequit ut non ex substā ut potē ex accidentib: traria substantiae
ipsis substā oriatur, cum unumqq. ex eo p̄ sui gn̄s et originē
ducat. Cæterū hac in parte in eo Arist: defecisse videmus qm̄
pbat q ostensione agere non udr, unicuiq. n. uel perspectū ē
principiā substℯ substam eē, dubium ē aūt illud q ab ipso assūmitur ut potē substām alteri contrariam non esse q tn̄ ab Arist:
non pbatur. Dicimus ad hoc Arist: assumere ppositione illam
ut conspicuam et ab ipso tacitē ostensam in superiore Cont. 51.
ubi dixerat Nullum Contrariū ex altero contrario quippiam
gignere posset, porrō tacitē in hac ppositione ōndit substām subiectōr minimē contrariā eē, in hunc modum, Contrariū qppiā
non gignit ex suo contrario, iam uō substā ex altera substā
aliqd pereat et gignit, ut homo ex semine alium pereat hoiem
Igr̄ una substā alteri substℯ contraria non est, qm̄ si substā
alteri esset aduersa pcul dubio ex altera substā nil pereret
sicuti unum contrariū ex altero nil gignere pt, Ex quo
unusqsq. facilē intelligere pt, quanta usus sit Arist: diligētia
in ppositionib. afferēdis. Cum aūt ōndisset principia nō ēē contraria stati Arist: infert oportunum esse tertiū quoddam subiectum
in gnatione rer in hunc modum. Decretum antea fuit principiā esse Contraria, ōnsum qn etiā ē principia nō ēē contraria, cum aūt istæ duæ ppositiones q aliqn uera st de eisdē
principijs minimē uerificari possint, q fieri neqt ut eadē principiā sint Contraria et non contraria, Igr̄ istℯ duℯ ppositiōes
de diuersis pricipijs ueritatē habebunt, si sic igr̄ aliqua principiā sunt contraria et aliqa principiā non st contraria, Itaq.
pter principiā contraria reperitur quoddam tertiū principiū
q nullū ē contrariū, hoc aūt materiā et subiectum appellat

Cont 53. q̃ sane his verbis in Cont: 53 deduxit quocirca si quis e
priore putabit ex rõnem vest probantem principia esse contraria
e hanc probantem si principia non esse contraria, subesse quod-
dam tertium principium omnibus e, quemadmodum prisci et sapientes
affirmarunt, e hoc pacto ingeniosa quadam e artificiosa ut inquit
Simplicius Methodo Arist: praeter principia contraria in generatione
rerum materiam introduxit, quam veritate et priscorum sapientum
consensu Arist: confirmat, qui in rerum ortu praeter contraria
subiectum constituerunt, quamvis non idem, sed alij ignem
Alij Aërem aut aquam, aut inter hos corpus quoddam medium
q vaporem appellant sicuti Anaximander, quorum Veterum
opiniones Arist: comparat inter se, nam probans Arist: veterum
philosophorum sententiam in statuendo unum subiectum in generatione rerum,
instituit e consulto veterum opiniones inter se conferre, quae nam
melius senserit in statuendo hoc generationis subiecto, quod non
sine magno artificio factum est, nam cum hactenus ostendisset
materiam reperiri e esse, reliquum erat ostendere e quasi
ab oculos ponere naturam e essentiam huius subiecti, nam quam primum
compertum est rem esse, statim investigandum inquit quid res
ipsa sit, ut aut Arist: quadam arte in hanc cognitionem nos ma-
induceret decrevit priscorum opiniones invicem conferre,
ex qua collatione materiae naturam nobis aliquo pacto indicabit, e
primo inquit eos probe dixisse, qui corpus illud intermedium ut potè
vaporem qui medius est inter aërem e aquam pro subiecto con-
stituerunt, ratio ea est quia subiectum quod contrariorum receptivum
esse debet non debet sibi aliquid praefinire, sed ab omnibus vacuum
esse debet, quia si aliquid sibi contrarium ut peculiare praescriberet
illud esset impedimento, quo minus alia recipere posset, Cuius
rei illud signum est, quoniam ut videmus linguam febricitantium
cum infecta sit sapore amaro, illo impedimento est, quo minus
febricitantes alienos sapores et dulces persentire possint.

pariter in Icterico morbo quem Regium appellant, cum
oculos suffusus sit colore illo croceo, color ille impedimento
est quo minus alios colores spectare possit, sed oia iudicat
coloris crocei. quare dixit q receptiuum e plurium Contrariorum
ut omnia recipere queat, nullum sibi pscribere debet
quam ppositionem scripsit Arist: de Aia lib. 3. Cont: 4 his
uerbis, intus existens phibet aliena, hoc est qualitas et forma
intrinsecus existens in subiecto plurium receptiuo phibet aliena
aliorum receptionem. Istum uero corpus illud intermes
dium uapor sane non udr sibi pfinire qltem ullam qm mo
raresit, mo condensatur, mo excalesit modo frigesit, igr
corpus hoc maxe det ronem subiecti, post hos bene dixerunt
illi qui aerem posuerunt, qm et ipse non udr sibi pfinire ali
quam qlte cum mo calidus, mo frigidus, mo rarior mo dens
sior existat. quare et ipse pxime accedit ad Nam subiecti
Tertio sequuntur illi qui subiectum aquam statuerunt qm et ipsa
eodem se hs det mo, ut ne ullam qltem sibi pfinire uideatur.
om pessime dixerunt illi q ignem et terram p mam statuerunt
qm subiectum nullum contrarium sibi pfinire debet. Ignis aut
et terra certas qltes sibi pfinire uidentur, ignis sane calorem
et siccitatem a qbus ignis manens diuelli minime pt. pariter et
et terra minime habet ronem subiecti. Ex quo discursu com
paroneue inter has Veterum opiniones mtas nam quasi ob ocu
los ponit, nam si na subiecti ea est ut cum sit receptiuum omnium
contrarium non debeat sibi pfinire aliq contrarium, sed ab oibus
debet esse uacuum, mta in gnatione rerum nalium et receptura
formas contrarias, mo priuonem mo formam. Itaq mta est substa
q sibi non pscribit aliq Contrarium sed suapte na ab omnibus
uacua est potentia tn ut oia contraria recipere possit, hanc
itaq tenebat Arist: oro, ut ex comparone facta inter

receptiuum est plurium contrariorum ut oia recipere queat nullum sibi prescribere debet.

Definitio materiae.

Antiquos materiam naturis significarent

Cum ex Colatione opinionum veterum sapientum Arist: aliquo pacto nobis naturam materiae primae indicasset, quae in hoc constituta esse videtur, ut cum rece:
ptura sit rerum omnium formas quae oriuntur et occidunt ab omnibus vacua esse de
bet, nec ullam sibi formam proprie aut possidere debet, ut tandem de Nu
mero principiorum suam claudat opinionem ne dum ratione sed etiam Veterum
concordi testimonio nititur in eandem cum ipso Veteres omnes iuisse sen:
tentiam, in rerum naturalium ortu subiectum quoddam admitti quod contra:
riis exornat, hoc est in ipso vicissim contraria recipiuntur quamvis
re illud circa Arist: autem reticendum non est, iampridem Arist: ex
Veterum consensu comprobasse praeter principia contraria necessarium esse
subiectum, postea in Cont. hoc 55. ex eorundem Veterum testimonio
probat praeter Subiectum in rerum generatione necessaria esse contraria
quod non sine maxima ratione factum est, id enim fecit ut ostenderet
mutuam convenientiam inter se materiam et contraria, recipro:
cant enim inter se Contraria et subiectum, nam ubi sunt Contraria
ibi necessarium est subiectum quoque admiveniri. Cum enim Contraria
ita sese habeant, ut unum sustinere alterum minime possit, quin
immo eorum hoc est natura ut alteri indigeant, profecto ubi sunt Contra:
ria ibi subiectum esse oportet cui indigeant, pariterque ubi sub:
iectum est ibi sunt Contraria, nam cum materia sit subiectum transmu:
tationis, igitur ubi materia ibi transmutatio reperitur, quoniam vero transi
mutatio est de Contrario in Contrarium, igitur ubi materia est, ibi quoque
contraria reperiuntur, Ut ergo reciprocationem hanc Arist: indi:
caret, dicit primo ubi contrarium ~~ibi~~ ibi subiectum et hoc in loco
Ubi subiectum, illic contraria sunt proinde Veteres materiam ponentes
ipsam contrariis principiis exornant atque figurant. Ex quo
vult Arist: conclusum esse Tria esse principia generationis, in quo
numero ternario sapientes omnes conveniunt, tametsi aliquo pacto
inter se dissentire videantur, nam Plato tametsi tria ponat

principia duo ponit ex parte materiae, quam magnum et parvum
appellavit. Peripatetici vero duo ponunt ex parte formae
quorum unum est privatio et alterum forma, nam et ipsa pri-
vatio quoquomodo forma est. Unum vero ex parte materiae.
Caeterum si verborum superficie Platonis sententia accipiatur ab Arist.
dissentire videtur, sed si intimius Platonis sententia perpendatur,
eadem est cum Arist. sententia, siquidem et Plato duo principia
posuit contraria, atque duo ex parte formae, et unicam
materiam, et licet Plato materiam magnum et parvum appella-
verit, his duobus nominibus non diversa intellexit, quam ma-
gnum et parvum appellavit, quoniam sibi non praefinit aliquam ma-
gnitudinem sed indifferens est ad quamlibet quantitatem recipiendam
sive magna sive parva sit, Ut ergo divinus Plato indifferen-
tiam hanc materiae circumscriberet, eam non appellavit solum
magnam, nec absolute parvam, sed simul magnum et par-
vum appellavit, hoc est naturam ad magnum et parvum indiffe-
rentem, a cuius sententia ne latum unguem Arist. recedit. Adijcit
Arist. et hoc quod Plato materiam dualitatem appellavit, formam
vero unitatem et non absque ratione. Enimvero forma iure
unitas appellatur, quoniam ipsa unitatis causa est, atque indivisibi-
litatis, Omne enim quod unum est huiusmodi est per formam, hinc est
quod Deus Opt. cum sit simpliciter indivisibilis unitas appellatur
materia vero e contra quoniam est causa pluralitatis atque divisi-
onis quae divisio dualitas est cum a bonitate recedat, hinc est
quod materia nomine dualitatis describitur, et nedum materia
sed et omnia entia imperfecta, quae et gradum perfectionis
atque simul imperfectione participant, nomine dualitatis ap-
pellantur, quoniam quoquomodo dualitatem inter se tenent, et
perfectionem et gradum imperfectionis, hinc est quod Deus Opt. tantum

unitas absolute tantum appellari debet, Caetera vero di-
vinae mentes et quaecumque alia Entia inferiora, quae et per-
fectionis et imperfectionis gradu participant, dualitatis
nomine appellantur, quam sententiam et Pythagorei et Platonici
et Peripatetici concordes sunt insecuti. Caeterum cum hacte-
nus ab Arist. decretum sit tria esse rerum Naturalium prin-
cipia nec ab ipso explicatum sit, quonam modo privatio
sit principium generationis, pariter et forma, ne alius
remaneat suspicionis locus explicandum est, quonam pacto
privatio formaque sint principia generationis. Porro priva-
tio cum sit negatio meraque absentia formae statui mi-
nime posse videtur generationis principium, juxta illud propo-
sitorum. Non ens vel negatio, alicuius Entis principium
esse non potest. Dubium et est de forma, Enim vero prin-
cipium debet prius suo effectu non autem posterius, atqui for-
ma generatione posterior est, cum per ipsam generationem acquiratur
quamobrem forma non recte statuitur ab Arist. generationis
principium. Breviter utrumque Nodus dissolvitur, Et ad primum
dicimus Privationem generationis principium dici non quia
sit effectrix causa generationis aut materia quae generationi sub-
jicitur. Sed principium generationis dicitur, sed quia est ter-
minus a quo generatio. Cum enim quaelibet generatio duos
per se terminos habeat, Unum a quo incipit et hic est
privatio, Alterum ad quem et est esse et forma, Privatio
principium generationis est ut terminus a quo, et quoniam termi-
nus generationis a quo debet esse non ens, proinde privatio
cum hunc in modum generationis principium sit, necesse non ens
vel negatio esse debet. Et ad instantiam cum dicitur, Non
ens non potest esse principium generationis quae aliquid est.

uel est ens, propositio intelligenda est de principio effe-
ctiuo uel de principio initali, non aut de eo q est principium
generationis ut terminus a quo, qm id non ens necessario esse
debet, nec minori negotio diluitur alter Notus de
forma. Enimuero forma principium generationis esse dr non
quia generationis effectiua cā sit, sed eo sensu quia est ter-
minus ad quem generationis, et qm terminus ad quem generati-
onis necessario ipsam generationem insequi debet, propterea forma ut
principium generationis est, non praeire sed generationem consequi debet.
Si n praeiret terminus ad quem generationis non esset. Ad
Instantiam aut in oppositum cum dr principium debet
esse prius suo effectu, propositio ista locum ueritatis habet
de principio effectiuo, aut initali, aut formali, unumquodque
n istorum suum praecedit effectum, non aut ueritatem habet de
eo q est principium motus ut terminus ad quem, id n tantum
abest ut praeire debeat ut potius necesse sit insequi motum,
quamobrem statutum esse uelim priuationem et formam principia
generationis esse in hoc sensu, priuatio est principium generatio-
nis per se ut terminus a quo, et propterea debet esse
non ens, forma uero est principium per se generationis ut est
terminus ad quem per se generationis, et propterea generationem
necessario insequi debet.

Hactenus tria esse rerum naturalium principia ab Arist. decreta sunt uerum
qa no satis perspectum erat an ita numero ternario sint constituta, ut
plura esse non possit, propterea optimum esse iudicauit ostendere plura tribus
esse non posse, itaque ponens: duplici argumento persuadet quorum primum illud
est, si plura sunt principia quam tria, aut id erit quia plures sint materiae
aut quia plura sunt principia contraria quam duo. Iam uero primum
dici non pt, qm in transmutatione unicum tm sufficit subiectum,
ut in uniuscuiusque generatione satis constet neque secundum admitti debet

quoniam si plura erunt principia contraria quam duo, cum tria esse
non possint, necessario quatuor erunt prima contraria. Sed cum duo con-
traria unum expostulant subiectum, si quatuor ponantur duo sub-
iecta in qualibet generatione ponere operae pretium erit. Jam vero ac-
cipiantur ex una parte duo principia contraria et unum subiectum
aut illa satis erunt generationi, aut non. Secundum porro dici non
potest quoniam vel ipsa rei evidentia docet in cuiuslibet rei naturalis ortu
unicum reperiri subiectum, unicamque privationem et formam
Enimvero in omnium animantium generatione unicum satis est semen ut
materia, unus terminus a quo ut privatio, una tantum forma quae
terminus est ad quem generationis. Quod si satis erunt duo prin-
cipia contraria et unum subiectum, igitur alia velut supervacanea
reiicienda sunt, siquidem entia absque necessitate multiplica-
ri non debent, et natura sicuti non deficit in necessariis ita non
exuberat in superfluis. Quacirca tria duntaxat statuenda
sunt interna rerum naturalium principia nec plura tribus poni
debent, ut satis sensuum testimonio compertum est. Ceterum
duo sunt quae in hoc Arist. discursu negotium facere videntur.
Primum quonam pacto illud consequatur si principia contraria
sunt plura duobus, necessario erunt quatuor et non tria. Alterum
est quae sit necessitas huius consecutionis, si erunt quatuor prin-
cipia contraria duo erunt subiecta atque materiae. Solvimus ista
et ad primum dicendum est ex eo valere Arist. argumentum quoniam
si plura sunt principia contraria quam duo ita ut tria statuantur
aut igitur erunt duae privationes et una forma, quoniam haec prin-
cipia contraria sunt, aut erunt duae formae et una privatio
alio enim pacto excogitari non potest tria esse principia contraria,
quam in his duobus modis. Istum vero esse non possunt duae pri-
vationes et una forma, siquidem uni formae duae privationes

minime sese opponunt, non enim formae dominio privato dotis et privato equi adversantur, sed dumtaxat dominio privatio neque possunt esse duae formae et unica privatio. Si quidem duae formae uni privationi non opponuntur non enim privationi dominii forma dominii et forma equi contrariae sunt, quoniam forma equi privationi dominii vel dominii non adversatur. Quamobrem cum tria principia contraria esse non possint. Consequitur si plura dubius erit numero quatuor esse, ut puta duas formas et duas privationes. Quoad secundum spectat necessitas argumenti in eo consistit videlicet si quatuor erunt principia contraria duo esse prima subiecta quoniam in generatione rerum unica materia cum quatuor contrariis consistere non potest, quoniam si exemplo in dotis generatione duo essent privationes et geminae formae, et unicum tantum subiectum tunc unica materia in generatione dominii aliarumque rerum naturalium mutaretur a duplici termino a quo, ut puta a duplici privatione ad duplicem terminum ad quem ut puta ad duplicem formam, quod quidem est absurdum cum una transmutatio unicum tantum habeat terminum a quo, et ad quem, siquidem unitas motus ab unitate termini ad quem autore Philosopho dependet quamobrem cum duplici contrarietate in ortu rerum naturalium unica materia consistere non possit numero consequitur pluribus certis primis contrariis ut puta privatione et forma subiecta quoque numero multiplicari. Monitos autem vos esse velim non ad omnem contrariorum pluralitatem materiam plurificari, siquidem cum multitudine contrariorum quae positiva sunt ut calor et frigus siccitas et humiditas et secundarum qualitatum ut sunt sapores colores odores, unica consistit materia quae istorum subiectum est sed Philosophus intelligit: tantum de primis contrariis intelligenda sunt quae sunt privatio et forma, ad quorum pluralitatem

nulla pluralitas necessario insequitur Et hec de primo discursu
Videtur quod ex his et alteratione ad probandum principia non
esse plura tribus, quae hac radice suffulta est. Una tamen est prima
contrarietas et non plures, ex qua Arist. deduxit hanc
connexionem, una prima contrarietas inter duo tantum contraria
tantum adinuenitur, ergo solum sunt duo prima contraria, sed
duo prima contraria unum expostulant subiectum circa
quod uersentur, ergo in generatione rerum duo tantum sunt principia con-
traria et unum subiectum. Sed ne fundamentum illud
quod acceptum fuit scilicet unam esse tantum primam contrarietatem
probatione destitutum uideretur, illud his dictis approbat
In omni genere est una prima contrarietas, substantia est unum
genus ergo in substantia est una prima contrarietas, et
sicuti substantia est unum primum genus ad quod cetera reducuntur
ita contrarietas quae in substantia reperitur prima censeri debet,
Ad quam cetera contraria quae in aliis reperiuntur praedicamentis
reducuntur. Enimuero sicuti substantia est basis et funda-
mentum omnium aliorum praedicamentorum, sine qua cetera praedicamenta haud
consistere possunt cum accidentia sint, ita priuatio et for-
ma quae substantiae insunt, sunt ueluti primordia et fundamenta
priuationum et formarum quae in aliis praedicamentis reperiuntur. in
aliis enim praedicamentis propria inest priuatio et forma, cum
unumquodque generationi subijciatur, quae sine priuatione et
forma fieri nequit. Ex quo illud Arist. quis infert quod priuatio
et forma in omnibus praedicamentis ita lege naturae sunt distributae, quod
priuatio et forma in substantia sint priores, ut primo generationi acco-
modatae. Quae uero aliorum praedicamentorum sunt posteriores, hae
differunt inter se secundum prius et posterius, sed non differunt secundum
rationem principij generationis sicuti

e forma ut terminus ad quē, ita et in gnatione oīum
alioz p dictoz privatio et forma simile servant rōnem
principij, sed quamvis firmissimis rōnibus statutum fuerit
principia esse tria et non plura tribus quā tu ea statim
sese offerrebat dubitatio An Principia potius dicenda eēnt
duo quam tria pinde Ph̄s in tex. 57. hanc suspicionem di:
luendam pponit, Suspicio vel dubitō ista originē ducere
udr ex unitate et diversitate inter mtām et privōnem
nam cu Ambiguum sit an mtā et privatio sint idem an
diversa. in quo oritur Dubitatio An Principia dicēda
sint duo aut tria. Si .n. mta et privatio idem erunt
certe principia duo erunt: si vero diversa principia absq
dubiō tria statuenda sunt, ppterea Ph̄s dubitōnis occonē
aiadvertens ortam ex mta et privatione statim discri:
men affert inter mtām et privatione duobus modis.
Primo penes loquendi modum, Scdo ex rei natura
Pro quem sic qm de mta et privatione diverso utimur
loquendi modo, nā differenter .n. de privatione hoc uti:
mur dicendi modo, ex hoc fit hoc, ut ex imusico
musicum, et hoc fit hoc, ut Musicus fit Immusicus
De mta non item sed congrue dicimus de mta hoc fieri
hoc, ut ēs fieri statuam, non aut ex ære fieri statua,
et licet consuetum apud nos esse videatur hoc utitur
dicendi mō, Ex semine fieri homine ex ære statua
hic dicendi modus non competit mtæ ex se, sed ratiō
privōnis sibi annexæ, quā .n. semini ex quo ortū homo
inimicta ē privatio cui ppriè coīt hic dicendi modus
ppterea rōne annexæ privationis et quasi ex cuetu

de mta loquimur ex hoc fieri hoc. Affert 2º discrimen int privationem et mtam ex rei na. Nam illa que ita se habent, q unu permanet et alterz corrumpitur secundum rem inter sese distinguuntur, ita uero mta et priuatio ita sese habent, q mta natura habet permanentē, quia aduentu formae ipsa nō interit sed permanet, formamq in sui gremio recipit, priuatio uero aduentu formae desinit, quare materia et priuatio inter sese maxime discriminant, q si mta et priuatio inter se diuersa sunt dicit statim proposita dubitatio principia tria dicenda esse Materiam formam et priuationemq ab ista mta diuersam. Sed ne hac in re aliqs supersit dubitandi locus iure addubitabit aliquis quonampacto uerz sit id q ab Arist: dr priuationem aiē (?) formae interire cum priuatio sit nō ens et mera negatio, id aut q non ē interire non pt cum corruptio transitus sit ab esse ad non esse, ac propterea id q interit consistere et esse debet. Cui obiectioni ita ē occurrendū Bifariā aliqd corrumpi. Vno mō uere et proprie. Alio modo sedm denominationē. Tamuero priuatio ipsa non primo modo corrumpitur, quia hic modus corruptionis competit enti reali, sed dr corrumpi secundo modo siquidē priuatio cu ante aduentum formae mtam denominet priuatā, aduenienteforma non amplius priuatio materiam denominat, et propterea priuatio interire dicitur

Discrimine in costi:

B. Excellentiss: Archangeli, in 1 Physicorum

Discrimine iam constituto inter materiam et privationem in pertes dicendi modum, tum ex rei natura ex quo ea dubitatio dissolvebatur quae se se afferebat circa numerum principiorum. Nunc illud considerandum est, cum privatio semper annexa sit nihil ex utrisque fieri quoquo modo unum numero, non quidem ut materia et privatio una sit essentia quoniam iam decretum fuit inter se plurimum differre sed unum numero esse dicuntur non secus ac homo et albedo invicem coniuncta nam prout ex utrisque corpus album consurgit corpus albedine affectum unum numero esse dicitur ex accidente, ab Aristotele 5. Metaphys. Cap. de uno

quemadmodum albedo et dulcedo in lacte unum numero esse dicuntur non quia una sit utriusque essentia, sed quia ut in uno subiecto numero utique in lacte reperiuntur. Itaque tametsi privatio et materia inter se diversa sint, unum numero tamen esse dicuntur quod ex utrisque unum consurgit aggregatum quod est generationis subiectum. Sed cum Differentiam inter materiam et privationem neque illud reticere oportet, quoniam privatio neque diversa neque differens dici posse videtur siquidem ut scribit Arist: in 10 Methaph. differens et diversum sunt proprietates entis realis, nam utique ens comparatum alteri enti aut est idem aut diversum, quamobrem diversitas est inter Entia realia quod ex ipsa rei natura ita cognosci potest differentia aut diversitas est quaedam habitudo realis inter aliqua duo, iam vero relatio vel habitudo realis exposcit extrema realia, cum itaque privatio non sit ens reale, itaque neque differens neque diversa a materia dici potest, ut Nodus iste dissolvatur est advertendum, latum discrimen esse inter diversum differens et non idem, sicuti tripartito dicuntur illa quae distinguuntur nam alia sunt simplicia alia sunt Composita, Alia vero sunt quorum alterum est ens et alterum non ens, simplicia

c. Excell: Archange: in 1 Physic.

ut poti formas ipsas, materia et forma similes se non differentes sed diversas dicuntur ut constat Arist: sexta 10 Meth: 13. ubi sic inquit. Diversa illa sunt que non per aliud sed seipsis interna quadam ratione inuicem distinguuntur. iam uero una forma ab altera distinguitur non per aliud quam hominis forma non distinguitur per alteram a forma equi sed seipsa, quemadmodum constat ex Arist: sexta 8. Methaps: 15 pariter Deus Opt: amplissimo discrimine distinguitur a creaturis, non per aliud cum simplicissimus sit, sed ex sua propria essentia, quapropter simplices naturae diversae similiter esse dicuntur. Differentia uero inquit Arist: eo loci illa sunt quae per aliud distinguuntur, homo enim distinguitur ab equo per rationale et proinde homo dicitur differens ab equo Ex quo illud consequitur propositionem illam propositam Arist: 17 Methaps. ubi inquit actus uel forma, est qui separat atque distinguit, intelligendam esse in compositis rebus quae per formas distinguuntur, non autem in simplicibus naturis. siquidem una forma ab alia non distinguitur per formam, neque materia ab ipsa forma distinguitur per aliam formam cum materia pura potentia sit et formas expers illa uero quae ita se se haberent ut unum alterum sit ens et alterum non ens, illa neque differentia neque diversa esse dicuntur si propria voce uti uelimus sed dicuntur non eadem unde non ens dicitur esse non idem Enti, quamobrem cum privatio sit non ens, dicitur esse non eadem materiae formae; sed fuso quodam vocabulo differens aut diversa dici potest sed improprie. Caeterum quando statutum fuit omnem id quod generatur ex materia et privatione oriri, ac propterea in quali bet generatione materiam adinueniri; ut id non solum ratione

compertum esset sed quoque testimonio sensuum id mani-
festum fieret, propterea statuit Arist. idipsum evidentia
sensuum comprobare, quod ea ratione factum est, quia ut ipsemet
sentit. 8 Physic. tex. 23 Tunc aliqua ratio dicitur esse firma
quando cum sensibus maxime convenit, et tunc firmior esse dicitur
cuique maxime fides est adhibenda, cum ipsa pluribus
sensibus conformis est, cum nostra scientia et certitudo
a sensibus originem ducere videatur. Ut autem D. Arist.
ostenderet rationes superius allatas, quibus ostensum fuit in
rerum naturalium ortu materiam adinveniri cum sensibus maxime
convenire optimum esse duxit illarum veritatem sensuum
evidentia confirmare, idque Arist. in dicta ratione osten-
dit. In omnibus quae generantur quae in triplici ordine vel
ordinata sunt Accidentia scilicet, substantiae, et arte elaborata
in Accidentibus enim iam satis constat ut generentur materiam
necessariam esse, nam cum per se ipsa consistere non valeant
subiecto indigent, quo sese sustineant et generentur, pa-
riter et arte facta quomodo non effingantur subiecto egent
ut generentur. Enim vero statua sine aere aut consimili
non fit neque domus absque lignis aut lapidibus, et ita de
aliis quae artificio emolliuntur, nec non et substantiae in ipsarum
generatione materia opus habent. Enimvero stirpes et animalia
ex semine ut ex subiecta materia oriuntur, aut ex aliquo
quod semini proportione respondeat, sicuti sunt animalia et
stirpes quae ex putrescente materia oriuntur, quae sane putre-
scens materia semini proportione correspondet. et licet Arist.
solum argumentum afferre videatur in animalibus et plantis
attamen idipsum vult intelligendum esse in aliis substantiis
ut puta in Elementis et mixtis inanimatis in quibus
etiam non ita evidens sit cum generantur subiectam materiam

pro supponere ne ab ignotis argumentum capere videretur
ab iis petere noluit exemplum, sed tamen Argumenta acce-
pit in animalibus et plantis, in quibus res ipsa magis con-
spicua erat. Caeterum dum Arist. dicto ea sese opponit
Dubitatio, siquidem Arist. hoc in loco statuit ~~materiam~~ semen
in generatione animalium concurrere ut materiam, cum tamen 2
Physic. 31 Cont. statuerit semen concurrere ut effi-
ciens, iam vero idem materia et efficiens esse non potest
siquidem proprium efficientis est agere, materiae vero solum pati
itaque cum materia vim agendi habere non possit efficiens
causa esse non potest, si itaque semen ut materia concurrit
profecto agentis munere fungi non potest, cui obiectioni
ita est occurrendum in semine duo adinveniri Alterum
est corporea illa moles commixta ex quatuor Elementis
Alterum est virtus illa formatrix, quae animam ex semine
reducit et ex illa corporis tam magnam partium diver-
sitatem efformat, de qua tantum adubitavit Galenus
An Deus esset, an aliqua alia virtus divina in semina
residens, eam autem cognoscens Arist. 2 de Gen. anim.
Cap. 3. Statuit nihil aliud esse nisi calorem innatum
in semine exortum, qui proportione respondet elemento stel-
larum et calori caelesti, quoniam sicut caelestis calor terram
ipsam foecundat, et ex terra stirpes et animalia pro-
creat: ita calor semini inclusus, quia et ipse semen
foecundat ex eoque animata producit, calori caelesti
magis est similis. Hic autem ab Arist. spiritus appellatur
intellectui et arti est similis esse dicitur, spiritus sane ap-
pellatur, quoniam permeat penetratque per singulas semi-
nis partes, nam calor appellatur prout materiam altera-
rat et immutat, spiritus vero prout in omnem partem diffunditur

ratione ab Arist. 2º de gnāt: Cont: 19 Venis
et aēi spūs appellantur, qm per eandem parte
diffundantur et penetrantur. Comparatur et intel
lectui qm sicuti intellectus per aliqua determinata
corporis partem operõne suam non exerret, ita calor
semini inexistens put ꝙ aliqua determinata seminis
partem non operatur proinde intellectui valde similis
est. Comparatur quoque etiā arti qm sicuti ars, licet
diversis partibus et instrūtis insignita non sit, tn tam
maximam partium diversitate efformat in pictura
ita et calor quatenus tam magna instrūtorum divers
sitatem efformat, tametsi huius diversitatis ipse ex:
pers sit, iure arti similis adiudicatur, Quibus
ita sic ~~Dubit~~ explicatis Dubitū ita persolvitur. Si
semen quo ad corpoream molē, illamq elementorum
mixtionem spectetur, ut mta concurret ex qua vi:
ventia anima traducetur, et hoc pacto intelligit
Arist: in cont. 63. Si vero sumatur semen, quo ad
virtutem illam formatricem illi inexistentem. semen
efficientis causae rõnem sumit, quo pacto intellegit Arist.
2 Physic. cont. 31. neq incongruum est idem semi-
ad diversas partes et mtae et efficientis causae
rationem habere, Cum aut dr idē mta et effi:
cientis esse non sit, id sedm eandem parte intelligi
debet. —
Cum in rerum nālium generatione tria principia necessario concur:
rere, et hoc satis esse hactenus ostensum fuerit, ex hoc Phūs
aliā conclusionē deducit in Cont: 64. vīzt Omne q oritur
et fit compositum esse ex mta forma et privatione, hic dicitur aut

huiusmodi Conclusio hoc pacto Comm. n. ad rerum generationem his tribus principijs opus sit, ergo omne quod oritur ex his ingenerario compositum est, Caeterum ut ista Conclusio probe intelligatur est advertendum id quod gignitur bifariam concipi posse. Uno modo ut genitum est et iam absolutum. Alio modo, ut fit et ad esse perfectum progreditur, dum autem Philosophus inquit id quod gignitur ex tribus illis principijs concretum esse, in prima acceptione minime satis eius intelligi debet, quoniam hoc pacto solum ex materia et forma concretum est non autem ex privatione, quoniam privatio ipsa suscepta forma in materia in re iam genita non manet, sed propositio in secunda acceptione intelligenda est, ut potest dum res ipsa oritur et fit, et huius Conclusionis nullus certe alius sensus est, quam hic Omne quod gignitur gigni interventu formae materiae et privationis, Caeterum ut perspicuum fiat qua Methodo et via compertum est hoc Theorema, qua etiam via corpora naturalia coalescere ex materia et forma, id breviter a nobis est declarandum, porro primum hac via innotuit sumpta ea radice quae ipsius est Aristoteles primo Physicorum 43. videlicet omnis transmutatio est inter Contraria, ex hoc sequitur omne quod gignitur ex contrarijs gigni atque oriri. Caeterum quia unum contrarium alterum non sustinet, ergo in generatione rerum praeter contraria datur tertium subiectum, ac proinde in omni quod generatur duo principia contraria reperiuntur et unum subiectum, et ex consequenti omne quod fit dicitur fieri interventu duorum contrariorum privatione videlicet et formae atque subiecti. Eadem prorsus Methodo compertum est corpora naturalia quae mortalia sunt, composita esse ex materia et forma, hoc tantum praeter adhibito, quod privatio adventu formae desinit, ergo in renascente

solum supersunt materia et forma, et propterea corpus Naturale generationis subiectum ex materia et forma compositum est, via itaque transmutationis corporum Naturalium mortalium adinuenta fuit, eadem Methodo, inuenta fuit materia dictorum mortalium esse potentia, et non actu, nam cum generatio sit inter priuationem et formam, et praeter ista duo, subiectum requiritur et materia, quae modo formae modo priuationi subiecta sit, itaque in generatione reperitur materia priuationi coniuncta, sed ubi priuatio est ibi potentia, siquidem priuatio nomine potentiam ipsam includit, tamquam differentia qua a negatione distinguitur, igitur materia dictorum inferiorum est in potentia. Sed cum corpora naturalia in duplici ordine sint, alia Caduca et alia Aeterna ut sunt sphaerae caelestes, tametsi corpora ~~naturalia~~ caduca via generationis composita esse dignoscantur, non eadem Methodo caelestium corporum compositio est adinuenta, cum generationi minime subiecta sit sed duntaxat ex motu locali quo uno motu duntaxat in orbem cientur, Methodo huiusmodi usus est Arist. 8 Phisicorum Cont. 40. quod huiusmodi est, idem secundum eandem partem non potest esse mouens et motum, quoniam id quod mouetur potentia est cum motus sit actus entis in potentia ut scribitur 3 Phisicorum tex. 6. id autem quod mouet dicitur esse in actu, id uero idem secundum eandem partem actu et potestate esse non potest, quoniam fieri nequit ut idem secundum eandem partem sit actu calidum et potentia calidum, igitur idem secundum eandem partem non potest esse mouens et motum, quo usus fundamento Arist. hanc propositionem retulit. 3 Phisicorum 8 tex. Cum itaque aethereum corpus a seipso et ab interna vi moueatur, igitur secundum eandem partem non potest esse mouens et motum

Erit igr̃ mouens et motum secundum partes, mouens
secundum quarum altera mouet et altera mouetur, Sed
qm̃ pars mouens est forma, qm̃ proprium formae est
agere et mouere, ut docuit Arist. 2 de ortu et
inter: 53 cont. pars aut mota est mta, qm̃ proprium
mtae est pati et moueri, ut po de gnãtione scribit
Arist: 51. cont. dicens mtã solum q mtã passiuum e
quamobrem cum Caelum ex parte constat mouente et
parte mobili, pars aut mouens sit forma, pars aut
mobilis sit mtã, igr̃ caeleste corpus compositum e ex for
ma et mtã, quo Arist. hic discursu ad uerbum 159 e
Auerr: sub ipso statim initio lib: de substã orbis.
Sed ut plene Arist. Methodum cognoscatis, qua Arist.
adinuenit formam hanc mouentem intellectum seu In-
telligentiam esse aiãduertendum e, Arist. hanc accepisse
radicem ut fundamentum q substã adherens illud corpus
mouens est aeterna, qm̃ mouet caelum tempore aeterno
ut ab Arist. sancitum fuit 8 libro de Physico Auditu,
Virtus aut mouens tpe aeterno neria ut aeterna ee
debet, qm̃ virtus caduca et quandoque interitura per infi-
nitum tempus motum propagare non pt, uerum quia forma
aeterna huiusmodi est, quia non educitur de mtae gre-
mio, sicuti ex opposito forma corruptibilis est, quia
ex mtã ipsa innascitur, idcirco forma mouens caelum
cum sit aeterna non ex mtã deducta, igr̃ abiuncta
et separata est a mtã, et qm̃ uero omnis forma q imma-
terialis est et a concretione mtae libera e intellectus
ut aperte docuit Arist: 3 de Aiã 15. et 16, q expo

ondi potest, nam formae q ex mta oriuntur sunt in:
telligibiles tm non aut intelligentes, et licet in ordi:
ne formarum aliquae sint formae quae cognoscentes sunt,
sicuti sunt sensus, tamen et ipsi quia ex mta oriunt
non sunt intelligentes, qd si formae mtales intelligibiles
solumo st. et nullo mo intelligentes, igr ex adverso
formae q solutae et secretae st a mta nedum intelligibi:
les sed etiam intelligentes st, quamobrem cum forma
adherens illud corpus movens ex mta minime orta sit
igr est intellectus. Sumo ab Quest: conclusionem fuit 12
pa Philosophiae, Caeleste corpus coagmetatum fuisse
et compositum ex corporea quadam mole et aia q
est intellectus. Ex qo discursu illud volo vos collu:
gere, qd sicuti materialitas in causa e quin aliqua for:
ma e intellectus, ita vacuitas et carentia materiae
est causa ut aliqua forma sit intellectus, unde istae pro:
positiones se invicem convertuntur, omne intelligens
» a mta solutum est atq aeternum, et omne ~~intell~~ aeternum
» liberumq a mta intelligens est. Caeterum primus discur:
sus e a posteriori et ab effectu ad suam causam, cum ex
eo q aliqd intelliget e infert esse immateriale atq
aeternum, qua fa via usus est Quest. 3 de Aia Cont: 6.
ubi cum in tex: 4. arripuisset humanam mentem oia intel:
ligere in tex: 6 deducit non esse corpori et mtae commixta
his verbis, unde rationabile est non esse corpori mixtam
2a aut Metha. textus 8 Quest. 12 Metaph. ubi cum
ondisset substas moventes caelum a mtis concretis immunes ee

atq. aeternas, subinde intellexit illas intelligentes esse q. Methodus est a causa ad effectum, qm est ex materia carentia q. in causa est ut aliquid sit intelligens et hae sunt quatuor Methodi quibus compertum fuit omne q. omnes omni interueniente materia et priuatione naturalia corpora mortalia composita esse ex materia et forma via generationis, Coelestia autem corpora ex motu locali, et tandem ex corpore et anima intelligente eadem coelestia corpora composita esse.

Lect: 13. Hactenus interna rerum naturalium principia numero ternario conclusa sunt, sed quoniam non satis est nouisse quae nam sint et quot numero sint, sed et illud animo consequi oportet, An eodem modo sint principia, idcirco Philosophus post statutum numerum principiorum declarare instituit non eandem principii rationem habere, sed duo esse principia per se rerum naturalium, ut scilicet materiam et formam, unum uero ex accidenti ut scilicet priuationem. Probat autem materiam et

tex: 68. formam esse principia per se rerum Naturalium hoc discursu Cont: 65 illa censeri debent principia naturalium constantium quae ita se habent ut ex ipsis naturalia constantia fiunt et sunt Jam uero ex materia et forma res naturales coalescunt et consistunt ergo materia et forma rerum naturalium principia per se dici debent et sunt. Usus est Arist: in maiori illa geminatis illis uerbis fiunt et sunt ad differentiam priuationis, quae tametsi principium sit ex quo res naturales fiunt, non tamen est principium quo res Naturales sunt, siquidem priuatio non permanet in re genita, nec ex ipsa coalescit. Caeterum quia minor illa propositio aliqua probatione egebat eam hoc pacto ostendit, ex materia et forma corpora naturalia componuntur. Igitur ex materia et forma corpora

nālia fiunt et sunt. Enim vero fieri et esse ex aliquo nil aliud est, nisi ex illo coalescere et componi quia vero adduc illa propositio quae assumitur quoquomodo ambigua erat, ut pote corpora nālia componi ex mā et forma eam ita persuadet, unumquodque ex illis componitur in quae dissoluitur, iam vero corpora nālia in mām et formam dissoluuntur, igitur ex mā et forma corpora nālia componuntur. Sed licet corpora nālia dissolui dicantur in mām et formam proprie tamen utrumque in mām dissolui dicuntur, siquidem in interitu nālium corporum solum mā superest forma vero corrumpitur et non manet, illud autem in alterum dissolui dicitur, quod superest et manet, quod sane Arist. animaduertens dixit corpora nālia dissoluuntur in rōne mātae et in rōnem formae, hoc est in unum quod erat subiectum ex quo ut pote materiae: in alterum vero quod erat quod quid est corporis nālis, quod est rō formae. quamobrem tota vis rōnis ad probandum mām et formam esse principia per se rerum nālium, consistit in hoc medio, quia ex mā et forma corpora rerum nālium componuntur et coalescunt, et licet inferre, ex mā et forma nāa constātia componuntur. Ergo sunt principia per se nāa constantium. Illud tamen vos "admonitos esse velim, quod licet mā ipsa sit substāe nascentis "pars, remque nālem una cum forma componat, non tamen "dat existentiam ipsi rei, siquidem totum esse rei a forma dependet. quod prodidit Arist. 2. de Phisi. Auditu. Cont. 11 ubi inquit quod sicuti in arte confectis posita mā ut pote ligno nil, inquit, ponitur scamni sed posita forma scamni illico scamnum ponitur et est, sublataque forma scamni

quamvis materia supersit nihil remanet scamni ita res
sese habet in naturalibus quod licet adsit materia carnis aut hominis
nihil est domus, sed posita forma domus statim ponitur
domus, eademque sublata, quamvis supersit materia et ricadavere
totum perit esse domus. Igitur totum esse domus et
cuiusvis rei naturalis a forma dependet, ita ut discursus
sit iste, Illud est adaequata causa esse rei naturalis
qua posita ponitur esse, et qua sublata, quovis alio
remanente, aufertur esse rei naturalis, Ex Regula Arist.
poster. p°. Sed posita forma ponitur esse, ipsaque sublata
quamvis superstes maneat materia in corruptione, perit
totum esse, igitur forma est causa adaequata ipsius esse rei
naturalis. Idcirco forma ab Arist. 2 Phisic. 31. totum
appellatur, nec non p° de ortu et inter. cont. 23.
ubi inquit generationem et interitum esse mutationem secundum
totum. hoc est secundum formam, quae totum appellatur, quoniam
ab ipsa totum esse rei dependet. Materia vero quan-
tum ad esse non concurrit nisi ex accidenti prout
est vehiculum, subiectumque cui forma ipsa innititur
sed materia est causa ex qua res ipsae fiunt, permanens
tamen in composito ad differentiam privationis, quae in re na-
scente non manet, quod luculenter declaravit lucidus
Interpres Themistius in de Anima 2. Cont. ubi inquit
hoc discrimine seiunguntur materia et forma quod a
materia res habuerunt ut fiant, a forma vero ut sint
quod facile colligi potest ex utriusque definitione. Enimvero
materia sub ratione huius libri ita definitur. materia est subie-
ctum ex quo aliquid fit, Igitur materia causalitas est

posita in hoc ut ex ipsa res fiant. Forma vero 2 Phis. 28 Cont. ita describitur. Forma est quod quid est rei, quamobrem ex definitione et natura et formas utriusque causalitas dicitur, et quae Themistii dicta sunt apertissime comprobatur. Ceterum privatio non eodem modo naturae constitutivum principium est sed ex accidenti ut dicit Arist. in Cont. 66. siquidem concurrit ut causa sine qua non: Enimvero corpora naturalia numquam haberent esse nisi prius non essent, et sub privatione non reperirentur, quoniam vero privatio in re nascente non manet, neque ex ipsa compositum coalescit, proinde non dicitur per se principium rerum naturalium. Illud bene verum est quod si privatio respectu generationis consideretur dicitur esse per se principium generationis, cum sit terminus a quo per se generationis, quod satis aperte docuit Arist. in hoc, 1° Phis. 43. et 44. ubi inquit quod omne quod fit dicitur fieri per se ex suo contrario ut album ex non albo et domus ex non domo, iam vero non domus est privatio domus, ergo domus fit ex sua privatione per se ac proinde privatio est per se principium generationis. neque id certe negligendum est, quoniam plurimi interpretes conferunt generationi privationem, et rebus naturalibus, respectu generationis est principium per se, respectu vero rerum naturalium est principium ex accidenti modo declarato. et ita intelligit Arist. in Cont. 66. Et haec de modo principiandi materiae formae et privationis.

Ceterum quia in cognitione generis quiescendum non est
sed post generis tractationem ad species progredi oportet
idcirco Arist: ostensum esse dividi docuit sigillatim de duobus
ordinem habere et disseruit de materia et forma, quorum
privationis notitia ex iam dictis facile haberi potest.
Verum quia nos ordine insequentibus a prioribus et
imperfectioribus incipiendum est, quem ordinem in operibus
suis naturam servare conspicimus, cum propterea materia sit
prior et imperfectior forma, de utraque Arist. ser-
verba facturus, a materia auspicatus est. Sed cum antea
absolvisset problema si est, probassetque materiam esse et
post problema si est, sequatur problema quid est,
propterea Arist. in cont. 69. pervestigare aggressus est
naturam et essentiam materiae primae. Sed quoniam secreta
et maxime occulta est ipsius essentia aliqua erat me-
thodus excogitanda quae commode intellectum nostrum
duceret in naturam et essentiam ipsius materiae. Propterea et
methodum hanc Arist. declaravit, simulque materiae essen-
tiam explicavit. Methodus itaque haec est quod subiecta
materia ab ipso percipitur mente per Analogiam et simi-
litudinem ad materiam artefactorum, non enim materia per pro-
prium idolum simulacrumve quemadmodum rosa percipi potest,
sed per similitudinem ad materiam artificiosam tantum per-
cipitur, quam notitiam Plato in Timaeo illegitimam
et adulteram appellavit, quoniam per alterius similitudi-
nem dignoscitur, quae non est legittima et propria.
Legittima enim propriaque dicitur ista, quae fit per propriam sui imaginem

cognoscitur. Cognoscitur autem ex analogia ad arti-
ficialem in eundem modum ut Arist. in hoc Cont. declarat
sicuti se habet mta artefactorum ad formas artifici-
osas, ita mta rerum nalium ad formas nales. Jam
uero mta artefactorum ut cera priusquam figuram recipiat
redditur informisque substantia, uacuaque ab omni figura
in potentiaque ad omnem figuram suscipiendam. Igitur et
mta rerum nalium substantia quaedam informis et uacuaque
ab omni forma, in potentiaque ad omnem formam nalem
recipiendam. Ex quo illud cognoscitur non eadem
methodo et via cognosci mtam esse et quid sit
probatur. n. mtam esse via transmutationis ut antea
declaratum fuit, quid autem ipsa sit cognoscitur via
analogiae per similitudinem ad mtam artificiosam.
Quamobrem si quis interroget, qua methodo ab
Arist. cognitum sit mtam esse in potentia ad
omnem formam statim respondeas ex via analogiae
et similitudine ad mtam artificiosam, quae sane
similitudo maxime prae oculis est habenda qm ea
est qua mentis aciem figere et ad mtae essentiam
penetrare ualemus, et praesertim exemplum et simili-
tudo desumpta a cera, quae maximam cum cera simi-
litudinem habet, qm et ipsa facile contrectari
possit et transmutari ad quamlibet figuram. Sed
illud animaduertendum, quod cum similia non sint eadem
licet inter mtam rerum nalium et artefactorum aliqua
sit similitudo, quae antea explicata fuit, est tamen

aliqua dissimilitudo, quoniam materia rerum naturalium nullam
prorsus intra se formam habet, sed ab omni prorsus vacua est, et proinde pura dicitur potentia, quod
iure a nobis factum est, quia cum Deus opt. et materia
prima duo sint extrema in tota amplitudine entium, sicuti Deus est purissimus Actus, cui nulla
est permixta potentia, cum potentia imperfectionem
dicat, ita materia prima in altero residens extremo substantiae est pura potentia, cui nullus per
se miscetur actus aut forma, et proinde materia prima prope
nihil esse dicitur, sicuti et a Divo Augustino 12 libro
Confessionum declaratum fuit, Ubi sic scribit Domine
duo fecisti unum prope te, et alterum prope nihil
prope te. vestit naturam Angelicam, prope nihil
vestit materiam primam, quae cum sit in extremo omnibus ad
nihil proxime accedere videtur. propter quam suam maximam imperfectionem et etiam quia formis particeps
non est, quae ~~de esse m~~ est ratio intelligendi ex
Arist. ex Arist. 9 Metaphys. 20 Cont. tum quia
continuo materia in varias mutatur formas, ita ut
stabilem naturam habere videatur, summa cum difficultate
ab intellectu nostro percipitur. quam sane materiam primam sub fabularum involucris, nomine Prothei expressere Poetae, nam Protheus ait, quoniam in varias
continuo mutabatur formas, qualis qualis esset
percipi non poterant, per hoc nil aliud intelligentes nisi materiam primam, quae cum continue tumultuetur

in diversasq(ue) mutetur figuras et formas ab in-
tellectu n(ost)ro vix percipi et cognitionis vinculo
vix teneri possit. An vero per se m(ateri)a aliq(ua)
sine similitudine (per)cipi possit inferius declarabit(ur). Lectio 14.
Quoniam in questionem revocari solet, An m(ateri)a per se suopte
ingenio intelligi possit, q(uae) sane dubitatio ex verbis Arist(otelis)
originem duxit quippe qui in Cont. 69 statuit m(ateri)am p(er)
Analogiam seu similitudinem ad m(ateri)am artificiosam percipi
posse. Ea(m) ig(itur) dubitationem istam breviter persolvam. Si Arist(otelis)
sententiam expendamus ipsamq(ue) rei na(tura)m, profecto statuendum est
m(ateri)am per se ab intellectu minime intelligi posse, sed
solum ex similitudine et comparatione ad alteram, siquidem
Arist. una cum Platone statuit m(ateri)am per alterius simili-
tudinem quam illegitimam cognitionem appellavit Plato,
percipi atq(ue) cognosci, q(uod) et ex ipsa rei na(tur)a facile perspici
et ~~cognosci~~ comparatis p(otes)t. Enimvero m(ateri)a conceptu proprio vel
propria notione non intelligitur nisi ut potentia, quia
haec e(st) m(ateri)ae definitio eius exprimens essentiam m(ateri)a
est substa(nti)a in potentia sed m(ateri)am esse substa(nti)am in po-
tentia haud cognosci p(otes)t nisi per comparatione(m) ad
m(ateri)am artificiosam, neq(ue) alia via id attinueriri potest.
itaq(ue) m(ateri)a non per se propriaq(ue) ipsius na(tur)a sed alterius
similitudine ab intellectu percipit(ur). Cui dogmati favet
Averrois auctoritas, q(ui) Metaph. 20 Cont., ubi inquit
q(uod) forma et actus est ratio intelligendi, ut res intel-
ligantur, proinde in q(ui)b(us) reb(us) non intelligentur cum po-
tentiae sunt, sed cum actu reperiuntur. Cum aut(em) m(ateri)a
per se ipsam considerata vacua sit ab omni forma
ergo suapte na(tur)a intelligi non p(otes)t, quando vacet forma,
q(uae) est ra(ti)o intelligendi, q(uod) etiam percepit Arist. 7 Metaph. 35 Cont.

dicens materiam quod se est ignotam quamvis concludit
esse etiam materiam non per se sed ex alterius simi-
litudine et analogia ab intellectu cognosci, verum id
non temere intelligendum est quando enim dicitur materiam intelligi
similitudine materiae artificialis, id intelligi minime
debet quod similitudo vel imago materiae artificiosae intel-
lectui representet ~~praeseferat~~ nam materiae primae siquidem statua
est imago rei non representat intellectui nisi illud
cuius est imago. Enimvero lignum quod materia artificia-
lis est per sui imaginem solum intellectui offertur,
ipsius autem similitudo nam materiam primam non representat
sed illud ita intelligi debet quod ex similitudine materiae
artificialis, intellectus ratiocinatione et discursu ex-
plorat et investigat nam materiae primae simili ratione
Philosophus in contextu 69. dicens sicuti se habet materia arte-
factorum ita est materia naturalium, sed illa informis
est et in potentia ad formam artificialem Ergo est materia
rerum naturalium est ~~impotentia~~ subiecta quaedam informis
et in potentia ad res naturales Sed ne aliquis dubius
in re scrupulus oriatur est animadvertendum non omnimodam
esse similitudinem inter materiam artefactorum et ma-
teriam naturalium, sed aliqua ex parte extat simi-
litudo, et aliqua ex parte non. Est in similitudo
in hoc quod sicuti materia artefactorum vacua est ab omni
forma artificiali et ad illam est in potentia, ita est materia
naturalium vacua est ab omni forma naturali et est in
potentia ad illam. Dissimilitudo autem est quoniam
materia artefactorum ut lignum et cera est aliquid comple-
tum et compositum in actu, materia vero rerum naturalium

non est aliquod ens completum neque actu existit cum nullam habeat formam, sed potentiam habet ut actu existat fiatque ens completum et perfectum. Ceterum hac in re illud silentio praetereundum non est quod potentia posita in definitione materiae non est differentia substantialis, neque propria materiae essentia sicuti rationalitas est differentia specifica propriaque hominis essentia, cuius rei ea ratio est quia relativum non constituit rem absolutam neque ipsius substantia est, sicuti paternitas non est essentia Socratis. Jam vero potentia est quid relativum siquidem refertur ad formas, ergo potentia non est specifica differentia, propriaque materiae essentia, quae substantia est. Sed in hac definitione potentia ponitur ut proprietas, quae emergit oriturque ab intima materiae essentia estque perpetua materiae comes, quia sive materia adiunctam habeat formam, sive sine forma, semper est dicere materiam potestatem habet ad recipiendum formas. quod satis prudenter ostendit declaravit Arist. 1. Phys. 82. ubi inquit. Materia ingenerabilis et incorruptibilis est secundum potentiam, unde loco dicendi materia est aeterna secundum substantiam dixit materia est aeterna secundum potentiam, quod duplici de causa dictum puto. Primo ut significaret potentiam esse intimam proprietatem ipsius materiae qua commodius eius essentia explicari potest. 2° ut ostenderet potentiam hanc perpetuo materiae sicut atque inhaerere, et quam regula est quod quotiescumque latet propria essentia rei licet eam circumscribere et exprimere aliqua proprietate eius essentiali quae vicem gerat differentiae specificae. Cum igitur secreta et occulta nimis sit essentia materiae

mtâ pri, opus fuit eam exprimere ex intima
ejus proprietate hoc aut cum potentia sit recipiendi
formas, propterea Schol. mtam per potentiam describunt
dicentes mta est ~~potentia~~ substa in potentia,
ac si diceret mta est substa quedam imperfe-
cta et incompleta cui inest potestas recipiendi
omnes formas quarum beneficio acquirit esse completum
et in actu existit. quod si quis forte huic Arist:
fun. sese opponat dicens mtam esse aliquid in
actu, sicut dicit Arist: 12 Metaphy: 14. mtam esse
hoc aliquid ut videtur, preterea idem Arist: 1 Phisic.
66 cont: inquit quod mta est magis hoc aliquid
quam privatio, esse aut hoc aliquid est esse in
actu non in potentia, igr mta erit ~~potentia~~ substantia que-
dam in actu non in potentia ut ab Arist. decre-
tum est. Solvimus ista, et ad primum dicimus Aristo
non intellexisse mtam esse vere hoc aliquid vel
existens in actu, qui 2 de Aia 2 cont. scripsit
quod mta secundum se non est hoc aliquid sed in potentia
sed intellexit mtam esse hoc aliquid vel existens
in actu ut videtur i. secundum apparentiam, nam
quoad sensum mta nil aliud esse videtur quam ipsum com-
positum et partes compositi quia et vulgares homi-
nes non intelligunt neque aliud apprehendunt, quam ma-
nus brachia et pedes in hoie, et propterea arbitrantur
mtam nil aliud esse quam compositum ipsum sensibus
apparens, igr quantum ad apparentiam mta videtur
esse hoc aliquid quamvis res aliter se habeat.

Ad secundum

Ad Sedm dicimq Arist: comparasse mtam pri-
uationi nam licet mta sua nãe ingenio nõ sit hoc
aliqd et expns in actu, tn comparata priuãni
quoquõ mõ dr esse hoc aliqd, qm mta nam sed
actrealem positiuam permanente, priuatio aut nequaq. et
sic ob mta respectu priuãnis aliquo pacto hoc aliqd
dici pt, absolute aut nequaq. sed per qm explicãr
hanc definitione affirmatiuã mtae quã alia alla-
lata fuit ab Arist: per negatione 7 Metaps. 8.
quae huiusmoi est mta secundu se neq est qd, nec quale, nec qtm,
nec ullu aliorz pdicatorz, neq negationes istorz seu contrariã.
proinde et haec breuibus est expendenda. porro
huius definitionis sensus hic est, quod mta pa in sui
essentia nullam forma includit, siue substãlem
siue accidentariã, neq formarz priuationes, quando
neq forma neq priuatio mtae substãm constituunt
et ipsis etiã aliqs substãles sunt et non secus intelligit
Arist ac si diceret. Qual essentiale neq sanum
neq aegrum est, quia neq aegru neq sanu ponitur
in definitione aialis, ita mta neq formã illã
neq priuatione forma essentialr includit, ita ut
ista sint ppria essentia mtae, sed oia (inqt Arist)
haec insunt mtae ex accidenti, hoc est sunt extra
essentiã mtae, sicuti sanu est accidens aialis
non iniuria Arist: mtam negatiue designauit, ut ostenderet
ppriam mtae essentiã usq adeo latentẽ et
occultã esse, ut ab intellectu nro percipi nõ possit
quo fit ut opus sit ipsã negatione describere
n. uero ea quae sensus nros effugiunt negatione
describi solet, utpote intelliguntur, quid non sint

quam non sint, unde Deus opt. negatione describitur
et ut ille Dionisius affirmabat ~~unquam~~ Deus me:
lius cognoscitur quid non sit quam quid sit.
similiter caelum negatione describitur ab Arist. q. d.
s. corpus neque grave neque leve. pariter et ma-
teria cum maxime sensus nostros utrumque intellectum
superfugiat negatione describitur, q. est substantia quae in sui
essentia neque formam neque privationem includit et
hoc est ~~dicit~~ quod dicit Arist. 10 Metaph. 24 cont. in hac ne:
gatione conditur. Sed illud consideratione dignum est qua Me-
thodo Arist. hanc definitionem adinvenerit, scilicet
materiam neque formam neque privationem essentialiter inclu-
dere, dicimus ad hoc Arist.m agnovisse ex his
quae scripsit in 1o Physicorum quia scilicet materia est receptiva
et privationis et formae. Ex quo sequitur quod cum materia
ne dum formae sed ~~tam~~ ~~et~~ privationis sit recepti-
va. per se sive essentialiter non includit ipsam for-
mam, quia si essentialiter formam includeret privationem
recipere non posset per Regulam, quia quod competit ali-
cui per se eius oppositum competere non potest, rationale n
et Risibile quia per se competunt homini, ipsorum opposita
competere non possunt. itaque si materia formam ipsam per se in-
cluderet eius oppositum aut potentiam privationem recipere
non posset. Et eadem ratione si materia per se privationem
includeret, formam amplius recipere non posset. Cum
itaque indifferenter et unius et alterius sit receptiva
hinc Arist. consequenter elicit hanc propositionem scilicet
materia per se non est quid, nec quale, nec quantum hoc est
per se non includit neque formam substantialem neque acci-
dentalem neque privationem ipsarum sed est omnia ista in potentia

per accidens. hoc est sunt extrinseca a quiddi-
tate et essentia materiae primae. Et haec de essentia Lectio XV.
materiae sit. 1581.

Caeterum circa modum quo materia ab intellectu nostro percipitur
duo expendenda occurrunt. Alterum est, quonam pacto materia
per analogiam similitudinemque ad materiam artificiosam intelligatur
reliquum est an hoc solo intelligendi modo materia ab intellectu
dignoscatur aut et per se aliquo pacto intelligibilis sit.
Quoad primum illud novisse oportet, cum ab Arist. dictum
est materiam artificiosae materiae similitudine intelligi, non ita
intelligendum est, ut prima materia per simulachrum phantasma
ve artificialis materiae percipiatur, ita ut cum cera v.g.
et quaevis alia artefactorum materia ab intellectu cognoscitur
illius imago materiam primam intellectui offerat atque repraesen-
tet. siquidem rei idolum et phantasma non repraesentat
nisi id cuius est phantasma. Etenim vero simulachrum
rosae non nisi rosam repraesentat, non autem aliud quod
a rosa diversum sit ut leonem vel solem. Cum itaque materia
prima tantopere diversa sit a cera et artefactorum materia
igitur materia non repraesentatur intellectui per idolum materiae ar-
tificialis existens in intellectu, sed ratiocinatione et discursu
suo in modum percipitur. Nam inspecta artefactorum materia
ut puta cera a sensu visus, cuius imago ad internos
usque sensus devehitur et ex qua imagine vel phanta-
smate intellectus cognoscit materiam artificialem, ex eo quia
in omnem figuram transmutatur, quod nullam sibi figuram praescribit
sed ad omnem figuram suscipiendam potentia est, dein po-
stea deducit, quod cum prima materia in omnem formam naturalem
transmutetur, nullam sibi formam naturalem, at propriam

Conscribit, sed ad formam in potentia est, et ex hoc intellectus colligit similitudinem illam ab Arist. expositam in Cont. 69. Quod sicuti se habet materia artefactorum ad formam artificiosam, ita se habet prima materia ad formam naturalem. Qui discursus nisi intelligatur percipi minime potest, quo rationibus patrocinio suffulta sit haec propositio Arist. dicentis sicuti se habet materia artefactorum ita se habet materia rerum naturalium et haec prima. Quo ad secundum attinet Problema Sciendum est huius problematis duplicem esse sensum. Primus est An prima materia sit intelligibilis per se, prout illa dictio per se accipitur in 2° modo dicendi per se posteriorum lib. ab Arist. explicato prout aptitudinem rei significat, ut cum dicimus hominem per se risibilem esse in 2° modo dicendi, quia ut homo aptitudinem habet sui natura ad ridendum, ita primo modo intelligi potest An materia sit per se intelligibilis, hoc est suopte ingenio sit apta nata ut intelligatur. Alio modo intelligi potest. Utrum materia per se intelligibilis sit, prout illa dictio per se significat tertium modum dicendi qui est solitarie in libro Analiticorum ab Arist. explicatum, sicuti dicimus hominem per se esse, hoc est solitarie et absque ullo alterius auxilio consistere, quo problematis sensu explicato duo haec ponimus Theoremata. Primum est, secundum priorem Problematis sensum materia per se intelligibilis est siquidem sua natura materia est apta nata ut intelligatur. Cuius conclusionis fundamentum illud est, quia sicuti ens non est aptum natum intelligi, ita ex adverso id quod est obiectum adaequatum est intellectus aptum natum est ut intelligatur.

Excellentissimi Archangeli [illegible]

ut intelligatur, propterea et Methaph. posuit Arist.
Ens uerum conuerti, siquidem uerum, nil aliud est
nisi ens ipsum, quae habitudinem habet ad intellectum ut
ab eo percipiatur. Cum igitur materia prima sit per se Ens
igitur per se uera est, ac proinde habitudinem habet essentia-
lem ad intellectum ut ab ipso percipiatur, et in hoc sensu
omne ens dicitur per se intelligibile, hoc est aptum natum
ut intelligatur. Alterum Theorema illud est, secundum
posteriorem dubitationis sensum, materiam per se hoc est solitarie
et absque alterius auxilio intelligi non posse, sed intelli-
gitur solum per alterum uidelicet per comparationem ad materiam
artificiosam, sicut exemplo licet domo sit per se uisibi-
lis hoc est habeat aptitudinem ad uidendum, tamen domo
absque alterius auxilio praesentiaque obiecti uisibili, dicere in actu
uidendi exire non potest, cuius Conclusionis fundamentum il-
lud est. quia Arist. modum declarans quo materia in-
telligatur, inquit ipsam esse intelligibilem per analogiam
arte factorum, quod et ea ratio persuadet, quia materia co-
gnitione propria quae sua essentia exprimat, non intelligi
nisi ut potentia est, quia licet cognoscatur ut ens et ut
substantia, haec non sunt propria materiae praedicata, quae et formae
et composito et communia sunt. Iam uero materiam sub-
stantiam esse in potentia percipi non potest, nisi ex comparatione
facta ad materiam artificiosam, qua certe comparatione
sublata omnis collabitur Methodus inueniendi materiam
esse ens in potentia, igitur materia percipitur solum per
comparationem ad alterum. Idipsum tandem confirmat
auctoritas Arist. 9 Methaph. 20 Contex. ubi scribit

D. Excell: Arcang. in 1 Phisic.

Res quousq in potentia sunt non intelliguntur sed cum sunt in actu. Et ro(ati)o n(ost)ri ass(ertionis) est, quia actus est causa intelligendi; Cum itaq materia suapte natura potentia sit, vacuaq ab omni forma, caret ratione intelligendi igitur per se ipsam et solitarie sumpta percipi nequit sed per id intelligitur quod actu est, hoc autem est materia artefactorum. quamobrem cum Arist. ipsum statuendum est, non alio modo, neq alia via ab intellectu nostro materiam percipi posse, quam analogia et similitudine ad materiam artefactorum, qua materia naturalis sit explicata nec non et Methodo eam inueniendi, quoniam ea est definitionis natura atq Conditio, vt non solum rei essentiam declaret sed occurrentes dubitationes dissoluat, autore Philosopho 4 Physicorum Cont: 31. Capp. ex cognita materia naturali persoluit Philosophus Veterum Argumentum qui propter materiae ignorationem nihil quicquam fere generari posse asserere coacti fuerunt, Argumentum autem illud erat, si quippiam oritur et fit, aut illud fit ex Ente, aut ex non ente non quidem ex eo quod est, quia quod est non fit, neq ex eo quod non est quia ex nihilo nihil fit, vt fuit recepta apud omnes sapientes sententia, cuius sane Argumento Philosophus duplici solutione occurrit. Prima est, quod id quod oritur gigni et oriri dicitur, tum ex Ente, tum non ex Ente ex ente quidem per se, vt potest ex materia prima, quae per se est ens, ex non Ente quidem per accidens, ut potest ex materia quae dicitur non ens, propter sibi iniunctam priuationem quae est non ens,

quamobrem propositio illa quae fertur, Ex nihilo aliquid fieri non posse, duplicem sensum habere potest, unum quod ex nihilo hoc est nulla supposita materia oriatur, et hic est verus sensus, quia quicquid fit ex supposita in existenteque materia fit. Alius sensus est, quod ex nihilo tanquam ex termino a quo aliquid oriatur et hic sensus verus est, quia domus fit ex non domine tanquam ex termino a quo prius .n. domo non est et postea generatur, quare ex nihilo tanquam ex termino a quo aliquid fieri potest, Veteres autem secundum priorem sensum locuti sunt, cum dixerint ex nihilo aliquid oriri non posse, vel nulla supposita materia Cui sententiae et Arist. ipse subscribit. Altera solutio est, quod illud quod generatur et ex ente et ex non ente generari dicitur, Ex non ente quidem actu ex ente autem potestate Enimvero dum generatur domus actu non est, sed potestate, quamobrem quae oriuntur ex materia oriuntur, quae non est actu hoc vel illa species sed potentia, quia potestatem habet, ut hoc et illud ex eo effici possit, propter cuius distinctionis ignorantiam, ex illo nodo sese explicare non potuerunt quamobrem inventa natura materiae, omnem difficultatem persolvit circa rerum generationem. Non defuerunt et alij qui licet aliquo pacto materiae naturam cognoverint eam tamen adumbrate perceperunt, ut potius subodorasse quam vere intellexisse videantur, siquidem di

discrimen inter materiam et priuationem non po
suerit, cum tamen maxima differentia sit, ac propterea hi, pri
uationem despexerit, nec inter principia rerum
Naturalium connumerarit, ea ratione persuasi quia cum
priuatio potius machinetur ad non esse quam esse
inter generationis principia recenseri non debet.

Lectio

Quoniam circa materiae Cognitionem ea apud Priscos sapientes fuit differentia
quod aliqui materiae essentiam penitus ignorasse uidentur, propter cuius igno
rationem in eum errorem illapsi sunt, ut dixerint in rerum natura nihil
quicquam uere generari et interire posse. Alij uero ~~existimarunt~~ extiterunt
qui aliquo pacto materiam perceperunt, sed adeo imperfecte et ad
umbrate ut subodorasse potius quam attigisse ueram materiam
visi sint, quoniam hi inter materiam et priuationem discrimen quod alioqui
maximum est non posuerunt, atque adeo priuationem despexerunt
ut priuationem inter principia recensere minime uoluerint
cuius necessitatem Arist: ondere uolens in Cont: 81. hanc sen
tentiam ita refellit, Cum tria sint in reb: Naturalib: alterum quod
diuinum optimum et appetibile, quod forma est, alterum uero quod diuino
opponitur priuatio, Tertium uero quod appetens est diuinum
illud et appetibile. Illud uero hoc appetens, aut est ipsa
priuatio, aut est ipsamet forma, aut materia, priuatio
certe dici non potest, quoniam cum priuatio aduersa sit ipsi formae
ipsam appetere non potest, cum unum contrarium alterum minime
desideret quoniam sui ipsius interitum appetere, cum unius contra
rij ~~excessu~~ accessu alterum statim contrarium pereat et perdatur
neque hoc appetens formam dici potest, quoniam cum appetitus sit cā
indigentiae, quando ea appetimus quibus indigemus,
forma uero sui ipsius indiga non sit, se ipsam igitur forma

appetere nō sit: quamobrem hoc appetens materia quę for
mam ipsam ut eius perfectionem atque decorem desiderat. uerum
quia appetitus est ratione priuationis, eapropter si materia formam
appetit, ratione priuationis dicitur appetere, igitur priuatio maxime
opportuna et necessaria erit, cum ipsius causa materia appetat
formam, ac proinde materia ad formam transmutetur, qua
certe sublata aut neglecta, sicuti corrueret materiae appetitus
corrueret quin etiam generatio rerum, propter rationem igitur an-
tiquiores priuationem exspexerunt, cum maxime necessa
ria sit in generatione rerum naturalium, et non sicuti inquit Arist.
materia formam appetit, ac foemina marem desiderat, quod non
ita pinguiore minerua intelligendum est, ut materia formam appe-
tat, ut foemina viri amplexum desiderat, sed sicuti foe-
mina quę alioquin est mas imperfectus, maris perfectio-
nem atque constantiam desiderat: ita materia prima formam appetit
tanquam eius perfectionem atque decorem. Tribus autem nomi-
nibus insignitur forma ab Aristotele. Appellatur n. diui-
num quoddam, prout est imago primae diuinitatis, nam
cum Deus Opt. et diuinitas ipsa sit, quoniam est intellectus
atque purissimus actus, ideirco cętera entia secundum
quod maius et minus accedunt atque recedunt ad Dei optimi
naturam, secundum magis et minus diuinitatis consortia esse di-
cuntur, hinc est quod diuinae mentes coelorum Motrices, quia
intelligentes sunt, simplicesque actus et immateriales, dei
optimi uerae imagines dicuntur, et prae cęteris creatis
rebus diuinitatis maxime consortes. Post has sequitur
homo, qui cum particeps sit intellectus, diuinitatis compos

deiq dr imago, ab hoie sequuntur aiaba bruta, que rone cognitionis qua pdita sunt, aliquo facto Deo persimiles et imagines dicuntur, Cetera uero q sunt cognitione experta, ut sunt stirpes et corpa inanima ut Metalla etc. imagines dei opti dicuntur qut actus et pp actus communione diuinitatis participes esse dicuntur, hoc e q asseruit D. Plato, in qbus dam enilg Dei opti diuinitatis imagine uere relucere, in qbusdam uero ut in cognitione carentibg subobscure et adumbrate quatenus in illis diuinitatis ratio spectatur quatenus actus participes sunt, hinc e q mta prima cum nec cognitionis particeps sit, neq forme et actg sit particeps, non dr esse consors diuinitatis, eapp cu forma actus sit, qui quoddam diuinu e, pp ea forma ab Arist: diuinu appellat, appellatur quinetiam optimu et appetibile, p ut e perfectio et finis cuig gra mta transmutatur. Ostensa mta na nec non priuationis opportunitate, qm eidem scientie interest non solum rei essentiam spectare, sed etiam rei pprietates contemplari in quibg rei absoluta cognitio consistit, idcirco cu [illegible] mte nam declarasset in Cont: 82 declarare instituit essentiale quandam mte pprietate vzt ipsam ingenerabile et incorruptibile esse, qua ueritate co(n)suadet Arist., quia cu oe q gnatur ex supposita mta gnetur, si mta gnaretur ex mta itiq oriretur, at prinde aut materia esset antequam fieret aut ex alia oriretur materia et ita in infinitum

quorum utrumque falsum est, incorruptibilem quoniam etiam ea de causa est, quoniam omne quod interit, in materiam dissolvitur si itaque materia corrumperetur, aut esset corrupta antequam interiret, aut in aliam rursus sub materiam dissolveretur, quorum neutrum dici potest, ac proinde statui debet, materiam ingenitam esse ac numquam interituram. Ad quam rem demonstrandam sumit Philosophus materiae primae definitionem dicens, Materia est primum subiectum ex qua fit aliquid, cum insit et non secundum accidens, dicit autem esse subiectum ex quo fit, ut ex hoc ostenderet modum causalitatis materiae, quoniam res naturales a materia non habent esse, sed ut generentur et fiant, quod luculenter Themistius declaravit, 2 de Anima 2 tex. hoc discrimine differunt materia et forma, quod a materia res habent ut fiant, a forma vero ut existant. adiecit autem Aristoteles: cum insit hoc est permanens in re nascente ad differentiam privationis quae in re genita non manet sed accessu formae deperditur. et hoc est tertia materiae definitio ab Aristotele allata. Etenimvero tres fuerunt ab Aristotele allatae materiae definitiones. Prima 7 Metaphysicae cont: 8 per negationem, cum inquit materia per se non est quid nec quale nec quantum etc. 2a vero per affirmationem et potentiam 8 Metaphysicae: 3. 2 de Anima 2o. quae fuit Materia est substantia in potentia existens ex qua omnia fiant. 3a fuit tradita in hoc loco cum habitudine ad ~~motum~~ transmutationem et motum cum dicit, materia est subiectum etiam primum ex quo aliquid fit, —

Sed licet

Sed licet mta scdm substam ingenita et incorruptibilis sit nihilominus hoc expositio non ita intelligenda est ut ipsa nullo mo parta atq dependens sit, qm ipsa a primo rex om opifice deo p simplicem quandam, ut aiunt, emanationem, quam creationem aeternam appellant, nulla supposita mta et motu producta e, sed Arist sntia hoc sensu est intelligenda q ingnabilis et incorruptibilis sit de novo p generone ipsam, quia si de novo et per mutonem fieret, et ex mta fieret, in mtamq dissolveretur iuxta hoc sapientum dogma ab Aristot receptum, Omne q recenter et de novo fit, illud ex mta et permutone efficitur, quibus de mta sit explicatum nā sext et proprietate. Reliquum erat de forma pertractare. Sed qm forma in duplici sorte reperitur. Alia .n. e imortalis et aeterna. Alia vero caduca et mortalis, ut app Arist in Cont: ulto huius lib exponit, de qua forma agendū sit statuitq no de omni forma disserendum esse, sed solum de forma caduca et mortali, siquod de forma imortali tractare interest pa philosophie: quamobrem nigt aeternae formae consideratio ad ipsam philiam relegandam est, ita ut iure quodam haereditario istae duae scientiae formarum contemplonem sibi distribuerunt. Metaphisica sane contemplationem formae aeternae, naalis vero scientia contemplationem formae mortalis de qua in sedo libro oro habenda est. et dum in modum huius lib. po phisices tractumq de principijs et de mta

prima pars et tar Arist: finem imposuit

Libri Secundi Physicorum Explanatio.

Post materiæ Tractationem nouissimo contextu libri primi instituit Arist: de Forma quæ mortalib est et naturæ concreta, orationem habere, eapropter quasi nouam Tractationem aggrediens et secundum librum de forma ipsa pertractat, quo fit ut propositum et Consilium in 2o lib: Physicorum sit de Forma Tractare, non ea quidem ratione qua de ipsa priore libro disseruit enimuero in po libro eam considerauit, ut terminum ad quem et principium generationis; sed in Secundo autem libro ea perpendit ut essentia est perfectioque corporis naturalis, principiumque motus qui in corpore naturali continenter efficitur. Sed quoniam forma, ut corporis naturalis essentia, motusque principium naturæ est, eapropter naturam ipsam contemplari opere precium erat idcirco hoc pri de natura per quam corpus naturale est, mouetur, tractationem aggressus est. Ceterum quia in omni quæque re disquirenda et tractanda ab eius definitione auspicandum est, eapropter naturæ definitio peruestiganda erat. Cum autem rei definitio aliqua Methodo sit inuenienda, Huius Methodum aptissimam ad naturæ definitionem inueniendam differentiam inter naturalia et artefacta excogitauit: ex qua naturæ definitio facile colligi potest. Eapropter po Cont: lib: 2i ab hac differentia initium sumpsit, diuidens po ea quæ fiunt, in ea quæ fiunt a natura et in ea quæ fiunt ob alias causas. Per has nil aliud intelligens nisi ea quæ fiunt aut consilio, aut voluntate

ut amicitia et inimicitias. Aut ab Arte, Enimvero quae sunt ab his causis sunt, Aut a natura, aut a voluntate aut ab Arte. Declarans autem quae a natura sunt singula ut sunt animantia, quaeque ipsorumque partes, Elementa quoque et quae his cognata sunt, ut Mineralia, et Metalla, et licet in enumeratione eorum quae sunt caelum praetermittere videatur quod natura fit, ipsum tamen tacite dinumerat inter Elementa, ac si caelum unum sit Elementorum, quia cum dicere nobis ostensum non sit, caelum esse diversum ab Elementis quod postea demonstrandum est in lib. 1º de Caelo Cont 10, capp. hoc in loco supposuit ipsum cum antiquioribus non differre ab Elementis. Circa quam divisionem ab Arist: factam illud minime reticendum est, Alio doctrinae principio usum fuisse sub initium huius secundi libri quam eo quo usus est sub initium prioris libri. Enimvero Cont 6. lib. primi exorsus fuit a divisione principiorum, dicens necesse esse principia esse unum aut plura. At sub initio 2i libri exorsus est a divisione eorum quae sunt, facta autem sectione hac differentiam ponit inter Natura constantia et Arte confecta quam esse statuit. Naturalia corpora ea sunt quae internum habent principium motus et quietis. Arte vero elaborata prout talia sunt internum principium motus non habent, non enim statua ut statua est deorsum movetur, neque scamnum ut scamnum, siquidem per formam artis impetum non habet ut deorsum vel sursum moveatur. Sed si hoc et illud interne moventur, ipsis id accidens contingit..

q ut corpus n[atur]ale intra se tenet, q ut s[unt] uel aurea
uel lignea sunt. licet illud uerissimum sit, q[uod] arte facta
in seipsis habent principium, quo ad motum celeritatem
et uelocitatem motus, ea n[amque] q[uae] acutiore habent figuram
celerius aut q[uam] aere aut q[uam] aquam mouentur, quia facilius
medium ipsorum scindunt per q[uod] mouentur. quae uero lati-
ore figuram habent tardius mouentur, q[uo]d sane o[mn]ibus patet
laminae etiam plumbea posita in aqua, q[uae] non ita facile
ad inferiores aquae partes mouentur, quia non ita fa-
cile aquam ipsam scindere ualent, quando q[uae] acutioris
figurae sunt. At n[atur]a constantia internum habet prin-
cipium motus quietisque. Sed neque arbitrentur
singula n[atur]alia corpora o[mn]is motus principium internum in se ha-
bere, localis s[cilicet] alterationis, incrementi, et generationis
adicit haec uerba rigorosa. Alia n[amque] principium habent
localis motus et alterationis ut Elementa, quae prin-
cipium augmentationis intrinsecum non habet, cum non incre-
scat neque augeatur cum in a[nim]a sint. Qua in re monu-
it ipse dubitans, non eodem modo Elementa principium
habere alterationis et motus localis. Enimuero respe-
ctu alterationis principium actiuum terminum non habent
quum nullum elementum ab intrinseco et a principio pro[prio] acti-
uo alteratur, sed solum habet principium passiuum
et alterationis receptiuum, et licet argumentum afferri so-
leat de aqua feruente, cum ad pristinam redigitur

frigiditate, q ab interna vi activa. Alterari e ad frigiditate reduci udr, attamen statuendus est, aestuantem aquam ad frigiditatem reduci, ab externo principio, ut pote ab ambiente aere. Vel p evaporatione et exhalatione vaporum existentium in aqua q calefacti fuerunt. Enimvero cum vera et simplex aqua non reperiatur, sed vaporibus permixta. ideo cum ad ignem apponitur, vapores in aqua existentes et calefiunt ab igne, inde remota aqua ab igne et p aestatem sub aere incalescente posita, ad frigiditatem priorem reducitur, qm vapores illi excalefacti exhalant et evaporant. quibus autem evaporantibus caliditate, remanet aqua depurata atque ad suam frigiditatem reversa. Solum itaque respectu alterationis principium internum passivum habet, non activum, at respectu motus localis, internum habent principium effectivum motus localis, Sed advertendum q discrepant inanima ~~in aia~~ ab animatis corporibus penes hoc q animalia ipsa et quoad initium motus, et quoad continuationem motus, ab interna vi moventur, quia possunt moveri cum volunt, et ab eodem motu quiescere. Elementa vero quoad initium ~~initium~~ motus, et seipsis non moventur, sic quod non incipiunt moveri nisi prius inexternis ~~internis~~ quoddam impetu facto ut pote

sublato impedimento, quo grave sursum detinetur
aut posito aliquo qui eiectato sed postea suo naturae
demissa motum continuat, usque usque ad propriam
sedem absoluit, quae sane doctrina desumpta est a Platone
in 10 de Legibus, a quo accepit Arist. in 8 Physic. 29.
ubi inquit moveri a seipsis hoc est absque externi
agentis auxilio est proprium Animalium, Elementa vero
a seipsis non moventur, quia sine externo movente
motum inchoare non possunt ut et id Arist. re-
petiit 4 Coeli cont. 25. Insuper Naturam corporum
quaedam, quae internum principium habent alterationis motus et incre-
menti, non autem motus localis sicuti Plantae, quae radi-
cibus affixae immobiles manent. Animalia vero principium
habent internum cuiuslibet motus vel activum vel passi-
vum. Ex hoc autem loco naturalis corporis colligitur definitio
ea autem est. Corpus naturale illud est quod habet internum
principium motus et quietis, quae sane definitio communis
est corpori mortali et corpori quatenus coelesti, nam et hoc inter-
num habet principium motus. Quod si quis obiiciat
definitionem hanc coelesti corpori non convenire, quia coeleste
corpus non habet principium motus et quietis, sed mo-
tus tantum. Huic obiectioni ita est occurrendum
definitionem hanc ita intelligendam fore. Corpora naturalia
illa quae apta sunt ut moveantur et quiescant, prin-
cipium habere motus et quietis. Quae vero apta

sunt solum ut moueantur, solum habent principium motus
cum aut cœlestia corpa ~~solu~~ aptitudine habeant ut solum
moueantur non aut ut quiescant, ideo solum habent
principium motus. Vel dici pt illam dictionem et
disiunctiue legendam esse sic, Nãle corpus illud
esse q habet pricipium motus aut quietis. Nec
illud molestiam facessere debet terra, quæ corpus nãle e
et tamen non habet principium internum motus
cum imobilis iacet, siquidem terra licet secundum
sui vniuersitatem non moueatur, tn mouetur con
tinuo scdum partes, et licet tota terra actu scdm
totum non moueatur tamen est apta nata et scdm
totum moueri. ~~#~~ Si n. extra ppriũ locum pone
retur, moueretur sane ad suum pprium locum per in
ternum suum principium. quo fit, ut aberrasse Quercum
satis euidenter colligi pt, qui censuit in Physicis
ab Arist. corpus nãle nõ definitum esse. Sed ipsum
definiuisse ~~at~~ Arist. 1 Cœli. Cont. 2o. Corpus est
q e undiquaq diuisibile, siquidem illa definitio
non est corpis nãlis ut nãle est sed corpis in quãtum
est corpus de quo dicto quantitatis. ut alias ostensum

Lectio 2.a fuit

Tex. 3. Ex discrimine assignato inter Nãlea et Artefacta colli
git Aris. nãe definitionem quam dispositam erat ca aut est. Nã
est principium motus et quietis, in eo in quo est per se et nõ
scdm accidens. Colligitur aut hæc nãe definitio ex posito
discrimine in hunc modum. Cum nãlia corpa distinguantur

ab artefactis penes hoc, quoniam naturalia intrinsecus debent principium motus aut quietis, Cum autem corpora naturalia huiusmodi sint per naturam, igitur natura est principium motus et quietis in corporibus naturalibus, quod sic non secundum accidens. Ut autem huius definitio sensus intelligatur, singulae particulae breviter sunt explicandae et primo scire oportet principium in hac definitione positum accipi et pro principio effectivo motus, et pro principio passivo, cum enim natura dicatur de materia et de forma, materia vero sit principium receptivum motus, forma vero principium effectivum, itaque natura principium est tum effectivum tum passivum motus; Est autem principium motus et quietis, verum non eodem modo utriusque principium est, enim vero principium motus est corporum naturalium, cum extra proprias sedes reperiuntur. Est autem principium quietis, cum corpora naturalia in propria sede consistunt. Illud autem animadversione dignum est, quod natura principium sit motus et quietis, cuius nam sit prima et praecipua causa, an motus vel quietis. Cui dubitationi dicendum est naturam esse praecipuam causam quietis eamque primo intendere quam motum, nam cum agens praecipue respiciat finem, quam ea quae sunt ordinata in finem, quies vero sit finis motus, quoniam corpora naturalia ideo moventur ut tandem in proprio loco requiescant, ideo natura prius respicit quietem quam motum, et ex consequenti est praecipua causa quietis quam motus, hoc est prius intentione natura intendit quietem quam motum et quoniam id quod est intentione prius executione posterius est, et e contra quod postremum est in intentione

44

est prius in exequutione, Igitur natura prius origine et exe-
quutione est causa motus, posterius aut origine et
execatione est causa quietis. Sed ne fortasse aliquis
oriatur dubitandi locus, noie quietis ea que nalis est
intelligi debet, Enimuero quies duplex est, Altera
nalis et altera violenta. Nalis quies est finis
motus nalis, Violenta uero violenti motus finis est
sicut ergo natura principium est motus nalis, non aut vio-
lenti qui ab externo efficitur motore, ita est etiam
principium quietis nalis quia ad motum nalem statim
insequitur. Adiecit aut Arist. duas geminatas dicti-
ones per se et non secundum Accidens, que licet super-
uacanee esse uideantur, quia si est principium per se motus
non est secundum Accidens, ita ut satis esse vide-
atur uel vnam uel alteram tamen apposuisse dictionem
uerum tamen si Arist. consilium recte intelligatur nec vna nec
altera superuacanea est, Nam si hae due dictiones
ad idem refferentur, profecto nugatio euitari non
possit, uerum non ad idem sed ad diuersa hae due
dictiones refferuntur, illa enim dictio per se ad subie-
ctum referri debet, in quo reperitur principium motus
ut sit sensus Natura est principium motus in eo in
quo est per se in eo existens, ad differentiam artefactorum
in quibus tametsi principium intrinsecum motus reperiatur
non tamen reperitur per se, quoniam in scamno ut scamnum
est, non reperitur hoc sed principium motus sed ex

Accidentali, quatenus accidit scamno aut ligneum aut ferreum esse, in quibus scilicet ligno et ferro principium motus per se adinvenitur, illa autem dictio per accidens refertur ad seipsum exponit Arist. ad ipsum motum et ponitur ad differentiam artis. nam licet quae expressi Ars Medica intrinsecus in Medico reperiatur, et in eo per se existat, attamen non est principium Curationis in ipso Medico. nam si Medicus ipse aegrotet et seipsum curare vellet, per artem Medicam quam intra se tenet, Ars Medica non est principium Curationis per se in Medico, quoniam Medicus non curat a seipso in quantum Medicus sed in quantum aeger, quia si in quantum Medicus curaretur, omnis Medicus curaretur. quoniam illa dictio in quantum ex primo lib. Poster. vera est universaliter et de omni, sed accidit Medico aegrotum esse, quia dividi possunt, esse Medicum et esse aegrotum et propterea cum ars sit principium motus in eo in quo est ex accidenti non est natura. Sensus ergo huius definitionis est iste. Natura est principium motus et quietis naturalis per se existens in eo in quo est principiumque motus per se in corpore naturali, ad differentiam artis quae ex accidenti est motus in eo in quo est. Ex qua definitione illud intelligere licet, quod natura nomen est quoddam aggregatum ex absoluto et respectivo nam natura est materia et forma quae substantiae sunt et res quaedam absolutae. sed quoniam natura est principium motus, quo quidem dicit respectum ad motum, ideo natura

supra materiam et formam addit relationem, ita ut natura
nil aliud sit, nisi ~~materia~~ substantia simplex, quae est
principium motus. quo fit ut materia et forma eatenus
naturae dici debeant, quatenus sunt principia intrinseca
motus. Sed circa hanc naturae definitionem duo occurrunt
dubia non aspernenda. Primum est. An haec
naturae definitio conueniat principijs corporis caelestis
id est atque principium actiuum et passiuum in caelo
sit natura. Alterum est Nunquid haec naturae definitio
sub se comprehendat animam. Ad haec Resolute in-
dentes dicimus, Et ad primum quidem definitionem
istam non competere ulli principio motus corporis caele-
stis. Nam cum principium ~~motus~~ effectiuum motus
circularis caelestis intelligentiae sint, haec autem
cum abstracta et immaterialis sit non est natura ut
memoriae prodidit Arist: in hoc 2 lib: Contex: 12
et 90 de Animalibus partibus Cap: 1o ubi statuit for-
mam a contagio materiae liberam et solutam non esse
naturam, quare intelligentia natura minime erit,
et ex consequenti, haec definitio non competit
motui corporis caelestis, sed competit principio passiuo
quae materia est quae uero natura dicitur, ac proinde cum in caelesti
corpore principium duntaxat passiuum natura sit haec
definitio non ulli principio caelesti corporis competit
sed solum principio passiuo. Hinc duae Eliciuntur
Conclusiones. Prima quod motus circularis caelestis corporis

non est n(atur)alis ex parte utriusque principij, sed solum ex parte m(ateri)ae et principij passiui. nam cum motus n(atur)alis is ille sit qui a n(atur)a efficiatur, Intelligentia uero quae illius motus effectrix est, non sit n(atur)a sed solum m(ateri)a, itaque caeli motus non ex parte principij actiui sed solum m(od)o principij passiui n(atur)alis est. Ex parte uero principij Actiui, motus ille d(icitu)r voluntarius et super naturam. Secunda Conclusio est caelum non esse corpus n(atur)ale ex parte utriusque principij sed solum ex parte p(rinci)pij m(ateri)ae quae uere natura est. Fundamentum illud est quia corpus d(icitu)r n(atur)ale per n(atur)am. Cum itaque intelligentia non sit natura, caelum ex parte illius caelum minime n(atur)ale dici potest, et penes hoc distinguitur caeleste corpus a sublunaribus istis, siquidem sublunaria haec corpora n(atur)alia dicuntur et r(ati)one formae et r(ati)one m(ateri)ae quae n(atur)a est quemadmodum et horum sublunarium motus n(atur)alis d(icitu)r tam ex parte principij actiui quam ex parte principij passiui ——————

Lectio 3a.

Quonam pacto principijs caelesti corporis n(atur)ae definitio conueniat iam satis explicatum fuit, nunc breuiter considerandum est, An Natura sic ab Aristotele definita sub se a(n)i(m)am comprehendat, an solum n(atur)am corporum inanimorum. Qua in re putauit Simplicius n(atur)am ab Aristotele definitam sub se nominè animam continere, siquidem Anima n(atur)a minime dici p(ote)st, quod duobus fundamentis potissimum demonstratur. quorum primum huiusmodi est, natura in o(mn)ibus suis ad unam tantum loci d(ifferent)iam determinatur. Enimuero

natura

natura ignis sursum tantum mouet, et natura terrae deorsum
iam uero non ad unam tantum loci dram operatur sed secundu
omnes, ut sursum et deorsum, in dextram et in leua partem.
Enimuero vegetalis anima, animantia corpora, non solum
sursum nutrit et auget sed etiam deorsum, et secundu quaslibet
loci dram, ut docuit Arist: 2 de Aia 14. tex: Igr aia non est
natura. Secundo ita probat natura non est actus corporis
Physici organici, siquidem forma ignis et Elementorz non est
actus corporis organici, sed corporis homogenei et consimi-
lium partium, At Anima est actus corporis Physici Organici
quod est corpus diversis partibus et instrumentis exornatum
ut idem Arist: docuit 2 de Aia cont: 6. Igr na non e aia
quibus ronibz Simplicius persuasus, animam sub na ab Arist:
definita minime contineri existimauit, quae sane opinio ab Arist
dissentit, siquidem Arist: ex dria inter Naturalia et artefacta
na definitionem colligens in tex: 1o sic inqt. Corpa Naturalia
ea sunt, quae internu habent principium motus, uel secundu
locum uel secundum alteroe et augmentu. Ex quo Arist:
nae definitionem ita deduxit, Cum corpa naturalia huiusi sint
per nam, Igr natura est principium motus localis et augmeti
in corpibz nalibz, sed principiu Augmenti est aia, Ergo sub
nae definitione anima continetur, quod si definitio nae com-
petit animae, igr et natura quae definitu est, iuxta Regula
Cui competit definitio, eidem competit et definitu, q sane
comprobat Arist. autoritas in 2 Physis 13 Cont: ubi probans
nam dici de forma id potissimu pbat sumpto Argto ab Aia
dicens, illud per quod alterum sibi simile procreat na est,
Jam uero in quit forma hominis est principiu quo homo sibi simile
procreat, Igr hominis forma est natura, certum est autem
formam hominis naturam esse, Igr Anima Natura est

Adhaec

Ad hoc accedit Arist: et Quomotus 1° de Anim: part. cap. 1° ubi quaerens An omnis Anima sit natura inquit profecto non omnis anima natura est, sed quaedam ut pote nutriens et sensitiua. Anima uero intelligens natura non est, ex quo deducit intelligentem animam cum natura non sit sub naturali contemplatione minime contineri, in qua solum eae formae considerentur quae naturae sunt, ex quibus omnibus Arist. locis iam satis unicuique patere potest, Hippocratis sententiam ab Arist: sententia dissentire, quapropter statuendum est, Naturae eiusque definitionem amplam et comunem esse, ut ambitu suo nedum formam corporum inanimorum, sed et animam ipsam amplexetur, non quidem omnem animae speciem, quoniam sub se non comprehendit animam quae immortalis est et a materia separata, quoniam haec non est Natura, ut patet 1° de partib: Anim: cap. 1°. sed solum eam animam comprehendit quae mortalis est et caduca sicut est altrix anima et sensitiua. Et licet doctiss: Galenus hac in re et ab Arist: et ab hac sententia dissentire uideatur cum lib: de Natural: facult: asserit sentientem animam non esse naturam et proinde eius functiones non naturales sed animales esse. Nutrientem uero animam naturam esse eiusque functiones non animales, sed Naturales appellandas esse, tamen si eius sententia recte intelligatur ab Arist: non recedit. Nam cum contra distinguit animalem Vegetalem et sentientem sensitiuam appellat, Altricem uero naturam non intelligit, quin etiam sentiens anima natura sit, sed distinguit unam ab altera quo ad operandi modum, quia natura Anima Nutriens absque cognitione operatur, persimilis est naturae corporum inanimorum, quae etiam sine cognitionis expers, et propterea cum operationes animae nutrientis ab ea proueniant absque ulla cognitione non animales sed naturales esse dicuntur, non secus ac operationes ignis et aquae. At operationes animae sentientis, quoniam mediante cognitione ministrantur Animales appellantur. Itaque licet et

una

vna et altera anima sit natura, quia tamen altrix absque cogni:
tione operatur, sentiens uero cum cognitione, proinde placuit
Galeno altricem animam naturam appellare et eius operationes naturales esse
sentientem uero animam nuncupari. Pro Solutione uero argu:
mentorum Simplicii aduertendum Naturam duobus modis capi posse
Vno modo in sui amplitudine prout scilicet sub se comprehendit
et naturam quae ad vnam tantum differentiam loci mouet, et naturam quae
secundum omnes loci differentias agit. Alio modo presse magis
prout scilicet enunciatur de natura corporum inanimorum et de natura
quae ad vnam tantum loci differentiam operatur. Ex qua distinctione
dicendum est. ~~Ex qua distinctione dicendum est~~, naturam ab
Aristotele definitam, Omne formarum genus materialium conti:
nere. et licet anima natura sit, non tamen est natura in ea
acceptione, qua ad vnam tantum loci differentiam determinatur
Hinc diluitur prima ratio Simplicii Nam cum inquit Natura deter:
minatur ad vnam tantum loci differentiam, propositio ista maior
vniuersalis ueritatem non habet, de qualibet natura, sed solum
de natura corporum inanimatorum, vnde cum Anima ad vnam
loci differentiam non determinetur, ratio solum concludit. Ani:
mam non esse Naturam per se sumptam prout dicitur de forma
inanimatorum, sed dicitur natura in sui amplitudine accepta
qua quoddam commune genus est, quod de forma ani:
matorum et inanimatorum corpum praedicatur. Simili quoque modo
Secunda ratio diluitur, Nam cum dicitur Natura non est actus
corporis Organici, Anima uero corporis organici actus est, ratio
solum concludit, Animam non esse naturam in prima acce:
ptione videlicet ut natura solum sonat formam corporis inanimatorum
et quae ad vnam tantum differentiam loci operatur. quoad
hec circa naturalem definitionem dicta sint. Sed quoniam Anima sub

quae definita

que dicuntur habentia naturam, et quaedam secundum naturam dicuntur; propterea Philosophus in tex. 4. declarat, quid sit habens naturam statuitque habens naturam illud esse quod habet principium in termino motus aut quietis, hoc autem nihil aliud est nisi corpus Naturale compositum, quod non est natura, enim neque materia neque forma sit, sed habens naturam et in termino principium motus et quietis. Sed ne quis oriatur dubitandi locus advertendum est Celeste corpus, et naturam et habens naturam dici posse, prout diversimode accipitur. Nam si celum sumatur pro aggregato ex intelligentia movente et orbe dicitur habens naturam propria in se ipso habet principium motus. Si vero celeste corpus accipiatur pro orbe tantum, hoc est pro corporea illa mole, quam conspicimus in orbe moveri natura dicitur, quia nihil aliud est, nisi materia ipsa que circulari motu circumfertur. Secundum Naturam vero dicuntur proprietates et opera que ab ipsa natura proficiscuntur, sicuti motus sursum ignis, et deorsum terre. Enimvero motus neque natura est, quae neque materia, neque forma, neque habentia naturam que non sunt composita, et habentia in se principium motus, sed secundum naturam, quia ab ipsa natura proficiscuntur. Ceterum sciendum est ea que a natura pro~~[illegible]~~ manant duum esse generum. Alia enim sunt que ex Nature Consilio queruntur. Alia que non secundum Nature Consilium et intentione ~~et~~ sicuti sunt monstra Morbi et interitus. Jam vero ea que secundum naturae consilium fiunt, proprie secundum naturam dicuntur, que vero citra naturae consilium efficiuntur

proprie

propriè secundum Naturam dicuntur, quæ uero citra Naturæ consilium efficiuntur, propriè magis esse dicuntur à natura quam secundum naturam. Mors enim à natura quidem proficiscitur, sed non secundum naturæ institutum, quoniam natura ipsa corruptionem non intendit, nisi ex accidenti, quoniam natura ex instituto intendit aliquid procreare, sed quoniam alterum procreare minimè potest, nisi ex corruptione alterius, ut cum ignis ex ligno ignem generat, idcirco ex euentu natura corruptionem et mortem intendit, quemadmodum et Politicus homo qui sponte mortem subit pro patria defensanda, is enim primo mortem non intendit, quia mors malum est, quod à nullo appetitur, sed primo intendit patriam defensare et ab hoste tueri, ac proinde bonum comune, sed quoniam id sortiri minimè potest, nisi sese morti exponat, proinde mortem intendit ex accidenti, quatenus ipsa intermedia commune bonum adipiscitur et patriam ab hoste defensat. Similiter monstra non propriè secundum naturam, sed magis à natura fieri dicuntur, cum monstra non ex naturæ intentione efficiantur, tametsi fuso quodam vocabulo et uoce, etiam ea quæ secundum naturæ intentionem non fiunt, secundum naturam appellari possunt. Quamobrem Natura dicitur, de principio motus habens naturam, quæ habet principium motus, ut potè compositum, secundum Naturam proprietates et quæ secundum naturæ consilium proficiscuntur, à natura uero si propriè loquamur quæ à natura fiunt, sed non secundum naturæ consilium et intentionem.

Lectio 4ª.

Iam satis Natur…

D. Excellet: Arcang. in 2 Phisic.

Iam satis nãe definitione explicata, ex qua nãe essentia
perspecta est, nec non ostenso quid sit subiectũ nãe et qd
sit scdm nãm, qm in explicõne hor Problematũ Arist. non
recte sibi pgredi visus erat, qm Problemata q de aliqua re
explicanda pponũtur hoc ordine se se habeat, ut antea
demonstretur, an ipsa sit in rer nã et postea declaretr
qd res sit. Cũ aũt Arist. hunc ordinẽ in tractanda nã
non servauerit, qa prius non declarauit nãm esse, sed statĩ
nãe attulit definitionẽ, et qd ipsa sit declarauit, capp
in Cont. 6. Iam dubitõne refellit, rõnemq assignat cur
ante nãe definitionẽ nãm esse nõ demonstrauerit, et eã
inqt ea est, qm licet illud necessarium sit, q cũ occultũ igno-
tũmq sit rem ipsã esse prius debet demonstrari q sit et
postea definiri tamen cũ id usu venit ut manifestũ
sit rem ipsã esse et in rer nã adinueniri, tũc opus nõ
est aut ulla pbatione vti ad ostendendũ ipsã esse, sed ubi
silentio pmittitur et statim aggreditr Problema qd sit
et rei essentia describitur. Cum aũt notũ euidensq sit
nãm ipsam esse capp minime morandũ erat circa huius
rei ostensionem quo sit, ut qui tentauerit pbare nãm ẽe
per similib sit caeco, et illi q discrimẽ nõ agnoscit intr
ea q st manifesta et inter ea q sunt occulta, et qui
de coloribus nullã habet rõnẽ nisi secundũ nomen, q
aũt manifestũ sit nãm esse, ex eo inqt Arist. facile per-
suaderi potest, qa cum idẽ sit nã q intrinsecũ prin-
cipiũ motus euidensq sit et sane perspectum in plurimis

E. Excell: Arelang. in 2. Physicor

nalibus rebus principium intrinsecum motus adinuenire, siquidem denique animalia cuncta, intrinsecum principium motus habere itaque euidens et est in his naturam reperiri, cum hoc nil aliud sit quam principium motus internum. Caeterum Quis: nit Arabes circa hanc sententiam Arist: addubitauit, euidens neque naturam esse, neque naturalia corpora intrinsecum principium motus habere manifestum est, siquidem Arist: sub initium 7 lib. Physic: probat quod omne id quod mouetur ab alio mouetur, igitur probat illud quod mouetur habere principium motus, et cum probatio sit ad ea quae sunt ad ea quae sunt occulta et secreta, igitur occultum est naturalia corpora habere principium intrinsecum motus et proinde ~~habere~~ naturam esse, quod et confirmat ex eius dicto Arist sententia 8 lib. Phys: 29 Cont: et infra, ubi dubitat An Elementa ab alio moueantur igitur dubium est an Elementa habeant principium intrinsecum motus, atque propterea dubitat an natura sit. Hoc Quicen: Caeterum hoc quod in Arist: Quic:as affert facilem solutionem habent, nam fide sensuum compertum est ut inquit Phys in Cont: 6 per multa naturalia corpora ut animalia ipsa internum habere principium motus, quod nil aliud est nisi natura et per consequens clarum est naturam esse, neque illud uerum est quod dicit Quic:as 7 lib. Physic: Arist: probare quod omne quod mouetur habeat principium intrinsecum motus quoniam inibi Philus hoc non demonstrat, sed probat quod omne quod mouetur moueatur ab alio hoc est a motore realiter distincto a mobili, cum idem secundum idem ~~non~~ non possit esse

mouens et mobile q idem declarauit Arist. 8 Phys.
28 Cont. hoc aliud declarans exem̃o, in quibus id
uel euidens est q mouens distinguitur à mobili, quia
mouens est aīa mobile aut corpus, quæ reipsa di:
stinguuntur, et q̃m id nō satis manifestum erat
in Elementis. sit ne in ipsis mouens distinctum à mo:
bili ppterea eo loci de hoc Arist. addubitauit, probauitq
id etiam uerum esse in Elementis, quamuis itaq clare
sit Elementa intrinsecum habere principium motus.
dubium tn̄ erat an id re distinguatur à mobili
et de hoc allata fuit ab Arist. dubitō, non autem
ut inquit Auic: An habeant principium intrinsecum
motus. Ex contexs. aūt 6 illud quoq elicitur
cæcum à natiuitate ueram de coloribus scientiam habere
non posse, nisi quoad nomen, put ab aliquo intelle:
xerit nomen albi uel nigri, sed coloris albi naturam
q sit color disgregatiuus uisus, nigri uero q sit color
congregatiuus uisus scientiam et cognitionem non habet
cuius rei ea rō est quia cum omnis nr̃a cognitio intellectiua
ua dependet à sensu, qui externarum rerum imagines
et phantasmata suppeditet intellectui, hinc ẽ quod
deficiente sensu, uisus aut quouis alio sensu necesse
est defficere scientiam illius sensus, ut docuit Arist.
po lib. posterior q etiam ad memoriam repetiuit in p̄o
hemio Metaphys. ubi ait q ex pluribus sensibus fit me
moria ex memoria uero sæpe sæpius repetita fit

fit experimentum, ex experientia uero artis et scien
tiae principia innascuntur, quamobrem radix cogniti
onis nostrae et scientiae sensus est, ratio cum a primordijs
generationis caecus sensu uisus caruerit, nunquam colores
inspexerit, et circa colorum scientiam habere non potest.
licet uerum sit quod homo temporis tractu caecus factus, cum
colores uiderit eorum imagines in phantasia aut memo
ria tenet quibus mediantibus intellectus colorum scientiam
habere potest. Caeterum quando natura ab Arist. defini
ta quae est principium intrinsecum motus, dubium erat,
an dicatur de materia et forma, ratio philosophus in Cont. 7o
probare aggreditur naturam dici et de materia et de forma probatur
primo ex ueterum philosophorum consensu naturam dici de materia
siquidem putarunt ueteres materiam non solum naturam esse,
quin immo totam essentiam totamque naturam rerum naturalium
existere, formas uero quae in materia oriuntur accidentia
esse, ac proinde ex ueterum decreto sola materia erat natura,
forma autem nequaquam. Porro recipit Arist. primum ueterum
dictum uidelicet materiam naturam esse, sed non recipit alterum
dictum ut potest solam materiam naturam esse, cum etiam for
ma natura sit, quin immo magis natura quam materia. Caeterum
ut Arist. quandam suspicionem remoueret, in Cont. 10.
adiecit hanc particulam inquiens prima quidem materia
natura est, ut ostenderet non qualibet materiam esse na
turam. Enimuero materia duplex est altera

quidem

prima, quæ communissima est rerum omnium naturalium subiectum. Altera uero 2a ut Elementa sunt respectu mixtorum et semen respectu animantium. Iam uero materia prima solum natura est quoniam simplex est nec ulla compositione mixta se tenet. materia uero 2da ut Elementa ut semen naturæ minime dici debent cum non sint simplicia sint, sed potius habentia naturam sunt, quoniam composita sunt ex materia et forma, quæ sane composita non natura sed naturam habentia ut in Cont: 4° docuit Arist: appellari debet.

Cum naturam de materia dici quæ prima est Arist: ondisset in Cont: 15. explicare aggreditur naturam quoque enunciari et predicari de forma, quod sane triplici potissimum argumento probat atque ostendit. quorum Primum ponitur in Cont: 11. et huiusmodi est. quemadmodum in arte confectis illud appellatur ars per quod aliquid dicitur artificiosum ita in naturalibus illud natura appellari debet, per quod corpus dicitur naturale. Iam uero corpora actu naturalia esse dicuntur per ipsam formam Enimuero posita materia adhuc naturale corpus non est nisi potentia posita .n. materia carnis aut hominis semine scilicet actu neque homo est neque corpus naturale sed potestate, posita uero et ex semine traducta anima statim homo actu est et naturale corpus. igitur forma iure ipso natura censeri debet, quin imo ex hoc Arist: colligit formam esse magis naturam quam materiam, nam cum per materiam ipsam corpus naturale tantum potentia sit, per formam uero actu perfecto dignior est forma natura quam materia, ita et discursus huiusmodi sit, illud dicitur esse atque dignius promeretur nomen naturæ quo naturale corpus actu est, quam illud quo corpus

corpus nale tantum potentia existit. Iam uero quod forma
ipsam corpus nale actu est, et tamdiu consistit et nale
est quam diu eius forma superstes manet, per mtam
uero corpus nale tm potentia est, forma igr est excellé-
tior et dignior na, quam mta. Hinc illud consequitur
na nomen non esse nomen vniuocum, sed ut aiunt genus
Analogum. Enimuero vniuocum et Analogum genus duo
discrimine disiunguntur, quod genus vniuocum illud est quod de
suis spebus enunciatur secundum idem nomen eandemque
definitionem aequaliterue suis spebus communicatur, ut in
exemplo aial secundum idem nomen de suis spebus enunciatur
quia omnes spes sub aiali comprehensae aialia nuncupantur
praedicaturue secundum eandem definitionem, quia animalis
definitio est quod sit substa animata sentiens, quae omnibus
animalis speciebus communis est, animalisque na ex aequo in
omnes animalis spes distribuitur, siquidem non magis
aial est homo quam equus, sed aeque homo et equus aialis
essentiam participant, quemadmodum id docuit Arist: in praedica-
mentis, tametsi postea ratione driae ut pote rónalis et
irrónalis homo sit perfectior equo. At genus Analo-
gum quod graeci appellant ab vno uel ad vnum, illud
est quod secundum idem nomen eandemque definitionem de suis spebus
enunciatur, et in his duobus conuenit cum genere vniuoco, sed
de suis spebus genus Analogum non ex aequo sed secundum
prius et posterius praedicatur, ueluti id quod est uel Ens
de substa et accidente enunciatur, sed secundum prius

et posterius, Prius n. de Substantia, quae rationem
Entis magis participat, et proinde Substantia dicitur magis Ens
ab Arist. 4 Metaphis. imperfectius vero de Accidente
capp Ens quia substantiae et Accidenti secundum magis et
minus communicatur, Analogum genus a Philis appellatur
Cum itaque Natura ipso Arist. Autore hoc in loco perfe-
ctius dicatur de forma imperfectius vero de Materia
ita ut forma dicatur magis natura quam materia.
capp natura non est univocum genus, sed Analogum ad materiam
et formam. Sed cum Natura de forma ipsa dicatur dubium
aut facile oboriri potuisset, Num natura de omni forma di-
catur, sive sit fere mortalis, sive aeterna et imaterialis
capp Philus huic dubitationi occurrens declarat naturam ipsam
nonquam dicari de forma in universum quia non dicitur de
forma imateriali et sempiterna, sed solum nisi de
forma dicitur, quae inseparabilis est a materia secundum esse
ac proinde mortalis ac caduca, quod et ad memoriam re-
vocavit Arist. 1o de partib. Animal. Cap. 1o cum dixit
quaedam Anima est natura, ut vegetalis et sentiens, alter-
na vero et imortalis minime natura dici debet.
Ex quo Arist. decreto duas Enunciationes colligi
debemus. Una est Forma mortalis et caduca solum natu-
ra est, et verae naturae nomen promeretur. Altera e
Forma imaterialis et sempiterna proprie et vere natura
non est, sed si natura dicitur hoc secundum quandam Analogiam
et similitudinem intelligi debet, quia sicuti forma

ntalis quæ uere nã ē principium est motus, qui in corpe reperitur, ita forma sempiterna quã ex ipsa ui corpe in quo resi.det principium motus est. ut intelligentia in pprio orbe, idcirco forma sempiterna nã persimilis est, qua in re illud aiaduersione dignũ ē q̃ ista triades ordine sese consequuntur, natura, Anima, et intellectus, Enimuero Natura per se sumpta hoc est in ea acceptione prout ad unam tantum diãm loci determinatur est infra Animam siquidem Aiã utitur nã ut instrumẽto et ministra ad sua munia expedienda. Enimuero aiã in uiuentibus utitur igne et eius calore, ut ministro ad nutritione et concoctione celebrandam, ut docuit Arist 2 de Aiã Cont. 41°. ubi inqt licet ignis non sit pcipua causa nutritionis et incrementi, tamen ē minister et animæ instrumẽtum, de quo loquens Galenus per sæpe enunciauit ignem uel eius calore aut esse aiam aut imediatum aiæ instrumẽtũ. Similiter etiam Anima quo ad motum localem in aialibq ut instrũto utitur uel hoc uel illo instrũto Elemento, respectu n motus deorsum nã utitur terra et aqua, respectu uero motus sursũ, ut instrũto utitur igne et aere. ut docuit Arist: p° Cæli Cont: 7°. dicens Mixta corpa huc uel illuc mouentur ex simplici elemento pdominanti. Intellectus uero supra aiam ē, siquidem intellectus iam Anima utitur ut instrumento,

nã Intellectus

nam intellectus humanus sentiente anima ut ministra
et ministerio utitur ut intelligere possit, cum anima sentiens
ea sit, quae intellectui rerum imagines suggerit et sub,
ministrat, quibus intermediis externa intelligibilia con,
templatur, ideirco Glosp. Theophil. 1° Paraphr. de
Anima Cap. 5° prodidit intelligentiam secundum quandam
analogiam et similitudinem Animam dicendam esse
cui sententiae subscribens Quaer. 2 de Anima 21. inquit Intel,
lectus neque dicitur non anima quam Stia, etsi anima nuncupatur
secundum quandam proportionem intelligi debet. quibus sic de
cursis et explicatis. Philosophus in 13 Contextu Naturam
dici de forma hac ratiocinatione ostendit. Illud per quod
aliud sibi simile generat natura est, iam uero forma substantialis
ea est qua corpora naturalia sibi simile generant, ergo forma
natura dici debet. Tandem Philosophus in Cont. 14. id
ipsum ita ostendit. Illud quod alterius nomen naturae sortitur
natura dici debet, iam uero forma ea est, qua generatio
natura appellatur quae sane Natura dicitur. itaque forma natura
censeri debet. quibus tribus rationibus Arist. Conclusit
esse uult. Naturam non solum dici de materia ut putarunt
antiquiores, sed etiam de forma, et magis. Ex Cont.
aut. 14° haec duo colliguntur. Primum est quod uia uel modus
ad terminum ad quem nomine termini appellari potest, siquidem
inquit Philosophus generatio dicitur natura, quae est uia ad naturam
et calefactio caliditas dici potest, quia est uia ad
~~calefac~~ caliditatem. Alterum est quod aliqua est differentia

nter mutōnes N̄ales et artificiosas, siquidem Phg ait q semper mutōnes N̄ales denominantur a ter-mino ad quem, ut calefactio que incipit a frigiditate ut termino a quo, et terminatur ad caliditatem non denominatur a termino a quo, qa no dr frigefactio sed nuncupatur a termino ad quem, et potius a caliditate et ita de singulis sed in mutōnibus ab Arte non ita sese habet, interdum enim a termino a quo nuncupantur. Enimuero Medicatio est via in sanitatem non tn a sanitate denominationem sortitur sed ab ipsa Medicina, et hoc illud e q apud Phiam peruulgatum est, quod Motus et Pfectum qui N̄alis e distinguuntur denominaturq non denominatur a termino a quo sed a termino ad quem.

Lectio 6.

Naturam de forma Enunciari et perfectius quam de materia haetenus ab Arist: decretum fuit. Cęterum quia forma in duplici dria reperitur. Alia .n. e perfecta, reliqua uero imperfecta. ideirco in Cont: 15. Phus declarat nam dici indifferenter de utroq gnē formę, siue perfecta siue imperfecta sit. Et quam forma quę pfecta e pp sui dignitate habitus appellatur et perfectio. Imperfecta uero pp perfectionis alicuius defectum, priuatio et imperfectio appellatur. Eapp Phus hoc in loco formam imperfectam priuōne appellat, inquiens priuatio quoquomodo forma e perinde ac si diceret, forma imperfecta quę nomine priuationis appellatur e quoquomodo forma, dicitur et

Arist. de Ortu et interi: 1° Cont: 19. ignem appel-
lauit formam et id quod est, terram uero non ens appella-
uit; siquidem terra cum multo uilior sit igne, et ut
comparata promereretur nomen non Entis. Enimuero
eo ordine rerum Entia sunt distributa ut semper unum
sit perfectius altero, loquendo semper de his, quae sunt
diuersarum specierum, nec reperiuntur in rerum uniuersitate
species quae sint aequalis perfectionis et praestantiae quod memoriae
prodidit Arist. 1 Celi Cont. 100. his uerbis à primo
Ente quod Deus Opt: est impartitum est esse omnibus, his uero
clarius, his uero obscurius. Quod et indicare uoluit
8 Metap. Cont: 10 cum inquit species rerum esse sicuti nume-
ros, nam sicuti in numeris semper unus est praestantior altero
ita in speciebus rerum, una semper est altera perfecta magis.
Metitur autem specierum perfectio et imperfectio penes acces-
sum et recessum ad Deum Optimum, Nam cum Deus Opt. in
genere Entium sit metrum et mensura penes quam rerum
creatarum dimetitur ~~dimens~~ perfectio et praestantia, quae
proximius accedunt magisque Dei naturae persimilia esse vi-
dentur perfectiora uidentur, quae uero longius distat
magisque recedunt non dixerim loco, sed secundum proprietate
naturaeque similitudine, illa imperfectiora esse dicuntur, quo
fit ut cum diuinae illae mentes quae à latinis Angeli nun-
cupantur, pariter et homo ad dei naturam proximius
accedunt, quia intellegentiis participant, caeteris rebus
perfectiora diiudicentur, caetera uero corpora et praesertim
inanima cum longius recedant à natura deique proprietate

multo viliora imperfectioraq esse dicuntur. Quod sane Arist declaravit. 2 Metaph. sub initio, illud q est summo perfecto vicinius illud vicinius est illud vero q longius distat imperfectius, sicuti illud summo calido ut pote igni vicinius est, magis calidum dr, quod vero ab igne longius distat, caloris minus particeps est. Unde cum DEVS Opt. sit oim perfectionum plenitudo, ideirco q viciniora sunt ipsi perfectiora sunt, q vero eminus distant, viliora e imperfectiora censeri debent, in illis vero q sunt eiusdem speciei dari praestantiae e perfectionis diversitas non reperitur. Sigde oia Individua sub eadem spe comprehensa, eiusdem aequalibus perfectionis st porro ocs homines sunt eiusdem perfectionis, neq Socrates est praestantior Platone quo ad humanitate e substantiam, tametsi quo ad proprietates e Accidentia quaedam unus homo altero Excellentior esse possit. Enimvero sapiens est excellentior ignaro sed dari maior excellentia non in substa sed in sapientia e virtute consistit, q Accidens est e in hoc sensu intelligi debet sntia Averrois in Prologo 3i Physicorum ubi inquit q homo ignarus e inerudit, est aequivoce homo cum homine sapiente, non quidem aequivocatione substae, qa homo ignarus e homo appellat e est participe e animal rationale sicuti homo sapiens, sed aequivocatione sedm Accidens quia ut homo ignarus

sapientia caret quod viam et gradum patefacit ad contemplandum. et ad bene et recte vivendum. et hoc est quod Arist. aliquando scire voluit dicens, ignarum hominem non secus ac bestiam (bellua) rerum solum corticem cognoscere, sapientem vero intimam et latentem rerum naturam penetrare et intelligere. et haec sunt quae de naturae essentia deque nominis significationibus ab Arist. decursa et explicata fuerunt. Ceterum quia antea dictum fuit inter naturalia quaedam adinveniri quae secundum naturam dicuntur, sicuti sunt Accidentia et proprietates quae rebus naturalibus insunt. et quoniam quae secundum naturam sunt, nedum a Philosopho naturali sed etiam a Mathematico contemplantur, quippe quae et figuram et spacium et numeros et corpus triplici dimensione affectum, ut pote longum latum et profundum, quae secundum naturam sunt perpendit, idcirco Philosophus in Cont. 16. declarare instituit discrimen et differentiam inter Mathematicam et naturalem in contemplatione huiusmodi Accidentium. Utrum scilicet huiusmodi Accidentia, linea, superficies etc. eodem modo ab utroque artifice considerentur, statuitque licet Mathematicus et naturalis Philosophus circa eandem rem subiectam conveniant, siquidem ambo figuram, lineam, et superficiem contemplantur, differunt tamen penes sese secundum considerandi modum, quoniam hic non eodem modo tractet atque consideret. Enimvero Mathematica seiunctim lineam figuramque considerat, ut secreta solutaque

a sensibili m̃ta à corpe n̄ali cogitatione et in-
tellectu, Nam dum Mathematica lineã definit
pariter superficiem in earum definitione sensilem
m̃tam minime ponit, sic n. vtranq. describit, li-
nea est longitudo sine latitudine, superficies uero
est longitudo cum latitudine. Corpus aut̃ e Math.
q est trifariã dimensũ, ut poté longum latum, et
pfundum, in qbus sané definitionibus cũ sensilis m̃ta
minime sit, ppterea Mathematica scientiã huiusmõi
Accidentia ut seiuncta sunt à corpe N̄ali per Intel-
lectum considerare licet. Contra uero N̄alis Phi-
losophia eadẽ Accidentia contemplatur, ut iuncta
sunt sensibili m̃tę hoc ẽ ut n̄alis ~~termi~~ corporis ter-
mini sunt, considerat n. N̄alis Phus lineã superfi-
ciemq. ẽ, ut ẽ longitudo uel latitudo corporis N̄alis.
quamobrẽ Mathematica et N̄alis Scientiã penes
abstractionẽ à m̃ta et applicationẽ ad m̃tam
iter se distinguuntur, quo fit ut N̄alis scientia
p additionẽ se se habeat ad Mathematicã, nam
Mathematica à contemplatione rerũ suarũ abijcit
et m̃tam sensilẽ excludit, ijs de rebus ut linea
et superficiei N̄alis Phus sensibilẽ m̃tã superaddit
qã Accidentia illa considerat, ut iuncta st m̃tę e-
in corpe n̄ali, quo fit q licet Matematica sit abstra-
ctior et simplicior N̄ali Phia, hęc aut̃ composi-
tior et minus abstracta, tñ Mathematica scientiã
ẽ imperfectior N̄ali Phia, qm̃ cũ linea, figura

et superficies sunt secundum esse in materia, perfecte
cognosci debent, ut [illegible] in materia sunt. Siquidem res
ut perfecte intelligantur, cognosci debet, sicuti est
et reperitur. Cum autem huiusmodi Accidentia in naturali
corpore reperiantur, ut perfecte intelligantur, ut in naturali
corpore sunt cognosci debent. Cum autem Mathematica
non ita huiusmodi Accidentia non cognoscat neque consi-
deret, quin immo subiecto in quo sunt excludit.
Naturalis vero physica huiusmodi Accidentia considerat, cum materia
et subiecto. Propterea huiusmodi Accidentium cognitio
quae in naturali habetur scientia est perfectior quam
eorundem Accidentium quae in Mathematica habetur.
Ex Arist: autem decreto discrimine posito inter
Mathematicam et Naturalem hoc unum colligitur, quod scien-
tiae inter se non differunt penes rem subiectam et
consideratam, quia in hac inter se conveniunt,
et differunt in considerandi modo. Enimvero
Medicina, Civilis scientia, Naturalisque scientia homi-
nem considerantur ut rem subiectam, et penes hoc
inter se non distinguuntur, sed inter se differunt
penes considerandi modum, quia et res et di-
sciplinae hominem ipsum vario diversoque modo considerant,
porro Medicina hominem considerat, ut arte sanabi-
lis est, Moralis vero eundem hominem perpendit
ut virtute moralibusque habitibus preditus est, ut instru-
[illegible]. Naturalis autem ut corpus naturale est

habens in se principium motus. Ex quo tali vario considerandi modo dnimoi scientiae inter se distinguuntur. unde sicuti in naturalibus rebus differentia non sumitur a materia sed a forma, quando homo et equus in materia conveniunt, per formam autem distinguuntur quia homo est rationalis, equus vero irrationalis ita in disciplinis ipsis, differentia non sumitur a subiecto materiali, sed sumitur a considerandi modo qui in scientiis ut forma se se habet, a quo scientiarum unitas, et distinctio habetur, quamobrem non immerito Modus considerandi in scientiis

Lectio 7a ratio formalis appellatur.

Quoniam decretum fuit Mathematicam disciplinam hoc discrimine distinqui a naturali Philosophia quia Mathematica res ipsas perpendit cum cogitatione quae abstracta est et a materia separata. Naturalis vero e contra formas naturales contemplatur quae sensibili materiae iunctae sunt. Ex hoc autem facile dubitatio oriri potuisset. Numquid in tali abstractione Mathematica scientia aberret cum formas ut lineam et figuram quae secundum esse iunctae sunt cum sensibili materia eas consideret abstractas et a materia separatas. idcirco Philosophus Cont. 18 occurrens huic dubitationi persoluit inquiens tametsi Mathematicus mente abstrahat lineam et figuram a sensibili materia, tamen sic abstrahendo non comittit mendacium, hoc est non ob id scientia Mathematica falsa est, quae Arist. sententia ut magis conspicua reddatur est advertendum, aliquid ratione bifariam a materia abstrahi et separari posse. Uno modo per affirmationem

et Negatione, q ab Aristotele dr Secunda operatio intellectus, 3 lib. de Anima Cont: 21. que nil aliud est nisi affirmatio predicati de Subiecto mediante copula, verbo; aut eiusdem predicati negatio a Subiecto. Alio modo a materia abstrahi fit prima intellectus operatione que communiter simplicium terminorum apprehensio dici solet et ab Arist. 3 de Anima Indivisibilium intellectio appellatur que solum est simplicis termini apprehensio absque affirmatione et negatione, que due Intellectus operationes eo interse discrimine differunt, ipsomet Arist. auctore eo loci, q in prima semper reperitur verum in secunda vero et verum et falsum adinvenitur, cum in Affirmatione et negatione consistat. Itaque vero cum Mathematica disciplina formas quas considerat a sensibili materia abstrahit atque ratione divellit, id non facit per secundam Intellectus operationem Affirmando aut Negando ita ut formet hanc propositionem, linea aut figura separata est a sensibili materia, quia cum hec propositio falsa sit si hoc modo abstraheret Mathematica procul dubio aberraret falsumque diceret. Sed easdem formas a sensibili materia abstrahere dr prima intellectus operatione qua intelligitur unum non intellecto altero. Enimuero abstrahere unum ab altero nihil aliud est nisi intelligere unum non intelligendo alterum, ut exemplo, homo et risibile simul coniuncta et copulata sunt, intellectus abstrahit hominem a risibili quod ut intelligit hominem solum rationalem

esse, non intelligendo visibile. Ita Mathematica dum abstrahit lineam et superficiem, quae simul cum sensibili materia iuncta sunt, eo sane modo dicitur abstrahere, quia solum lineam intelligit prout est longitudo sine latitudine, non intelligendo sensibilem materiam cum qua coniuncta sunt. plurimum autem interest dicere Mathematicam scientiam intelligere lineam esse sine sensibili materia et lineam intelligere non intellecta sensibili materia. primum quidem sine falsitate haud fieri potest, secundum autem sine falsitate et sine mendacio ab intellectu fieri potest. et in hoc sensu loquitur Arist. cum inquit et sic Mathematicus abstrahendo lineam a sensibili materia non mentitur. neque illud hac in re silentio praetereundum est, An Mathematicus abstrahere possit lineam a corpore naturali, videtur certe non posse Mathematicum id efficere, nam Regula est Arist. in 5.° Methaph. Cap. de priori, quod posterius a priori abstrahi minime potest, licet id quod prius est atque posteriori concipi possit. Istam vero linea et superficies cum accidentia sint, naturali corpore posteriora sunt, siquidem Accidens substantia posterior est ut 7 Methaph. tex. 2 docuit Arist. Igitur linea et superficies a Mathematico neque abstrahi neque sine sensibili materia concipi possunt. Bifariam Nodus iste persolvi potest. Primo quidem quod illa Arist. propositio intelligi debet quotiescumque prius fuerit essentia illius posterioris, tunc enim posterius, atque priori ullo pacto intelligi potest, Ratio enim quia essentia est terminus

capp homo qui est posterior aīali et rōnali, nullo
pacto homo absq aīali et rōnali aut concipi aut in-
telligi potest: alioquin si homo absq aīali intelligere
ualeret cum aīal sit essentia hominis, homo absq
ppria essentia intelligi posset, q a ueritate maxime
abhorret. Sed si prius ad essentiam posterioris non
pertineat posterius a priori abstrahi pt, et concipi
absq illa. Item uero licet linea et superficies po-
steriores sint sensibili mta ut corpa nalia, tamen
quia sensibilis mta non est essentia lineae et super-
ficiei, quia substa non est essentia accidentis, ppterea
apte linea et superficies cogitatione abstrahi a Ma-
thematico et absq sensibili ~~mta~~ substa concipi uel
intelligi possunt. Secundo pt ita rnderi, posterius
absq priori perfecta cognitione concipi non posse, sed im-
perfecta quidem concipi pt, unde linea et superfi-
cies a sensibili mta perfecta cognitione abstrahi et
intelligi non possunt: sed si abstrahuntur intelligunt
quidem imperfecta et rudi quadam cognitione, quo
fit, ut nalis scientia sit perfectior Mathematica
quia nalis scientia considerat huiusmodi Accidentia
ut subste sensibili coniuncta sunt: Mathematica
uero huiusmodi accidentia considerat absq subiecto.
quod et ita comprobari pt, Illa scientia dr perfe-
ctior, quae causas rerum contemplatur, iam uero
scientia Nalis, causas omnes considerat, lineae

et superficiei, siquidem considerat subiectum eiusmodi Accidentium quod est sensibilis substantia, Mathematica vero cum abstrahat a materia sensibili, quae dignior Accidentium subiectum est et causa imperfectior est cum huiusmodi formae causat naturale non consideret illud bene verum est, quod scientiae Mathematicae sunt certiores multo quam scientiae Naturales, quoniam ea tantum contemplatur quae cadunt sub aspectum vel sensus nostros; Naturalis vero scientia cum multa consideret quae magis secreta sunt nostrosque sensus effugiunt, propterea minus evidens, et minus certa est. Hinc orta est illa apud Philosophos Enunciatio Mathematicam scientiam esse in primo certitudinis gradu, hinc et docuit Arist. in 5o Moralium Cap. 19 Pueros in Mathematicis peritos et sapientes fieri posse propter ipsam evidentiam, in scientia autem Naturali non ita facile, cum ea quae in ipsa considerantur, sunt magis abdita et occulta, Neque pro exacta huius rei cognitione reticendum puto quod licet Mathematica scientia abstrahat a sensibili materia, non tamen abstrahit a materia intelligibili materia enim sensibilis nihil aliud est nisi substantia ipsa sensibilibus qualitatibus affecta, quam sane, inquit Arist. substantiam Mathematica a sua reijcit consideratione, ut inquit Arist. 12 Metaphys. Cont. 44. ubi inquit Inter Mathematicas nulla de Substantia Theoricam facit nisi Astrologia, quae figuram sensibilium corporum

cælestib corpib, quod est substã, contemplatur. Sed
quæ sit mtã intelligibilib non satis constat, dicendũ
est autẽ resolute mtãm intelligibilẽ, à qua nõ abstra,
Sit Mathematica nil aliud esse, nisi quantitatem
aut Continuam aut discretam sc̃dm se acceptam,
pereb quã in duo gñã primum distribuitur à Ma,
thematica, in vnam q̃ considerat quantitatem
continuam, quæ Geometria est, quæ lineã, figurã,
superficiem et corpus contemplatur, in alteram
uero q̃ discretam quantitatẽ perpendit, ut Ari,
thmetica est, quæ numerum considerat, qui est quã,
titas discreta; Siuitmõ aut quantitas aut Conti,
nua vel discreta mtã intelligibilib nũcupatur
qm̃ sc̃dm se accepta semotaq̃ à qlitibq ipsib ut à cali,
ditate frigiditate et cæteris qlitibq quæ sensibiles
sunt et quarũ bñficio quantitas ipsa sub sensum cadit
qm̃ quantitas ipsa non tangitur, nisi quia aut cali,
da aut frigida, non conspicitur visu nisi quia col,
lorata. Idcirco quantitas, q̃ in Mathematicis
consideratur diu qualitatibq minime iuncta est
ppria mtã intelligibilis hoc ẽ q̃ solum intellectu
percipitur appellatur

Lectio 8. Ex discrimine assignato inter Mathematicã et Nãlẽ sci,
entiã colligit Arist: adũsq Platonis sñiã in rerũ natura
formas nãles secundum esse à mtã secretas et separatas

nimirum

minime reperiri posse. Enimvero Platone voluisse, ut scribit Arist. in rerum universitate rerum naturalium formas secundum esse a materia separatas inveniri posse et per se consistere quas ipse Ideas appellavit, quam sententiam ita refellit, Si de quo magis videtur et non inest, et quod videtur separatum esse et non est, ergo neque de quo minus. Sed videntur magis formas Mathematicas quae magis abstractae dicuntur quam formae naturales absque materia consistere posse et tamen non possunt, cum linea et superficies et consimilia a materia nullo pacto corpore unquam divelli possint Ergo multo minus naturales formae ut equi et leonis, per se absque materia consistere possunt, cum minus abstractae sint. quod vero Mathematicae formae sint abstractae magis quam naturales formae, ex definitionibus ipsarum Arist: in Cont: 19. ita persuadet. Formae Mathematicae absque materia et motu definiri possunt, porro linea absque materia sensibili ita definitur. Linea est longitudo sine latitudine; Superficies vero latitudo cum longitudine absque profunditate, in quarum definitionibus nulla spectatur materia: At naturales formae absque materia definiri non possunt. Enimvero homo sine carnibus et ossibus definiri nequit sint et eius forma. quamobrem Si Mathematicae formae absque materia definiri possunt, formae vero naturales nequaquam, profecto Mathematicae formae erunt abstractae magis quam naturales, quod cum ita sit si Mathematicae formae quae abstractiores sunt, secundum esse neque

consistere per se, neque in materia diuelli possunt igitur multo minus formae naturales a materia secundum esse poterunt separari et per se consistere. Non recte itaque sensit Plato dum Ideas naturalesque formas posuit per se consistentes et secundum esse a materia separatas. Ex quo Arist. discursu illud colligi debet hoc inter formas Mathematicas formasque ~~Nat~~ substantiales discrimen esse, quod formae Mathematicae absque materia definiri possunt et proinde magis abstractae dicuntur. Formae vero substantiales rerum naturalium quae mortales sunt absque materia definiri non possunt. Notanter adiicio formas mortales quoniam formae aeternae sicuti Deus Opt. ceteraeque intelligentiae cum nullum habeant commertium cum materia absque materia definiri possunt, et de facto definiuntur. Idcirco hoc Arist. aliquo volens illustrare exemplo inquit quod formarum substantialium definitio sicuti definitio simitatis, quod sicuti simitas quae curuitas est vel obliquitas in naso absque naso definiri non potest ita inquit formae naturales absque materia definiri non possunt. Quod si quis forte quaerat huiusce diuersitatis causam, cur scilicet Mathematicae formae sine materia definiri possint: formae vero substantiales nequaquam, dicendum causam causarum esse, quoniam formae Mathematicae sibi materiam subiectam quod proprium primum non praescribunt, sed indifferenter in quauis materia

reperiri possunt. linea porro et superficies in ligno in lapide et in quouis Nali corpe indiscriminati consistere possunt, et pprea eam mtam ppriam non habeant absq; mta mente concipi et definiri possunt.

At substales formae cum pfinitam peculiaremq; mtam habeant siquidem forma hominis non in quauis mta nec in quibusuis carnib: et ossibq consistere pt et simile forma equi et alior animantiu, ideirco substales formae quasi pprijs ligatae subiectis absq; illis neq; concipi neq; definiri possunt. Qua persuasq Arist: rone eam driam posuit inter formas Mathematicas et Nales, 2m Arist. 6 primae Phie Cont. pº discrimen declarans inter Metaphisicam, Mathematicam et Nalem scientiam dixit Methaphisica sapientia dr, formas considerat q secretae et separatae st a mta et secundu esse et secundu definitione, siquide Deu optimu intelligentiasq; contemplatur quae a concretione mtae, et scdm esse et scdm definitione seperata sunt, Nalis uero scientia in altero oppositu extremo, formas contemplatur ut sunt in mta scdm esse et scdm definitione, qn nales formas consideret, quae ipso Authore Arist: neq; scdm esse neq; scdm definitione a mta seiungi possent.

E. Excell: Aresong in 2m Physic. D.

Mathematica vero scientia in confinio et inter
medio utriusque consistens formas considerat quae
partim separatae sunt a materia partim vero non,
secundum esse quidem separatae non sunt, definitione
vero a materia secretae sunt, cum in definitionibus illarum
formarum in Mathematica scientia traditis nulla sit
aut conspiciatur materia. Hinc velim vos obiter unum
diligenter animaduertere, Aristotelem ex hoc triplici
definiendi seu contemplandi genere, statuit tres esse tantum
scientias Speculatiuas et non plures nec pauciores
Nam cum unus contemplandi modus sit, formas ut
sunt separatas a materia secundum esse et secundum definitione
Alter vero sit contemplandi modus formas ipsas ut
sunt concretas materiae et secundum esse et secundum definiti-
onem. Tertius vero contemplandi formas ut sunt
materiae coniunctas secundum esse secretas vero et sepa-
ratas secundum definitionem, nec plures sint contemplandi
seu considerandi modi, idcirco ex his tribus Contem-
plandi modis tres consurgunt scientiae Contemplatiuae
Primus enim qui omnino abstractas et Metaphysicas
constituit et propterea Metaphysica in primo abstractionis
gradu esse dicitur, quia formas omnino abiunctas
a materia contemplatur. Secundus vero contemplandi
modus naturalem scientiam constituit qui formas naturales
omnino materiae coniunctas perpendit, et proinde

F Excell. Archang. in 2 Physic. L.

Naturalis scientia velut ex diametro dissidens a
Metaphysica omnino coniuncta materiae esse dicitur.
Tertius vero contemplandi modus Mathematicam
constituit quae partim formas non separatas, par-
tim vero separatas contemplatur. et propterea Ma-
thematica non omnino abstracta scientia dicitur ut Me-
taphysica, neque omnino concreta materiae ut Naturalis, sed in
confinio utriusque existens partim Naturalis partim
abstracta nuncupatur. et haec de discrimine inter
Mathematicam et Naturalem scientiam sit explicata sit.
Caeterum quia non satis fuit explicasse naturam dici
de materia et de forma, sed illud quoque intelligere
operae pretium erat quomodo materia et forma a naturali philosophia de-
beant considerari, eapropter huius Problematis
explicationem aggressus Aristoteles ostendit utramque naturam et
proinde materiam et formam a naturali scientia contemplari
quod triplici probat: argumento ostendit, quorum primum illud est
eiusdem scientiae interest considerare finem et ea
quae ordinantur ad finem. Enimvero Medicus qui
sanitatem ut finem considerat ea quoque ut tractat et
considerat quae ad ipsam sanitatem ordinantur.
Itidem vero forma et materia ita se se habent, quod forma
est finis materiae, siquidem materia propter formam facta est, cum
in forma necnon consistere debeat sed etiam operari
quoniam forma non debet in rerum natura otiosa manere

cum unum quodque tunc perfectum esse dicatur cum
in opere versatur, et proinde Deus Opt. in perfe-
ctione consistere dicitur quia nunquam a suo opere cessat
vel quia forma absque materia operari non potest, non enim for-
ma ignis absque materia agere quicquam potest. propterea forma
dicitur esse finis materiae et id cuius gratia materia effecta est.
quod satis aperte verbis declaravit Arist. 2 de Anima
Cont. 37. ubi inquit Anima viventis corporis causa est
secundum dictum triplex causae genus ut forma ut efficiens
et finis. Et unum vero dicitur forma viventis quia ut dat
esse corpori viventi. Dicitur efficiens causa quia
principium est functionum omnium quae in vivente corpore
exercentur. Dicitur causa finalis, quia anima est id cuius
gratia factum est corpus organicum vivens, id est
tot diversis partibus et organis a natura exornatum,
nam cum anima diversas habeat functiones ut
videre audire olfacere et similia, quae cum per eandem
partem exerceri minime possent, quia audire per
oculum fieri non possit necessarium fuit a natura fieri corpus
vivens quod distinctum diversis organis et instrumentis
ut inservirent animae ad diversa eius munera
exercenda. quamobrem cum forma sit finis materiae
et materia ad ipsam formam ut ad finem ordinetur
igitur ad scientiam naturalem spectat utramque naturam
considerare et materiam et formam.

Lectio 9.

Lectio 9.a Utranque Naturam et potentie Materiam et formam a naturali
Philosopho contemplari ea primum ratione Arist. ostendit, quoniam forma
finis est, materia vero ad formam ipsam ut ad finem suae per-
fectionem dirigitur, quae ad eandem attinent disciplinam et
facultatem, qua in re illud Arist. animaduertit, quod aliorum finis
quid postremum et ultimum esse debet, uerum non omne id quod ul-
timum est finis rationem sumit, sed ultimum quod optimum et perfe-
ctum est. Eminuero malum quod ultimum est, sicuti mors
et res in locis, quamuis quid ultimum sit, non tamen finis
rationem habet. siquidem finis est quid appetibile, nullum
autem malum appetibile est, propterea malum sicuti est mors
quod ex Arist. 3o de Moribus ultimum est terribilium, finis
non est nec id cuius gratia aliquid agat. Quod si quis
obijciat, mortem ipsam quae ultimum est appetibilem esse
ac propterea finis rationem habere, siquidem Polyticus sponte
sese morti exponit, ita ut mortem ipsam appetere videatur
pariter unus homo appetit alium interficere, ac proinde
alterius mortem appetere, ita ut mors ultimumque quod malum
est finis esse possit. Cui obiectioni ita est occurrendum
Polyticum ex primo instituto mortem non appetere quia
ut positum est ab Arist. 2 de Anima Cont. 49 Unumquodque
sese appetit permanere, et si fieri posset aeternitatem
nancisci. sed Polyticus homo appetit dum mortem
sponte subit, aut patriae suorumque salutem ut eam ab hoste
liberet, aut Commune bonum, uerum quia hoc assequi
minime sit nisi morte intermedia, proinde ob eam ...

mortem appetit, ei q[ui] sponte sese supponit [opponit]. Similiter
dum homo hostem inuadit, ut ei mortem inferat, ille non
primo alterius mortem desiderat aut intendit, sed
primo principaliq[ue] intentione intendit, aut iniuriam sibi
illatam repellere, suumq[ue] honorem defensare, verum q[uod] ad hoc
sortiri minime p[otes]t nisi media alterius hominis ei aduersarij,
ex accidenti alterius hominis mortem appetit,
quamobrem q[uod] ultimum bonumq[ue] est, id finis censeri debet
ultimum uero quod malum est, sicuti boni r[ati]onem non habet
ita quoq[ue] finis r[ati]onem subire minime p[otes]t. Ideirco S[anctus] Th[omas]
in Cont: 23 decidendum inq[ui]t Richardum illum q[ui] asseruit
q[uod]libet ultimum finem esse. Utitur S[anctus] doctor et alia
r[ati]one Arist: ad eandem p[ro]bandam Conclusionem q[uod] huiusmodi
est, quemadm[odum] sese res habet in artibus ita se habet
in Naturalibus: Jam uero artes ita sese habent, q[uod] materiam
et formam agnoscunt et considerant, domificator n[am]
non solum formam domus agnoscit sed et materiam ido-
neam domui aedificandae ut lateres et ligna, idipsum
ostendit Ars Nauifactiua, enimuero haec non solum for-
mam nauis agnoscit qualis esse debeat, sed materiam
quoq[ue] ut p[uta] ligna, q[uae] aptissima sint ad construendam
nauim, ig[itu]r et in Naturalibus; eodem m[od]o res sese habere
debet ut rerum Naturalium scientia nedum formam, sed
etiam materiam ex qua oriuntur contemplari debet
Hoc aut[em] est contra inq[ui]t Arist: inter artem et Naturam

q in artibus nonnulli sunt q materiam efficiunt, enimuero quaedam sunt q lapides molliuntur, pro construenda domo, at in naturalibus ipsis materia ipsa nullo modo generatur nec natura materiam ipsam fabrefacit sed ipsam supponit artium uero ut Arist. quaedam sunt q materiam disponunt, formamque artificiosam introducunt, sicuti fabricator domus lateres ligna excolit et disponit domumque ipsam fabrefacit et molitur, quaedam uero artes sunt dominantes q Architectonicae nuncupantur quae sane iubent et imperant, qualis debeat esse materia domus, quomodoue disponenda, conditue quaenam forma domus esse debeat, q etiam in arte construendi naues contingit, in quibus Nauclerus et Minister uerum q omnes et materiam et formam cognoscunt, tandem Philosophus in Cont: 26 ad eandem conclusionem per ultimum ratiocinium, ea q ad aliquid sunt ad se inuicem referuntur ad eandem attinent scientiam, qua etiam propositione usus est de Animalium partib. Cap. 1. iam uero materia et forma se inuicem referuntur sicuti perfectio et perfectibile mensura et mensuratum cum perfectio materiae ex perfectione formae mensuretur, ergo materia et forma, ad eandem attinent scientiam, Cum autem materia a naturali Philosopho consideretur, pariter et forma ab eo considerari debet. Caeterum ambigit Philosophus An forma in uniuersum a Naturali Philosopho tractari debeat, quam dissoluens dubitationem inquit, Non omnem formam ab eodem tractari

siquidem forma imaterialis et aeterna, ad nullem scientiam non spectat quia quid sit forma aeterna separata primus interest Physicis, sed dumtaxat forma que mortalis et caduca nali subijcitur contemplationi quo sit migt, sicuti Medicus formas Nervi et ossis usq ad aliquid terminum contemplatur, ita et Nalis Phus formas ipsas non in vniversum sed intra aliquos limites, ut pote que intra terminos formas corruptibilis continetur consideret. Formas aeternas ad alium Artificem relegans, sed non ita se se habens circa mtes notitiam. Enimvero mtam in vniversum considerat, quousq ad primam mtam que communissimum est om subiectum perueniet. Sed illud aia dicensione dignum e q in Contextu 26 ponitur, illud aut e q alterius formas altera e mta, et alterius mtes altera est forma, cuius dicti sensus ille est, q proprias formas diuersasq proprias diuersamq sibi exposcunt mtam et forma hominis et forma equi satis aperte ondt, quarum vnaqq propriam mtam sibi exposcit, qm non qlibet ex quolibet oriri pt. Similiter proprias mtas proprias respiciunt formas, porro semen humanum propriam hominis respicit formam: sicuti semen equi ad formam equi solum refertur, nam relatiuorum ea e na ut vnum ad suum proprium Correlatiuum referatur pr. n. solum refertur ad filium, et filius ad prem

non .n. filius aut ad dñm aut ad servum re-
-fertur. Cum igr̃ mta sint quoquomodo ad aliq̃d
itaq̃ ppria mtã ad ppria refertur forma et
e converso ppriis formis, propria sibi ptinens
ut mtãm. Ex qua Arist. snia, velut Corolarie
hoc elicitur Corollo, q orta ex propagatione et
semine et orta ex putriscente mtã ut mures et
ranæ et consimiles in genere, diversas ꝑ spẽm
sicut superius clarꝰ ostensum fuit. Elicitur autẽ
in hunc modum, nam cum ex hoc conceptu alteriꝰ
mtæ altera sit forma, igr̃ cum semen putrescensq̃
mta inter se maxẽ discretæ atq̃ distinctæ sint
igr̃ distinctas spẽq̃ diversas habent formas, igr̃
Animantia q ex his diversis mtãrieb: innascuntur
diversas scdm spẽm habent formas Lectio 10.
Cum iam sanẽ Arist. õndisset Nãlem scientiam mtãm et for-
mam contemplari debere, tractare aggreditur de Causis
declarans quæ et quot Cæ sint ex quibꝰ reb Nãles depẽ-
dent nec nõ quasdam Conditiones Causar, idq̃ Arist. per
tractat à cont: 27 ad Cont usq̃ 39. cuiꝰ instituti-
et intentionis causa ea ē, quia cum sup̃q̃ explicasset
Nãlem Phũm contemplari mtãm et formam, quæ rerum
Nãlium causæ sint, scientia vero rerum Nãlium non habeatr
nisi per cãs ex qb. depẽdet, considerandum erat, an
ꝑter mtãm et formam aliæ cæ reperiantur, ex quibus
rerum nãlium notitia haberi debeat, et si plures

Cãe sint, declarãdu ẽ quæ nã sint et quot sint pp̃rea

Phῑbus de Cãis sermonẽ habere decreuit, declarans aũt

quot sint, statuit quor̃ ipse ad summũ Causar̃ genera

hæc aut sint Materia forma, Efficiens et finis sed

qm non satis erat explicasse quot ẽ quæ Causæ sint

sed operæpretiũ erat declarare qd vnaquæq̃ causa esset

pp̃rea vnãquamq̃ causã describit atq̃ definit. Primã q̃

mtam ita definit inquiens Materia est subiectũ ex quo

fit vnũqq̃ permanens reiq̃ inexistens quæ generatur.

ex qua mtæ definitione colligr̃ ea esse mtæ necessita

te ut ex ipsa res Nãles fiant et oriantur, non autẽ ut

existant, pp̃rea ipse per esse non per fieri mtam defini

uit, non. n. dixit Mtam esse id per quod res habet

esse. definita mta statim in Cont: 28 formã ipsa

ita definit, forma ẽ quod quid est ipsius rei, sensus est

forma est quæ tribuit existentiã rebus et per quam

res nãles existentiã habent actu quæ sint, cinuero for

ma domus ea est per quã domus existit, et actu est,

qm tandiu domus existit, quãdiu in eo forma asseruatur

quo pacto et Arist. formã definit 2 de Aiã his uerbis

forma ẽ substã per quã res est hoc aliquid ẽ in actu quasi

digito indicari pt, et non solũ inqt forma est quo

quid est rei, sed etiã genus formæ qrñdu in numeris

inqt. non solũ diapason ẽ forma sed etiam numerus

et in Naturalibus non solum rõnalitas est forma sed

etiam animal. hinc oberrant illi qui arbitrantur

Aial q in hominis definitione ponitur materiam esse aut a materia desumi asserunt definitionem istam hominis homo e aial ronale allatam esse per formam et per materiam per ronale fere tanq per formam, per aial uero tanq per materiam, qua in re ab Arist. dissentiunt qui in Cont: hoc 28 inquit genus formam esse quandam uniuersalem ac pinde illam hominis definitionem traditam per genus et driam, per formam traditam esse, cum genus et dria formae sint, licet illud uerissimum sit genus instar imaginemq habere materiae, nam sicuti materia indiferens ad hanc et illam formam recipiendam nec ullam sibi psentit formam nisi sibi pecuilialem, ita genus ut aial in diferens est ad ronale et irronale nec aut ronale aut irronale sibi psentit, et ppterea

Do Arist: Lincolnien dicere consueuit genus formam esse uniuersalem quae imaginem similitudinemq materiae habet huiusmodi aut formae definitio ab Arist. allata conuenit solum formae mortali et corruptibili, q ex eo psuaderi pt, qm hoc in loco eam formam definit de qua agere instituit in ulto Cont: pti libri Physicorum. Jam uero ibi de forma tractare ppnens, de forma gnabili tractare instituit, dicens de formis Nalibus corruptibilibus posterius dicemus, igr forma q hoc in loco ab Arist. definitur est forma solum Mortalis et corruptibilis cum aut forma ita definiatur, forma quod quid est rei, hoc est tribuens existentiam rei, colligitur

non qualibet forma esse quia quid est, reique exi-
stentiam impartiri, sed eam solum quae mortalis est quae
in materia generando producitur, porro forma aeterna et im-
mortalis non est quod quid est rei, neque existentiam lar-
gitur, quoniam huiusmodi substantiae separatae et intelligentiae
sed non dant esse et existentiam corpori caelesti, sequitur
absurdum esse asserere Deum Optimum esse partem dantem
esse corpori caelesti, in eoque uniri ut ipsam informet
quia aut pars imperfectionem dicat, si Deus Opt. for-
ma esset dans esse et constituens corpus caeleste esset
eius pars, ac proinde Deus Opt. aliquam includeret imper-
fectionem, quod certe non tantum absurdum sed piaculum est con-
fiteri. Sed est forma (ut aiunt) assistens intelligentia caeli
sicuti Nauta assistit navigio, sicut enim nauta non dat
esse navi quoniam navis absque Nauta navis est et existit
sed solum navi tribuit motum et actum navigandi
ita Deus Opt. caeteraeque substantiae separatae solum ad hoc
eo corpori tribuit motum circularem, ut potius habeat
rationem agentis et conservantis quam rationem formae
ita ut statuendum sit formam in duplex genus partiri
in genus formae informantis et dantis esse, et in
genus formae assistentis solum tribuentis motum,
allata est materiae et formae definitione Philosophus Cont. 29
Causam efficientem et formalem definit. Efficiens dicitur
illud est quod est primum principium unde motus est a quo

ortum motus. Adiecit Arist. illud particulam primum
quoniam Efficiens in duplici ordine reperitur. Aliud n. est Efficiens
Principium, aliud vero est Instrumentale. atque ergo Arist.
scaret, efficientem causam dici proprie de Efficiente
principio non autem instrumento tantum propterea dixit Efficiens est primum prin-
cipium unde motus, bene verum est, quod instrumentum agens
principii, ad genus causae Efficientis redigitur. Enim
vero serra quae fabri lignarii instrumentum est ad genus
Efficientis causae reducitur, quia et ipsa agit et secat.
Unde Regula est. Instrumentum Agentis ad Efficientis
causae genus reducitur, quemadmodum etiam dispositiones, quae
ipsam ad formam disponunt et praeparant ad materiam redu-
cuntur, eo autem discrimine distinguuntur Agens prin-
cipium et Instrumentarium, quod agens principium per
se ipsum agit et operatur, nec ab alio movetur ad
operandum. Agens vero Instrumentarium sua vi
non agit sed operatur quidem prout ab Agente
principio movetur, ut patet exemplo ipsius serrae quae
non secat nisi ut ab Artifice movetur. Fina-
lis autem Causa ea est, cuius gratia cetera fiunt. unde
illud quod est id cuius gratia cetera omnia fiunt
Causa finalis dicitur. Verum finis in duo genera ab Ari-
stotele distribuitur: in alterum qui postremus et ultimus
est, in alterum vero qui ultimus non est, sed ad alium
ordinatur, nam in Medica facultate ultimus

finis est sanitas cuius gratia omnia Medici opera ministrantur finis vero non ultimus sed sicuti corporis emaciatio aut excrementorum evacuatio, Namque humorum evacuatio est finis cuius gratia medicamenta a medico exhibentur verum non est ultimus finis, quoniam ipsa ad aliud finem ordinatur non n. ob aliam causam repurgantur excreta nisi ut inde sanitas acquiratur. id autem quod veri et proprie Causa finalis est, est id quod est ultimum et cuius gratia cetera omnia fiunt. Quamobrem Causae quor Numero sunt sunt autem Causarum duae Internae, ut materia et forma, duae vero Externae ut Efficiens et finis. quae autem sunt harum Conditiones sequenti lectione explicabimus. Lectio II

Cum hactenus quot et quae Causae sint Arist. explicasset vna quamque explicare desinivit, Causarum vero nonnullae extant Condiciones. idcirco Philos. in Conti. 30 has conditiones explicare decrevit, hae autem tres possimum sunt. Quarum prima ea est unius et eiusdem effectus plures esse Causas in diverso Causae genere, quarum altera sicut materia, altera vero ut efficiens. Enimvero statuae plures sunt Causae altera ut subiectum sicuti aurum et argentum; altera vero ut Efficiens ut Statuarius. et licet eiusdem effectus in eodem genere causae, plures causae concurrere possint tamen non ex aequo sed vna proxime et immediate altera vero remote magis concurrit. enimvero ad hominis productionem in genere Efficientis Causae concurrit

Deus, cælum, et homo, non tamen eo ordine sed Deus
Opt. ut cā remotissima concurrit et pª. Cælum vero
ut causa minus remota; homo vero ut causa propinqua
et immediata. Similiter ut mta in eiusdem hominis productio:
one concurrunt mta prima Elementa, et semen non
tñ æqualiter, sed mta pª ut cā remotissima concurrit
Elementa ut mta minus remota: semen vero ut mta
proxima atque immediata. Altera Conditio ē, q causæ
sibi invicem causæ esse possunt, ut agens est cā finis
finis vero est causa agentis. Enimvero Medicus est
causa sanitatis, sanitas vero est causa Medici in diverso
uerso tamen cāe gñe. Medicus n. ē causa sanitatis
ut efficiens, sanitas vero est causa Medici in gñe
causæ finalis. Cæterum hæc propositio sano mō intelli:
genda est, cum dr finem agentis causam esse non
n. eo sensu intelligenda est, ut finis sit agentis causa
quantum ad esse, ita ut finis ipsum agens producat
siquidem sanitas ipsum Medicum nō efficit neque producit, sed finis
agentis cā esse dr quantum ad agendum et operandum
qm agens non operatur nisi ab ipso fine moveatur, neque
Medicus quicquam movere aggreditur, nisi a sanitate
prius moveatur, quamobrem hoc discrimine differunt
inter se Efficiens et finis, cum sibi invicem causæ
sunt, q Efficiens est cā finis quantum ad esse quia
ipsum producit. Finis vero ē causa agentis quo ad
agendum et operandum. Tertia Conditio ea est, q idem
Contrariorum effectuum causa esse pt. Enimvero ~~causa~~

Nauta est cã salutis et Naufragii ipsius Navis
nec non utriusque per se, sed unius causa per se
alterius vero ex accidenti, neque eodem modo sese ha-
bens. Enimvero nauta per sui presentiam est causa sa-
lutis navis, per sui absentiam vero cum non amplius
navim ipsam gubernat, est causa Naufragii. quod sane
ipsemet docuit Arist: 2 de Ortu et inter. cont. 65.
ubi inquit idem secundum quod idem non producit nisi idem
adiecit illam particulam reduplicantem secundum
quod idem ut ostenderet agens diverso modo sese habens
contrarios effectus parere posse, ut eo loci ipsius so-
lis illustrat exemplo, siquidem sol per sui presentiam
est causa generationis sublunarium et nisi nobis: per sui
vero recessum et recessum a nobis est causa corruptio-
nis. Similiter idem contrarios effectus author est
causa esse potest, sed unius per se. Alterius vero ex
accidenti, enimvero frigus frigefacit et calefacit
sed per se ex propria natura frigefacit, ex accidenti
vero calefacit prout occurrens externis mem-
brorum partibus fugat repellitque calorem naturalem ad
internas partes, ad quas cum pervenerit quasi
reconcentratus virtutem resumit magis et internas partes
excalefacit. quod sanxit Hipp. 1 apho: Ventres
hyeme calidiores fiunt et Gal. ratione assignans
inquit, quia propter circunstantis aeris frigiditatem

näalis calor, ad internas partes reconcentratum
quę magis tab eo excalescunt, quapropter idem con
trariorum effectuum causa esse potest.
Et haec de Causarum proprietatibus et Conditionibus.
Verum quia permulta sunt, quae ad vnumquodque Causarum
genus reducuntur, idcirco Aristoteles in cont. 31 decla-
rat, quae ad vnumquodque Causarum genus redigantur. Primum quae
expliicat quae ad materiam reducuntur, materiaeque rationem
habent. Quae ad Materiam reducuntur inquit huiusmodi
sunt, ut litterae respectu syllabarum, partes respectu
totius, simplicia corpora, ut ignis et aër respectu
mixtorum, praemissae in syllogismo respectu conclusi-
onis ut materia se se habent, porro literae respectu sylla-
barum ut materia concurrunt, quia litterae et characte-
res sunt materia ex qua syllabę coalescunt et com-
ponuntur, partes quin etiam respectu totius materia sunt
Sed aduertendum Arist. sermonem de quibusnam partibus
intelligendum esse, partium enim aliae sunt essentiales, aliae
vero quę appellantur integrantes, prioris ordinis sunt
materia et forma, quę propterea Essentiales vocantur quia
Essentiam constituunt. Integrantes vero illę dicuntur
quę non substantiam sed integrum, et quantum aliquod corpus
componunt, sicuti in animalibus caput brachia et pedes
partes integrantes dicuntur, et ut pinguiore vo-
cabulo quantitatiuę nuncupantur, quia integrum animal
absoluunt et componunt. Cum itaque Aristoteles inquit partes

rōnem subire mtā, respectu totij, de partibus integra: libus oīs forma intelligenda est, non autē universaliter de partibus essentialibus: Forma n. q est pars compositi, non est mtā ipsius compositi, quia non est subiectum ex quo compositum gnatur, quor quinetiā simplicia corpora, ut ignis aer terra et aqua materię rōnem habent, qm ex ipsis mixta componuntur et ob hac cām Elementa vocata sunt, Esse n. Elementi, nil aliud sigt, nisi subiectum esse ex quo aliqd fit. uerum hoc discrimine quor Elemēta à literis distinguuntur, q litterę respectu syllabarū sunt mtā respectu compositionis tm absq ulla illarū alterōne non n. litterę dū syllabas componunt aliquā alte: rationem patiuntur, at quor Elemēta mixtorum mtā dicuntur et Compositionis et Alterōnis, qut n. mixta ipsa componunt, compositionis mtā appellātr sed qm mixta ipsa non componunt sicuti ligna et lateres domum componere solent, sed uero alterari debent et ad quantam temperiem reduci, pro ipsorum mixtorum complexione, sicuti declarauit Arist, sub finem primi libri de Ortu et interitu dicens mixtio Elementorum dum ad mixtorum gnatione accedunt est unio ipsorum Elementorum alteratorum, declarans autē ipse quomodo alterentur, in 2° de gnatiō: Cont. 48 dixit quia reprimuntur in excellentijs suis, hoc est amittunt exuberantiā et excessum suarū qualitatum

quia non remanat ignis in composito secundum suas summas calliditates, neque aqua manet in mixto secundum expressam frigiditatem, ideirco Elementa mixtorum materia dicuntur, et compositionis et alterationis. Tandem praemissae in Syllogismo materia Conclusionis dicuntur, sed aduertendum, quod cum in praemissis Syllogismi tres termini reperiantur, subiectum de quo passio demonstratur, et medium per quod passio de subiecto demonstratur. praemissae non secundum omnes terminos materia conclusionis dicuntur, sed solum ratione subiecti et passionis, Nam cum materia illud esse dicatur ex quo aliquid componitur, Conclusio uero componatur solum ex subiecto et passione, propterea praemissae secundum duos terminos Conclusionis materia esse dicuntur, quoniam uero Medius terminus conclusionem non ingreditur propterea praemissae ratione medii termini non dicuntur materia conclusionis, sed Medius terminus dicitur esse potius forma ipsius Syllogismi, et ratione qua subiectum et proprietas simul in conclusione uniuntur et copulantur ut exemplo animal rationale quod est medium ad demonstrandum risibile de homine est ueluti forma, ratione cuius causa risibile et homo simul uniuntur et in unoem conseruantur.

Lectio XV

Cum Educ

Cum Phus ea explicasset quae ad mtae genus reducuntur
hoc ipso Cont: 31 ea declarat quae ad genus formae referuntur
haec autem inquit sunt, totum, compositio et species, nam
quemadmodum partes rationem mtae subeunt et habent, ita totum
formae rationem habet, nam consummatio et absolutio rei perfe-
ctio est, et quoniam totum est absolutio eapropter totum formae ra-
tionem promeretur, ab ipsoque Arist. forma totius appellatur
po de Ortu et interitu Cont: 23. cum inquit Mutatio
substantialis est secundum totum hoc est secundum formam, quae propterea
totius appellatur quoniam ab ipsa totum esse rei perficitur
hinc est quod Magnus Averr: 7 Metha: Com: 35.
inquit habitudo partium ad totum, est habitudo mtae ad
formam respectus vero totius ad partes est formae ad
mtam, compositio quum etiam dicitur forma sicut in arte
factis forma domus dicitur esse compositio decenter facta
ex lignis et lapidibus, sicuti etiam in exercitu ordo
dicitur esse forma ipsius, pariter et in mundo rerum sensibilium
series et ordo mundi forma appellatur. Tertio species
ipsa hoc est id quod rem constituit in esse forma est, quae
vero ad Efficientis causae genus referuntur, sunt inquit
semen Consultor et Medicus nam quemadmodum actiones in
triplici differentia reperiuntur. Aliae enim sunt voluntariae,
aliae enim sunt artificiosae. Aliae vero naturales, ita triplex
est Agens, quod dictis tribus actionibus correspondet
Est Agens voluntarium et a consilio et id con-

sultore Arist. appellat, sicut is qui uel de amici-
-titia uel de inimicitia consilium prebet. Alterum uero est
Agens Artificiosum, quod nomine Medici Arist. describit, qui
Medendi arte Morbos repellit. Alterum uero est Agens
Naturale, quod res ipsas Naturales produxit, quod nomine seminis Arist.
circumscribit, hec inquit Arist. sicut que ad Efficientis
Causae genus referuntur. sed dum semen efficientem
causam Arist. appellat id non de toto semine intelligi
debet, quoniam non totum semen Efficientis causae rationem ha-
bet, sed de semine intelligi debet respectu uirtutis
formatricis que in semine clauditur que uiuentia
corpora efformat, animamque producit, intelligi debet. cum
uero in semine due insint partes. Vna corporea que
nil aliud est nisi mistura illa ex quor Elementis et
hec materiae rationem subit ut priore libro docuit Arist.
Cont. 62 cum dixit Cuncta Naturalia ex semine ut ex
materia generari. Alia in semine reperitur pars que a Me-
dicis uirtus formatrix nuncupatur, ab Arist. 2
de Anim: Ortu Cap: 3 Calor et spiritus appellatur
qui efficientis Causae modum habet, ratione cuius semen
inter causas Efficientes dinumeratur, et hoc pacto
intelligit Arist. in Cont. 31. que uero ad finem re-
feruntur sunt ea omnia que sunt id cuius gratia caetera
sunt, et quamuis bonum est siue inqt Arist. sit uerum

bonum, siue apparens bonum, nam cum bonum sit cuius
gratia omnia agunt, etiam si verum bonum non sit, sed boni speciem
et imaginem prae se ferat, idcirco bonum quod verum sit siue
apparens bonum finis est. Committitur hanc partem ex-
ponens unam explicat animadversione dignam, quod ea est
differentia, quae inter ea quae ducere solum natura sine cognitione
agunt et illa quae cognitione operantur, nam
ea quae solum naturae appulsu et absque cognitione agunt
sicuti sunt in anima corpora et stirpes semper in verum
bonum ducuntur, quoniam cum hae a natura regantur et in
suum finem impellantur, quae natura minime fallitur, propterea
huiusmodi semper in verum bonum diriguntur, dictum est
quod apud Philosophos ea increbuit propositio, quod opus naturae
est opus intelligentiae non errantis, sed ea quae cum
cognitione operantur, plerumque in apparens bonum diri-
guntur, quoniam cum hae regantur cognitione et potissimum sen-
su et intellectu qui decipiuntur et falluntur diiu-
dicantes quod non est bonum verum, verum boni rationem habere,
sicuti sunt voluptates, divitiae et honores etc. dictum
est, quod falluntur et plerumque in apparens bonum feruntur
et haec omnia sunt quae ad unumquodque praedictorum generum reducuntur.
Jam vero numero Causarum ostenso, earundemque con-
ditionibus explicatis, nec non iis quae ad singulum
causae genus redigerentur. Arist. a textu 32 ad

39 usque Cont. Causarum modos tractare aggreditur qui plures sunt, nam Causarum aliae sunt priores aliae posteriores, Nam in genere Causae Efficientis alia est prior alia posterior, Artifex enim dicitur Causa efficiens prior Medicus uero posterior, sicuti in genere materiae Elementa dicuntur esse materia prior, semen uero materia posterior Causarum praeterea aliae sunt per se, et aliae ex accidenti sicuti namque Statuarius est causa per se Statuae, Polycletus autem est causa statuae ex accidenti. sicuti Medicus dicitur per se causa sanitatis, Socrates uero ex accidenti, quoniam non quatenus Socrates morbos curat, sed ut Medicus est, Accidit autem Medico Socratem esse. Insuper Causarum aliae sunt Universales et aliae particulares. Causa universalis est sicuti homo et animal, Causa uero particularis est sicuti Plato uel Socrates, sibi inuicem autem referuntur Causa et Effectus, nam ut namque dixit Causarum Universalium sunt effectus universales et e contra. Caetero particularium sunt effectus particulares et e conuerso. non enim causa universalis immediate effectus particularis causa esse potest, nisi per causam particularem coarctetur determineturque, non enim homo Socratem parere potest, nisi homo coarctetur ad Platonem, qui genitor est et causa ipsius Socratis

Tandem Causarum Aliae sunt Actu, Aliae vero potestate causa in Actu ea dicitur esse, quae in Actu in operatur versatur sicuti domificator actu causa, cum actu domum ipsam molitur dicitur aut causa potestate, ea non actu causa est, sed causa esse potest, tamen n. intra actu causa esse dicitur, cum actu transmutatur, potestate vero causa ea transmutari potest et ex ipsa quippiam generari. Sed cum tot Modis dicantur Causae post hos explicatos modos docet Arist. ad quam causam in investigando propter quid Effectus ipsi debeat referri, statuitque semper in explicando propter quid rei assignandaque causa rei, semper referendam esse assignandamque causam proprijam et particularem et causam per se. Cum n. quaeritur propter quid Medicus Medetur, non respondetur quia Artifex, aut quia Socrates, sed quia Medicus est. Itaque semper effectus in causas posteriores per se et proximas referri debent relinquendo causas remotas, et accidentales et Universales et haec de Causis ab Arist: dicta sint. Lectio XIII^a

Absoluta tractatione de Causis Philosophus in Cont: 39. de Casu et de fortuna tractare aggreditur, cuius instituti causa ea est quoniam ea Casus et fortuna in numero vel Ordine causarum numerentur, considerandum erat quomodo Causae sint, et ad quod Causarum genus referantur. Capp non abre de casu et de fortuna tractare decrevit, qua in re tractanda primo

priscorum sapientum refert opiniones, mox suam de Casu et Fortuna sententiam adducit. Veterum inquit extitere nonnullorum sententiae et opiniones, quarum Altera ea fuit nil quicquam fieri aut Casu Aut fortuna, sed quecumque fiunt in rerum uniuersitate ea fieri à causa perse et secundum intentionem prouenire. Ex altera parte dixerunt alij in celestibus corporibus casum et fortunam adinueniri, in sublunaribus aut istis casum et fortunam non adinueniri, siquidem in inferioribus istis quecumque fiunt, uel ab Intellectu uel Natura fiunt. Tertio fuit quorundam Veterum sententia in rebus inferioribus fortunam et casum reperiri, quin imo esse ueluti quoddam diuinum, quod tamen nobis non est ita perspectum et manifestum, in cuius potestate positum sit homines aut felices, aut infoelices efficere, quod sane explicauit his uerbis Poeta dicens, Nos facimus te fortuna Dea reijcit Arist: primam illorum sententiam qui asseruere fortu:nam et casus in rebus istis non adinueniri, mox etiam illorum sententiam refellit, qui in celestibus corporibus fortunam et casum collocarunt ista uero ab inferioribus sustulerunt cum tamen potius contra res se se habeat, siquidem in celestibus corporibus, cum nulla uarietas aliqui praeter agentis in:tentionem euenire possit, casus et fortuna non reperiuntur sed in mortalibus, in quibus res contingenter eueniunt uariarique possunt, multaque praeter agentis Consilium accidunt, casus et fortuna reperiuntur. Tertiam uero opinionem Arist: non refellit, tum quia irrationabilis esse

uidetur, et potius Poetis accomodata, quam Philosopho digna
tum quia ex explicatione quam ab Arist. afferretur dig.
error euidenter apparebit, sic reiectis priscorum sapientum
opinionibus reliquum erat sententiam Arist. de fortuna et casu
afferre sententiam. Sed quoniam in unaquaque rei disquisitione
da, a natura et definitione rei est inchoandum, capp.
Arist. de dictis uerba facturus, utriusque definitionem ingreditur.
Ceterum quia et fortunae et casus duplex definitio
assignari potest, una secundum comunem et uulgarem hominum
sententiam. Alia uero secundum philosophorum sententiam, capp. et una
et altera in medium afferri debet, porro secundum uulgarem
hominum sententiam, fortuna et casus nihil aliud esse
dicuntur quam inopinatus rei euentus, praeter hominis
opinionem occurrens, ut si quis in fossam cadat et in-
ter cadendum tesaurum inueniat, non intenta auri inuentio
fortuna uel casus appellatur, et si bonus fuerit rei euentus
bona fortuna nuncupatur, sin uero malus mala
fortuna dicitur, quamobrem secundum uulgarem sententiam for-
tuna et casus potius in genere effectuum, quam in genere
causae reponi debet. Ceterum Arist. uulgarem homin.
sententiam non probans serio magis et ueriorem fortunae et
casus naturam definitionemque excogitauit, in inueniendam
uero et indagandam utriusque naturam et definitionem primum
Arist. nonnullas proponit diuisiones, quarum prima
ea est, quod omnia quae fiunt in triplici ordine sunt

G. Excellentissimi Archang. in 2m Physic.

Alia fiunt ut semper, Alia ut frequenter,
Alia uero ut per raro. Primi ordinis sunt, sicuti
motus stellarum et cursus solis ab Oriente ad Occi-
dentem, in secundo ordine sunt sicuti perfecti hominis
generatio, in 3° ordine sunt monstra, q in eo or-
dine sunt que per raro fiunt. Secunda diuisio
ea est q eorum q fiunt Alie sunt propter finem et alie
non, in quo ordine sunt, sicut solem generare, hominemque
inambulare et similia, -n- uero homo generat ob
sui propagationem et speciei conseruationem generatim non
ob aliam causam pater filium generat nisi ut in filio perpe-
tuetur, que uero propter finem non fiunt sunt monstra et
interitus et mala, hec n. neque ob finem neque ali-
cuius gratia fiunt. Tertia diuisio ea est q ea que
fiunt propter finem alia fiunt ratione et intellectu Alia
uero Natura, accipitur hoc in loco natura ab Arist.
pro omni forma substantiali contra distincta ab in-
tellectu siue sit anima ut sensitiua et uegetabilis siue
non sit anima ut forma corporum inanimorum ut Me-
tallorum. Ultima diuisio est ex parte Causarum
Nam Causae Alie sunt per se Alie ex Accidenti
his allatis diuisionibus Philosophus fortunae definitionem
ita constituit Fortuna est causa ex accidenti in
his que agunt ratione et intellectu respectu eorum
que per raro eueniunt preter agentis intentionem.

dr ab Arist. fortuna causa contra vulgarem sententiam secundum quam fortuna effectus dicitur, dicitur autem causa non per se ita ut per se intendat effectum aliquem, et sit vera et immediata causa alicuius effectus, sed dicitur esse causa ex accidenti, sed quoniam causa ex accidenti in duplici differentia est, Alia enim est quae nil confert ad effectum sicuti Musicus et albus in aedificatore dicuntur causae domus ex Accidenti nil conferentes ad aedificium domus, sed solum causae dicuntur ex accidenti quoniam solum accidunt in simul aedificatori qui est causa per se. Aliae vero sunt causae ex Accidenti conferentes ad Effectum sicuti Polycletus qui aedificator est ut antea docuit Arist: cap: de Causis est causa statuae ex Accidenti, tamen aliquid conferens ad statuam, quoniam Polycletus aliquid agit. sicuti etiam Socrates Medicus ex accidenti est causa sanationis aliquid conferens sanitati, et licet non agat neque sanet in quantum Socrates sed in quantum Medicus tamen Socrates aliquid agit, proinde dicit Arist: est causa ex Accidenti de numero tamen causarum quae aliquid conferunt ad Effectum. Reducitur autem fortuna ad genus causae Efficientis ita ut sit sensus Fortuna est causa Efficiens ex accidenti agens aliquid vel conferens ad ipsum effectum, sed ut res ista

magis conspicua fiat, sciendum est quod cum fortuna
ex eodem Arist. duo in loco re ipsa non distinguan-
tur ab intellectu et voluntate. intellectus respe-
ctu effectus per se intenti et instituti dicitur causa
per se et ratio appellatur, respectu vero effectus
per se non intenti, idem intellectus appellatur
fortuna et dicitur causa ex accidenti, ut exemplo
si quis instituat vineam supplantare, et inter
effodiendum terram vitemque supplantandam, thesau-
rum adinveniat, quem non intendit, intellectus
Socratisque voluntas, respectu vitis supplantandae
quae est effectus per se intentus dicitur ratio et cau-
sa per se, respectu vero inventionis thesauri
quem non intendit, intellectus Socratis appellatur
fortuna, et respectu inventionis thesauri, dicitur causa
ex accidenti, quatenus effectum illum quoquomodo pro-
ducit quem non intendit, et respectu effectus non in
tenti qui bonus est, ratio vel intellectus Socrates ap-
pellatur bona fortuna, respectu vero ~~vite~~ effectus
~~vini~~ qui malus est, ut si in supplantanda vinea
serpentem adinveniat dicitur mala fortuna, quam
obrem bona vel mala fortuna, non dicitur bonus vel
malus effectus ut putat vulgaris opinio, sed bona
vel mala fortuna dicitur voluntas hominis agens respe-
ctu boni vel mali effectus per se non intenti

et hunc in modum intelligit Arist. cum negat For-
tunam esse causam efficientem ex accidenti, non distincta
realiter ab intellectu et ratione, ut declaratum est. Lectio XIIII
Ut tota fortunae definitio absolvatur, caeterae particulae quae
in hac definitione ponuntur considerandae sunt, quoniam fortuna
ut antea decretum fuit reipsa a ratione et intellectu minime
disiungitur. cap. 5 hic adiecit fortunam esse causam ex ac-
cidenti in his quae agunt consilio et ratione, nam is qui ratione
intellectuque operatur propter aliquem finem et inter agendum
aliquid sibi praeter eius consilium et institutum occurrit, respectu
illius effectus non intenti agens ipsum vel ipsa ratio fortuna
nuncupatur, ex qua definitionis particula nonnulla eli-
ciuntur primum est, quod idem dicitur esse suae fortunae faber atque
minister, bonaeque et malae fortunae dici potest, dum enim aliquid
operatur et velut causa est alicuius effectus qui intentus
non est, qui vel bonus vel malus est, idem dicitur esse causa
suae fortunae vel bonae vel malae. hinc est quod aliqui a sa-
pientibus dictum est, idem suae fortunae fabrum et effecto-
rem esse. Secundum quod ab Arist. colligitur illud est For-
tunam duntaxat reperiri in his quae ratione utuntur et
operantur, quo fit, ut in pueris, in stultis fortuna mini-
me reperiatur, nam licet hi ratione et mente praediti sint,
cum sint homines et rationales, tamen ratione et consilio non
agunt, propterea quoque ab Arist. scriptum fuit in libris de
ortu animalium intellectum in pueris et in infantibus esse
persimilem animae belluarum, quoniam sicuti in belluis ipsis eorum
anima neque ratiocinatur neque discurrit, ita in pueris mens

et intellectus absque discursu diis corporis compagibus
quasi sepulta iacet, minus inquit Arist. in brutis animan:
tibus reperitur, cum discursu et consilio non operetur:
multo minus fortuna in corporibus inanimatis reperitur:
quo fit ut neque infantes neque animantia bruta neque ina:
nima corpora fortunata dici possint, et licet inquit Arist.
lapides illos fortunatos appellemus in quibus sacrifi:
cia celebrantur contra infortunatos illos qui pedibus
conculcantur secundum quandam Metaphoram et similitudi:
nem inquit id intelligendum est, quamobrem solus homo
inter omnia quae sub diuque celi ambitu continentur fortu:
natus dicitur et est, quoniam solus discursu et ratione operatur
et quoniam quae fortuna obtingunt, neque semper neque ut
in pluribus sed per raro eueniunt, propterea Arist. eam
particulam quoque adiecit, fortunam respectu eorum esse
quae per raro eueniunt, verum quia ea quae per
raro eueniunt duobus modis se se habere possunt
aut enim secundum agentis institutum eueniunt aut praeter eius
intentionem, ea uero quae per raro eueniunt secundum a:
gentis institutum a fortuna esse minime dicuntur,
quoniam si quis vineam supplantaret et in hoc munere
obeundo intenderet thesaurum adinuenire, hunc
uero quoque adinueniret, inuentio thesauri, quamuis
rarissime occurreret non propterea a fortuna fieri di:
cendum esset, quoniam ex agentis consilio et instituto

contingit, ea uero que per raro contingunt sed
preter intentionem agentis huiusmodi a fortuna euenire
dicuntur. idcirco Arist. ulto loco dans particulam
adiecit dicens que preter intentionem agentis contingit
quo fit ut in diuinis corporibus fortuna aut aliquid
quod fortuito fiat minime reperitur, cum que in iis nihil
quicquam contingat, preter illarum diuinarum mentium
que illorum motrices sunt institutum atque intentionem
quamobrem integra fortunae definitio ea est Fortu:
na causa est efficiens ex Accidenti in his que consi:
lio et ratione agunt respectu eorum, que per raro et
agentis intentione eueniunt. qua fortunae definiti:
one explicata perpendet Arist. nam et definitio:
nem casus, cuius sane nam et definitio in uno tantum
disiungi differreque a fortuna uidetur, nam et casus causa
est Efficiens ex Accidenti respectu eorum que raro et
preter intentionem eueniunt, distinguitur autem a fortuna
in hoc quod fortuna in agentibus ratione adinuenitur, nec re
ipsa ab intellectu distinguitur; sed casus in his omnibus
reperitur que intellectu non agunt atque discursu.
casusue reipsa a natura non distinguitur, accipis
nunc nam pro omni forma que inferior est ad in:
tellectum sine sit animalis sine non anima, que res huiusmodi
sit illustrari exemplo: nam si Natura que in semine reperitur
instituerit perfectum absolutumque animal procreare

et inter agendum lacessita impeditaque fuerit ita ut coacta sit praeter eius institutum monstrum generare ipsamet natura, licet respectu Effectus per se intenti ut potentiae perfecti hominis natura dicatur et causa et per se, respectu ipsius monstri, quod ab ipsa minime intentum est, dicitur casus et causa ex accidente. Similiter dum ex sublimiori loco inferne cadit lapis et inter cadendum inambulantem Socratem interficiat forma lapidis cadentis quae naturalis est, respectu motus deorsum ipsius lapidis quem intendit, naturaliter dicitur et causa per se: sed respectu interfectionis Socratis quam non intendit natura illa movens lapidem dicitur casus et causa ex Accidenti, quia sibi accidit inter movendum lapidem, inambulantem Socratem interficere, quo fit, ut fortuna nihil aliud sit quam intellectus et ratio, dum discursu et ratiocinatione utitur; Casus vero rectatur idem est quod natura id est omnis forma quae discursus et consilii expers est, et ex hoc prima colligitur differentia inter Casum et fortunam, quia fortuna est forma rationalis utens, Casus vero nequaquam. Differunt secundo inquit Arist. secundum maius et minus comune, quia fortuna casus dici potest sed casus fortuna minime dicitur. Cum autem ex Arist. decreto in Postpraedictis, illud dicatur esse univer

salis et communis, a quo non convertitur conse-
quentia, nam consequentie dicitur est homo ergo est animal
sed non reciprocatur, est animal ergo homo, et specie
animal communius universaliusque homine dicitur. Cum
itaque consequentia non convertatur, neque conversio
fieri possit a casu ad fortunam, igitur casus est commu-
nior et latior fortuna: et proinde secundum magis
et minus commune inter se distinguuntur. Integra
autem Casus definitio ea est. Casus est causa Effi-
ciens ex accidenti in non agentibus consilio et
discursu, sicuti sunt pueri, non sanae mentis homines
animalia bruta, corporaque inanima, respectu eorum
quae per raro eveniunt, praeter agentis intentionem
et institutum. Et quoniam Regula est quod rerum propri-
etates in causam per se referri debent, et cum
quaeritur propter quid res aliqua sit, non causa ex accidenti
sed causa per se afferri debet. proinde cum Casus
et fortuna non sint Causae per se, sed veluti ex
eventu vel ex accidenti, proinde Aristoteles concludit
Effectus Naturales in casum et fortunam minime referri
debere, cum ab his per se minime oriantur, sed effectus
Naturales sicuti ex materia, forma efficiente causa, et fine,
per se dependent: una absoluta rerum Naturalium cogni-
tio ex his quatuor Causis dependet, et propterea quidre Effectum
cum Naturalium ni detur quatuor Causarum genera referri debet

Lectio XV. Cum de fortuna et casu iam satis Arist. pertractasset

statuissetque causas esse per Accidens, ac proinde neque effectus

naturales neque ipsorum cognitionem ad fortunam et casum mi-

nime referri debere, cum rerum cognitio ad Causas per

Accidens minime referri debeat, idcirco textibus a Cont.

70 usque ad 75. ostendit quod sicut res naturales perse dependent

ex illis quatuor causis superius dinumeratis, ita absoluta earum

cognitio ex cognitione illarum causarum dependeat, quo fit ut

quatuor illae causae a naturali Philosopho cognosci et exacte tractari

debeant. Idcirco inquit cum quatuor Causae sint de omnibus

interest Physici pertractare et ad omnes proprietatem Naturalium

propter quid referre debet. Cum enim quaeritur ex quo fit domo

cuiusque problematibus materia assignari debet, cum etiam enim quaeritur

a quo fit domo debet Efficiens assignari et cum quaeritur quid

sit domo eius forma explicari debet, cum tandem quaeritur

propter quid causa finalis afferri debet. Ex quo loco il-

lud elicitur ad Physicum Naturalem spectare omnia Causarum genera con-

templari, cuius conclusionis duplex ratio assignari potest.

Prima ex Averroe deducitur hoc pacto, Ubi reperitur materia

» ibi omnes causae necessario reperiuntur, nam ubi materia est, illic

» quoque formam adesse oportet, cum materia absque forma consi-

» stere minime possit, ubi autem forma reperitur, ibi etiam

» Agens est, quoniam cum forma per se ipsa non possit in actum

» erumpere nec seipsam generare, quia nihil seipsum generat

» ideo indiget Efficiente et generante a quo producatur

itaque ubi forma ibi Agens est. Et quoniam Agens

non temere nec fortuito sed propter finem agit, Ergo ubi reperitur Agens, ibi quoque finem reperiri oportet. quam obrem si ubi materia est ibi forma, et ubi haec ibi quoque Agens, et ubi hoc ibi finis est, igitur ubi materia illic omnes causae adsunt. quamobrem cum Physicus Naturalis consideret materiam debet quoque considerare formam a qua materia dependet quo ad existentiam et cum formam consideret, quae ab Agente dependet, Agens quoque contemplari debet, et cum Agens a fine dependeat, ideo si contemplatur Agens finem quoque contemplari debet, et ob id conclu: dit quem Naturalem scientiam omnia causarum genera contemplari. Secunda vero ea est quia cum scientia Naturalis explicet decla: retve res ipsas naturales quarum cognitio perfecta et absoluta cum ex omnium Causarum cognitione dependeat, perfecto Na: turalis scientia omnes causas cognoscere et contemplari debet et licet et Logicus et Metaphysicus quatuor cau: sarum genera tractant, diverso illa tractant considerandi modo, Metaphysicus enim causas considerat ut causae sunt et principia substantiae ut substantia est. Logicus vero causas ipsas considerat, ut sunt media demonstrationum, Nam cum Logicus sit artifex qui instrumenta et modum de: monstrationem molitur, demonstratio vero ex causis astruatur, ideo tenetur Logicus causas ipsas cognoscere ut sunt principia ex quibus assumitur demonstratio. Naturalis vero causas tractat, ut sunt principia substantiae Naturalis ut naturalis est, scilicet quatuor Causae sint quoque tamen [illegible]

Arist: id contingit ut tres causae in unã naturã co:
inciderant, hoc est q idem subiectũ possit rõne causae
Efficientis. formalis. et finalis, ut idẽ possit esse
Efficiens et forma et finis, q aperte alibi declara:
uit Arist: 2 de Aia Cont. 37. ubi inqt q Anima
uiuentis corporis causa est, in triplici gñe causae
Efficientis. formalis et finalis, dr. n. esse forma
put dat esse constituitq corpus ipsũ formandũ
gradum uiuentis, nam cum forma sit q q est rei
ideo aia put dat esse forma est, dr aut Causa
Efficiens non quidem corporis uiuentis, qm non aia
sed genitor et parens est cã Efficiens alterius hois
sed aia inqt Arist: est Efficiens respectu functionũ
quae in uiuente corpore celebrantur, dr etiam esse
causa ut finis respectu corporis uiuentis, qm anima
ipsa e cuius gratia factum est corpus uiuens, diuer:
sis partibus insignitum atq cõditum, nã cũ Anima
diuersas habeat operões, q per eandẽ corporis
partem expleri non possunt, sed q diuersas, ut au:
dire q aure et uidere q oculũ, opus fuit corpus
uiuens a nã diuersis partibus insigniri, quibus diuersae
illae functiones absolui possent, quamobrem cũ unũ
et idem triplicis cãe gñe fungi possit, iure hoc in
loco docet Arist: q tres Causae in unũ coincidere
possunt, materia uero cum nulla alia causa con
uenire pt, non. n. conuenire pt cum agente

qm̃ cum agens sit principium agendi, mtã uero sit mu:
nus pati et non agere, proinde mtã cum agente coinci:
dere non ualet: neq cum forma aut cum fine coinci:
dere pt, quia forma ē Actus, et mtã potentia,
Actus aut potentia esse neqt. Neq cum fine qm̃ mtã
non est id cuius grã alia fiant, Sic ō intur conuel:
gata illa ppositio, Mtã et Efficiens in vnum coin:
cidere non possunt. Hinc quoq illud à uobis colligi
debet, q forma et finis reatr non distinguuntur
sed solum rõne et modo. nam forma q̃ dat esse cor:
pori nãli; finis est cuius grã gnãns agit, non .n. ob
aliam causam gnãns agit, nisi vt ipsam formam
pducat, sed inter se distinguuntur causalitate et
modo. namq dr forma et est cã vt forma cum
actu est, dr aut causa ut finis cum actu non est,
sed est potentia vt fiat, dr et forma cum iam actu
in mtã recepta est, eadem forma dr finis cum ad:
huc in mtã nõ existit neq genita, q sanitatis exõ
facile illustrari pt. Enimuero eadē sanitas forma
est corpis sani et finis, dr .n. forma cum iam actu
est à Medico introducta et ingenita, dr aut
finis ppter quam Medicus agit, qm̃ sanitas non ē sed
fieri pt, cum .n. iam actu à Medico pducta est
in actum, non amplius finis est, qm̃ iam actu
exõnte omnis Medici operõ cessat.

quamobrem forma et finis penes alterutrum et Essentiam in materia distinguuntur. Hinc et illud colligite quod Causalitas finis differt à Causalitate aliarum trium Causarum, nam materia, forma, et Agens, omnes sunt causae ut actu existunt. Solus finis causa est quatenus actu non existit sed potentiae est, quoniam sub hac ratione agens mouet ad operandum. Sed quoniam agentia et mouentia in duplici ordine sunt. Aliae sunt quae cum mouent, mouentur: et mouentia Naturalia nuncupantur. Alia uero sunt Mouentia immobilia in dubium facile uerti posset, An haec duo mouentium genera, à Naturali Philosopho considerentur, idcirco huic Quaestioni dubitationi occurrens inquit, A Naturali Philosopho solum ea mouentia considerari quae mouent et mouentur siue sint mortalia siue sint aeterna, uti sunt caelestia corpora, mouentia uero immobilia, ut DEUS Optimus et caeterae diuinae mentes, quae mouent et non mouentur à naturali Philosopho non considerantur, sed eorum tractatio ad Metaphysicam spectat. Ex quo loco peruulgata illa arripitur propositio, Mouentia quae in mouendo non mouentur, à Naturali Philosopho non considerantur quae sane propositio sano modo intelligenda est, intelligitur scilicet mouentia immobilia à naturali Philosopho non considerari, quoad propriam eorum quidditatem et essentiam ut alias dixi, sed id genus

mouentia immobilia, quae Naturali Philosophio tractari possunt
et quo ad esse et sub ratione mouentis, hoc est, quod
in rerum natura reperiantur et quod sint principia
motus aeterni. Lectio XVI.

De Causis nec non de Casu et fortuna tractatione ab Arist.
iam explicata et absoluta. In hoc penultimo 2 lib. Capitulo
Arist. demonstrare aggreditur sui Theorematis ueritatem, quod
s. Omne Agens propter finem agat et operetur. Cuius instituti
et intentionis Causa ea est, quia cum superius Arist. inter
causas finem quoque dinumerasset ipsumque esse id cuius
gratia caetera fiunt ac proinde tacite statuisset, naturam et agens
agere propter finem, quae sententia apud priscos Sapientes recepta non
erat, idcirco ut sententiam suam ueritati magis consentane-
am esse ostenderet, probare decreuit, naturam agere propter finem,
et ex consequenti finem inter causas iure relatum esse,
illudque fore cuius gratia caetera fiunt. Qua in re tractanda
reffert primo Veterum Sapientum opinionem mox illam ut
falsam reffellit, suamque opinionem ponit. Arbitrati fuerunt
prisci Sapientes ea quae a natura fiunt propter finem aliquem
minime fieri et produci, sed ea ex materiae necessitate et
dispositione perficisci quod tum in arte factis tum in Naturalibus
ostendebant. Nam si in construenda domo inferne ponantur
lapides, superne ponantur ligna id ab arte non fit
propter aliquem finem, sed ita postulante materia ut lignis et la-
pidibus ex quibus ipsa construitur domus. idipsum in Na-
turalibus etiam persuadebat. Si n. in uniuerso oritur
pluuia, id non fit propter aliquem finem, ut si in crescant

fruges aut oriantur, sed oritur pluuia ex materiae ne-
cessitate. Nam a calore Solis, ab aqua, uel ab
humefacta terra eleuatis uaporibus ipsisque ad mediam
aëris plagam ascendentibus, et a frigiditate illius par
tis concretis et condensatis, post conuersionem ipsorum
in nubes oritur pluuia. In Animalibus quin etiam age-
bant si dentes reperiantur quorum alij sunt acutiores, alij
uero sunt latiores, id a natura propter aliquem finem factum
non est, sed ex materiae necessitate, nam in his dentibus
in quibus magis exuberat materia latiores facti sunt,
in his uero in quibus minus materia exuberat acutus
reperitur. Quaecumque igitur ex Veterum decreto a
Natura fiunt non propter aliquem finem fiunt, sed ex materiae
necessitate et dispositione proueniunt. quam sententiam
Arist: grauibus rationibus reijcit et refellit. Quarum prima
ea est. Ea quae a Natura promanant, aut fortuito fiunt
aut propter aliquem finem fiunt, Primum quidem dici nequit
quoniam quae uel ut semper uel ut in plurimis fiunt, a for-
tuna uel casu minime fiunt, quoniam ut antea decretum
fuit, quae casu et fortuna fiunt contrario eueniunt. At
quae a natura fiunt uel ut semper, uel ut frequenter fiunt
igitur non fortuito fiunt, igitur propter aliquem finem et ali-
cuius gratia eta fieri dicendum est. Secundo Arist. ita per-
suadet, sicut se habet in Arte ita et in Natura, quoniam
Ars naturam ipsam emulatur in quantum potest et

interdum ars Naturae opera perficit atque absoluit. Jam uero Ars non temere sed propter finem agit et operatur. Igitur et naturam propter finem agere et operari statuere oportet. Tandem Philosophus rem itam Concludit atque ostendit Animalia quae per Naturam agunt, sicuti sunt formicae, Araneae et hirundines, propter finem agunt et operantur. Enimuero formica quae mirabile est per aestatem colligit grana, eademque in cauernas recondit ut sese per futuram hyemem tueri et conseruari possit. tellas condunt Araneae propter aliquem finem, ut sit uelud quoddam rete quo parua quaedam animalia ueluti irretire et illaqueari possit, quibus sese nutriant et alant. Similiter hirundines nidos molliuntur ut quietae possint requiescere, ibique natos parere, et eosdem nutrire. Sed cum ista animalia quae per Naturam agant, igitur natura de qua maior dubitatio esse uidetur propter finem aliquem agit. Verum quia huiusmodi animalia iam relata, quaedam opera exercere uidentur quae et consilio et discursu fieri uidentur usque adeo mirabilia sunt, ea propter Philosophus inquit iure nonnullos addubitasse An huiusmodi animalia consilio et ratione agant quis enim est qui certe non suspicetur formicam praestare frumentum colligere, illudque penetralibus terrae recondere ut sese a futurae hyemis iniuria se defendere possit. Caeterum inquit Aristoteles licet huiusmodi opera in dictis animalibus

aut consilium aut rationem participare videantur, non
tamen aut consilio aut discursu fiunt sed naturaliter hoc
proveniunt in his animalibus hoc opere ex instinctu
quodam naturali, insitum enim a Deo optimo Maximo rerum
omnium Autore, quibuslibet rebus ut in proprium finem
propriamque dirigantur perfectionem, Insitus certe
est Elementis inanimibus rebus naturalis quidam instinctus
ut in propria ferantur loca ibique requiescant, Insitus
est stirpibus et plantis naturalis quidam instinctus,
ut ex tellure radicibus nutrimentum alliciant
ut sese conservent, ita brutis animantibus quoque quidam
instinctus ut sese conservent debitaque media dispo-
nant, quibus proprium finem consequi valeant qui
sane naturalis instinctus ab Arist. in prohemio Metaph.
Prudentia naturalis appellatur. Nam in duplici ordine
prudentia reperitur, Alia enim est rationalis, quae ex Arist.
in 6 de Moribus est recta ratio agibilium quae fit ex
memoria praeteritorum, et haec rationalis appellatur, quia
deliberatione atque consilio efficitur, quae hominis propria
et peculiaris est. Alia vero dicitur prudentia naturalis
quae non fit aut ex cognitione futurorum, aut ex me-
moria praeteritorum, sicuti est prudentia, quae in his
animalibus praedictis reperitur. Non enim fortiori quae

colligit grana ppter hyemem ipsam hyemem cognoscit,
neque fit huiusmodi prudentia ex memoria preteritorum
tum quia formica memoriam preteritorum non habet,
tum quia et formica quae aestatem genita, quae nunquam
preteritam hyemem vidit, adhuc frumentum congregat
et in cavernas recondit, sed hoc dicitur prudentia naturalis,
quoniam natura ipsam veluti ducem insequitur, quod in ope-
rando non servabant ea ratione ipsa ingredi videtur, nam sicuti
ratio ex rebus preteritis, scit rebus futuris providere,
sic et natura quae ut quinque ut dixit Galenus non est ignara,
docet rebus et futuris providere, etiamsi ea non
cognoscantur, quamobrem huiusmodi animalia ex quadam
scientia per naturam hoc est ex naturali instinctu istha opera
experiuntur, non autem ratione aut consilio.
quam veritatem voluit ille Averr. ratione confir-
mare, Quarum prima ea est quod aut ratione aut
Consilio molimur in principio rudiora sunt, temporibus
autem tractu perfectiora fiunt, sicuti ars Medendi
et ceterae artes, quae non agunt sunt perfectae in prin-
cipio, medio, et fine, sed opera istorum animantium
ita perfecta sunt in principio sicut in fine. Ita enim
Aranea hirundinesque absolutum faciunt opus in
principio cum longo temporis intervallo eadem opera
moliuntur et non rudius in principio perfectius
aut in fine, Igitur isthaec animantia non consilio et ratione

sed nã operari dicuntur. Accedit ad hoc q oa opera que rone et consilio fiunt, no oibus individuis eiusdem speciei conueniunt, nec aeque pfecte. Vnumquodque art Medendi, q rone et consilio fit no omnibus hominib. coit, et si conueniret non aeque perfecte omnibus coit, qm no omnes homines q medendi artem pfitentur, aeque perfecte ipsam callent, sed quidam rudis quidam uero excellentes. Sed opera istorum aiantium omnibus eiusdem speciei individuis conueniunt, et aeque perfecte, omnes nim formice colligunt grana et aeque perfecte, cunctus araneis coit condere telam et aeque pfecte addit ut uniformiter et eodem mo, quos non sunt opera artis aut consilij, qm que consilio fiunt ab hominib no uniformiter et eodem mo fiunt. Quamobrem ex his Concludendum est, ista animalia rone aut consilio non operari, sed quodam nãe instinctu, nec ppterea dicendus est arte quadam haec aialia operari nisi scdm similitudinem quatenus nã in his animalibus ad instar artis operatur.

Lectio XXVIJ.

Nam quia ppter finem agere et operari aduersus Veteres plurib. ronib. ab Arist. conclusum fuit, sed qm sua sententia duas contra se uidebantur habere difficultates. Verum eo Arist. illas psoluere dijudicauit, ut ab oi ambiguitate

ipsius iustitia vindicaretur, habebat primo contra se instantiam hanc. In Natura quoque monstra contingunt et oriuntur, quae Naturae peccata dicuntur, et praeter naturae consilium eveniunt, igitur natura propter finem non agit, quoniam quoque natura agit et non propter aliquem finem, sicuti contingit in generatione monstri. Altera instantia natura inter operandum non deliberat neque ratiocinatur, cum natura sit veluti bruta et rationis et consilij expers. Igitur natura propter finem non agit, quoniam quae propter finem agunt, consulere et ratiocinari videntur. Utrique Aristoteles occurrens dubitationi Primam sic resolvit, quod tametsi natura quoque oriantur monstra, quae praeter naturae intentionem eveniunt non propterea hoc consequitur naturam propter finem non operari nam sicuti in artibus contingit, quoque oriuntur peccata et errores, quoniam quoque aberrat Medicus in operando et dum instituit sanitatem introducere, in operando claudicat mortem inducit, praeter eius intentionem, Pariter et Grammaticus instituit congruenter scribere tamen in scribendo quoque aberrat, praeter eius intentionem nec proinde sequitur quia in artibus contingunt errores et peccata, artes non agere et operari propter finem. quamobrem ista duo simul consistere valent, Agens propter finem operari et tamen praeter eius consilium et institutum aliquid evenire sicuti et in artibus et in Natura contingit. Ceterum quia ab Aristoteles monstra naturae peccata dicuntur et praeter naturae consilium evenire

non alienum ab hoc loco esse videtur, Ex quibus Causis Monstra oriantur explicare. porro Natura in generatione ipsa perfectum et absolutum animal procreare intendit, et non lacessita neque impedita finem suum consequitur, sed si forte fortuna eveniat, quod ipsa fuerit laesa et impedita cogitur monstrum et imperfectum animal generare, ut potest vel cum duobus capitibus vel cum sex digitis, interdumque cum mutilatis membris cum quatuor digitis, interdum vero leprosum hominem, imberbemque producit, quae ex multis Causis provenire possunt. Nam cum Natura hominem ipsum ex semine velut ex subiecta materia generet, ex semine ipso laedi et impediri potest. Semen autem naturae impedimento esse potest vel ex abundantia vel ex deffectu. Nam si quandoque plus abundet seminis copia quam par sit, ex huius exuberantia cogitur natura hominem procreare aut cum sex digitis, aut cum capite quod maioris sit magnitudinis quam homini conveniat. Si vero non ea adsit seminis quantitas quae pro generatione hominis est opportuna, propter deffectum seminis, cogitur natura hominem procreare cum quatuor digitis, Aut cum membris nimis gracilibus et homini non convenientibus. Interdum vero Natura geminata et copulata corpora producit, quae et duo capita et quatuor crura habere videantur sicuti quandoque visum est, quod non contingit ob aliam causam, nisi

cum contigerit mulierem in utero duos foetus con:
cepisse, in quo si contigerit foetus simul uniri et
inter se coniungi, inter se propter membrorum mollitiem
utrique adeo agglutinantur et uniuntur, ut cum
prius essent diuisi ex illis unum corpus efformetur
cum duobus capitibus et quatuor cruribus. Si uero con:
tigerit semen mala aliqua qualitate affectum esse
ut pote tempore coitus mulieris cum uiro, menstruum
cum semine commisceri quod malam habet qualitatem et
uenenosam, ex mala seminis qualitate et temperatura
contingit leprosum et male affectum hominem procreare.
Sicuti et plerumque uidemus ex semine parentis lue
gallica affecti infantem gallico morbo laborantem et
male affectum generari. Si etiam contingat semen
exuberanti quadam calliditate affectum esse, ex fer:
uente illo semine mulieres quoque oriuntur viriles et
quae postea barbatae sunt. Et e contra si semen
frigidiore quodam temperamento affectum fuerit,
ex ipso frigidiores homines et imberbes oriuntur,
Sicuti interdum uidemus homines neque temporis spatio barbam
emittere. Ex ui seminis quoque imaginatione monstra
oriri possunt, nam ut inquit Albertus Magnus ex forti
mulieris imaginatione, mulier infantem peperit
cum arietis capite quod diuersis coloribus affectum fuerit.
Legitur etiam cum in cubiculo nobilis mulieris figura
Aethiopis reperiretur eo tempore quo mulier cum uiro

conciberit, ex intensa illius figurae imaginatione
quam appetebat infantem Aethiopem peperisse.
Nec ignorant Medici, quam maximam vim habeat
imaginatio, animique accidentia ad alterandum corpora
nostra, et non immerito, inter sex illas res Non
Naturales, Animi Accidentia collocarunt. et haec
Causae sunt ex quibus monstra oriuntur, quae cum praeter
naturae consilium eveniant, iure ab Arist. naturae peccata
appellantur. Sed illud in quaestionem forsitan venire
posset. An homo monstruosus, et non monstruosus
sint eiusdem speciei. Cui dubitationi dicendum est.
Monstruosum hominem cum homine perfecto et non
monstruoso eiusdem esse speciei, et inter se solum
dispositione, et differentia quadam accidentaria distingui
vel secundum numerum, vel secundum magnitudinem.
quoniam monstruosus homo, veluti morbo quodam peccare
videtur vel in numero membrorum, quia vel habet
sex vel quatuor digitos, vel in Magnitudine deficit,
ut si plus iusto quam homini conveniat caput
habeat. Quamobrem solum differt accidente
et membrorum dispositione. Etenim Assertio
haec huiusmodi instantiam contra se habere videtur
quoniam si haec duo sint eiusdem speciei, igitur una et
eadem species erit a Casu et a natura. quod falsum esse
videtur quia cum Monstrum sit praeter intentionem naturae

G Excellens Arcang in 2 Physic.

homo uero perfectus secundum naturae intentionem sic sunt
eiusdem speciei, igitur una et eadem species erit et
praeter intentionem et secundum Naturae intentionem
quod certe ueritati non consentit. Solvitur haec instan:
tia, quod ista duo eiusdem sunt speciei, sed unum per se
fit a Natura, ut homo perfectus, quoniam per se Natura
intentus est. Alterum uero ut monstrum fit ex acci:
denti, quoniam Monstrum a Natura non intenditur, et si fit
id contingit ex Accidenti propter Causas Assignatas.
illa uero propositio quae allata fuit, quod tunc una et ea:
dem species esset Casu et Natura conceditur, sed cum hac li:
mitatione quod non per se una et eadem species sit esse
et casu et natura, sed ex Accidenti utique fieri ut
eadem species sit a natura et casu, id est quod aliqua
Individua per se fiant a Natura, aliqua uero in
diuidua eiusdem speciei ex accidenti generentur,
sicuti monstra. Et haec de prima dubitatione ab Arist.
mota. qua sic explicata Soluit Arist. Secundam
inquiens, quod licet Natura non deliberet aut ratiocinetur
non propter hoc sequitur ipsam non agere propter finem, quoniam
in artibus etiam contingit, non deliberare aut ratiocinari
et tamen in artibus agens agit propter finem. Enimuero
peritus Cytharedus inquit Arist. dum pulsandum Cy:
tharam, non deliberat neque discurrit, et tamen propter fi:
nem agit, quamobrem non deliberare neque ratiocinari

H Excel. Dusang. in 2 lib: Physicor.

non tollit veritatē huius dogmatis, quin Natura propter finē agat. Quamobrē ab omni difficultate libera manet veritas huius propositionis quam Arist. demonstravit. Nā si Natura agentium propter finē est, alicuius gratia agit et operatur. Ex qua Conclusione Consequitur et altera videlicet finem inter genera Causarū necessario dinumerandum esse.

Lectio XVIII.

Veritate duius propositionis ab Arist. iam satis firmata videlicet Naturam ipsam propter finem agere et operari, ut ista propositio ab omni ambiguitate liberetur, veterum Philosophorum obiectis occurrere oportet, quibus propositionem istam labefactari conabantur. Probabant enim primo Naturam propter finem non agere, sed quidcunque in Natura oritur ea ex materiae necessitate oriri, quoniam pluviam quae a Natura efficitur propter aliquem finem non fit sed ex materiae necessitate, videlicet ex vaporibus ad mediam aeris regionem elevatis ibique concretis et tandem in pluviam conversatis. Solvitur hoc obiectum quoniam licet pluvia ex vaporibus veluti ex materia oriatur non tamen ipsius generatio ad solam materiae necessitatem arreptam referri debet, sed etiam ad finem, quoniam ipsa a Natura efficitur et propter huius mundi inferiorum conservationem, et propter Elementorum qualitatem. Pariter secundo diluitur obiectio Nam cum dicebant in Animalibus dentes oriri alios quidem latos, alios Acutos ex materiae necessitate dicimus in animalibus dentes alios quidem ut maxillares latos esse, anteriores autem acutiores non ratione materiae, quamvis ad id efficiendum materia necessaria sit, sed a natura hoc diversitate effectos esse

in ministeriorum et usum cibariorum alimenti, nam cum in animalibus quae dentibus praeditae sunt alimentum in ore aliquo pacto debeat praeparari, quo facilius in ventriculo a calore innato digeri et concoqui possit, opus erat ut alimentum et manderetur et contereretur. sed quoniam incisio fieri non potest nisi acumine dentes praediti sint, attritio vero eiusdem alimenti fieri nequit nisi ex latioribus dentibus, cum propter utrumque propter cibariorum praeparationem expleri posse necessarium fuit, hoc duplex dentium genus, a natura moliri, quorum alij essent acutiores ad incidendum, alij vero latiores ad conterendum, quod sane Arist: ipse edocuit 2 de partib: Anial: dicens tametsi masticatio illa quae in ore conficitur concoctio non sit, tamen quaedam alimenti praeparatio est ad ipsam coctionem, quo facilius calor innatus dum sese exercet circa alimenti concoctionem facilius sese expediat, quo fit inquit Arist: ut quo melius in ore conteritur cibus, eo facilius in ventriculo digeratur et concoquatur, quamobrem ista tametsi non sine materia fiant, propter finem tamen et alicuius gratia fiunt. Verum quia in rerum universitate aliqua necessario fiunt, dubium autem est an ea ita fiant ex materiae dispositione et necessitate, aut potius ita fiant ex necessitate finis, quoniam scilicet finis ita expostulat et requirit cum propter Arist: in hoc ult.o Cap: huius lib. 2i dubitationem istam proponit eandemque persolvit, Et quoniam prisci Sapientes omnia evenire secundum materiae dispositionem et necessitatem asserebant cum propter Philosophus triplici fortissimo argumento horum sententiam refellit

[illegible]

Licdo. Ocejo.

refellit, ostenditq quaecumq pp finem a Na fiunt il-
la principaliter ex necessitate dispositioneq finis, quam neces-
sitatem ex suppositione Arist. appellat omni et gravi.
Primum Argtm illud est. Sicuti se habet in artefactis
ita se habet in Nalib, crebro n. Arist. hac similitudine utitur
inter artificiosa et Nalia, pp̄rea q ars ipsa naturam ipsam
aemulatur, pbeq ars dr pficisci cum nam ipsam imitatur,
iam uero in artibus res ita sese habet, q quaecumq fiunt pp
finem illa non pcipue ex mtae necessitate fieri dr, sed
ex suppositione finisq necessitate, nam q serra acutiores
durioresq habeat dentes, necessitas ista non pcipue sumitur
a mta et a ferro, sed pcipue sumitur ex fine, nam cum
serra ad hoc destinata sit, ut secet ligna et lapides, se-
care autem ista haec minime posset, nisi dentes habeat et acu-
tos et solidiores, et hoc fine supposito q secare debeat ne-
cessario serra dentes habet solidos et acutos igr eodem mo-
res sese habet in Nalib, quod quaecumq pp finem fiunt
pcipue ex finis necessitate et primo ita fiunt. Enimuero
aial oculos habere necessitas ista non sumitur ex mta
sed ex fine, nam supposito q aial debeat uidere quod
est finis oculi, hinc in aiali oritur necessitas habendi ocu-
los, tametsi oculus sine mta esse non possit. Similiter q aial
caput superiore parte aialis positum sit, id non ex mtae di-
spositione a natura effectum est, qm si caput ipsum secdm
mtae dispositionem spectetur, potius inferiore aialis parte
locatum esse deberet, et pedes sursum, nam quae graviora

sunt inferne poni deberent, et quae leviora superne, cum
aut caput pedibus gravius sit, ratione igitur intus caput inferius
positum esse debet. Verum quia haec omnia a natura secundum
exigentiam finis disposita sunt, propterea caput superius, pedes
vero inferius positi fuerunt. Nam cum caput domicilium
esset ipsorum sensuum, rationi consentaneum erat superiori parte
locari. pedes vero cum ambulationi inservire deberent corpusque
universum sustinere, ex hoc fine a natura pedes inferne positi sunt,
Quamobrem et in naturalibus ipsis, quaecumque propter finem fiunt
secundum rationem finisque necessitatem praecipue fiunt. Secunda ratio
ea est ita se habet finis in naturalibus rebus, sicuti se habent prin-
cipia in disciplinis et scientiis, iam vero in scientiis ipsis defi-
nitionibusque necessitas conclusionum ex necessitate principiorum
dependet. Nam ideo Conclusio est necessaria, quoniam principia ex quibus
Conclusio pendet necessaria sunt ut exemplum. Conclusio ista
Homo est visibilis necessaria est, quia ex hoc principio necessario pen-
det, quod omne animal rationale est visibile, igitur ea in rebus
naturalibus necessitas praecipue ex fine dependet, quia ut principia
in demonstrationibus se se habent. Ex qua ratione colligitur quod sicuti in
rebus naturalibus se habent ordinata ad finem ita et Conclusio in demo-
nibus et scientiis, et sicuti se habet finis in naturalibus, ita
principia vel praemissae in demonstrationibus. Tertia et postrema
ratio huiusmodi est. Diffinitio quae per materiam datur demonstratur
per definitionem quae datur ex fine. Nam definitio irae quae per materiam
datur sicuti est. Ira est efferuescentia sanguinis circa cor, de-
monstratur per irae definitionem traditam per finem quod est ista ira

Ira est appetitus ultionis, nam non propter aliud calorem efferuescit
sanguinis in corde nisi propter appetitum ulciscendi; illa vero defini-
tio irae per materiam, hoc pacto quod definitione irae ex fine descri-
ptam ita demonstratur appetitus ulciscendi [ultionis] est feruor sanguinis
circa cor, sed ira est feruor ultionis. Ergo ira est feruor san-
guinis circa cor. Hinc Arist. hoc deducit Corollarium, ab illo prin-
cipio summitur rei necessitas per quod altera demonstratur et
concludimus, iam non definitio ex materia sumpta quod illa demon-
stratur quae ex fine definitur. Ergo necessitas materiae potius
ex fine dependet, quam e contra, hoc est, quae propter finem fiunt
ex materiae necessitate dependent. Ex dictis duo haec Theore-
mata colligit Arist. Primum est, quaecunque a natura propter finem fiunt
illa ita necessario fiunt ex ipsius finis necessitate quia fi-
nis propter quem fiunt ita exposcit et requirit, quod non in con-
struenda domo interdum ligna supra lapides ponantur, id
ab arte non fit ex materiae dispositione, quoniam lapides cum sint
grauiores potius inferius poni deberent, sed ita disponuntur
lapides supra ligna propter finem ut ligna ab imbre et ab aliis
iniuriis temporis custodiantur. Secundum Theorema est
Tametsi quae natura fiunt propter finem principaliter ex materiae ne-
cessitate non fiant, tamen secundario et minus principaliter ex
materiae necessitate fieri dicuntur, quod absque materia fieri non possunt.
Habet sane serra dentes acutos primo propter secare, sed
quoniam duros dentes habere non potest nisi constet ex ferro
ideo secundario necessitas habendi duros dentes in serra
ex materia pendet. Sed ne in hac resolutione aliquis

modus

nodus et scrupulus supersit, illud est animaduertendum q̃ Comento Arist. intelligenda ẽ de his quæ à naturâ propter finem fiunt, horum enim necessitas præcipue ex fine desumitur non ex materia, sed illa quæ à natura propter aliquem finem non fiunt, sicuti est mors, interitus et monstra, quæ à natura neq; per se neq; propter finem fiunt, horum necessitas non pendet ex fine cum propter finem non fiant, sed horum necessitas primo ex materia dependet. Enimuero mors corruptione propter materiam fit, siquidem materia ut non semel scripsit Arist. et 7 Metaph. 35. et 2 de genera. 50 est causa propter quam res potest non esse, et in 1 Cœli Cont. 20. cœlum nunquam interiturum esse quoniam caret materia et contrario. Similiter monstra non propter finem fiunt sed ex materiæ necessitate. Hinc Arist. tandem deducit huic conclusionem q̃ licet Philosophus naturalis consideret materiam et formam, præcipue tamen magis consideret formam quam materiam, et ratio inquit ea est, quoniam scientia et quæuis ars illud primo præcipueq; considerat q̃ habet rationem finis. Secundario uero quæ sunt ordinata ad finem. Jam uero forma est finis materiæ, quoniam forma est id, cuius gratia materia facta ẽ, ut hoc in loco docet Arist. et ad memoriam reuocauit 2 de Anima Cont. 37. cum dixit Animam esse finem propter quem factum est corpus organicum. igitur scientia Naturalis præcipue magis considerat formam quæ finis est quam materiam. Atq; in his Arist. finem imposuit huic secundo libro Physicorum.

In Librum Tertium

In Librum Tertium Physicorum.

Lectio pa 1581 Martij

Aggredior tertium librum de Physico Auditu cuius initio non nulla prius explicari oportet, quae opportuna esse videntur ad intelligenda ea, quae ab Arist. in hoc libro considerantur. Haec aut tria sunt potiss. Primum Connexio libri huius cum priore. 2m institutum Arist. in hoc libro. 3m Divisio atque partitio huius libri in suas partes, ex qua ordo et series aperietur eorum quae ab Arist. in hoc libro tractantur. Quoad primum. Nectitur liber iste cum priore hunc in modum, cum enim in 2o lib. Arist. naturam deffinisset, atque in eius definitione motum collocasset veluti partem definitionis, quoniam vero deffinitum nullo pacto intelligi potest, nisi eius definitio eiusque partes conspicuae fiant et manifestae, idcirco cum in naturae deffinitione positus sit motus nec satis recte Natura intelligi posset, nisi quid sit ipse motus conspicuum esset, ea propter necessarium fuit de motu orationem habere alioquin ignorato motu, naturam quoque ignorare necessarium est, quem connexionem ponit Arist. in Cont. 1o huius 3i. lib. in quibus, quoniam in naturae deffinitione motus positus est, idcirco de motu disserere oportet, ex qua Connexione iam satis patere potest propositum intentionemque Arist esse in hoc libro de Motu pertractare, Cuius instituti et intentionis causa duplex assignari potest. Prima quidem est de motu agendum esse in gram naturae cum motus positus fuerit in naturae deffinitione, et idcirco eius tractatio ad naturae intelligentiam maxime necessaria sit, et haec ratio ponitur ab Arist. in Cont. 1o Alia ratio est quia ad motus sit proprietas et quidem intima corporis naturalis

siquidem a principijs corporis naturalis emanat, necesse de ipso tractandum erat, cum eius dem scientiae sit et subiecti proprietates considerare, quod secunda 10 primi ab Arist. in Cont. 2o. Verum quia quamplurima sunt Problemata quae de motu considerari possunt, primum quidem quid sit Essentia et Natura Motus 2m. quae sint motus proprietates et passiones 3m. quae sint species motus. 4m. quae sint partes integrantes motus Postremum vero utrum motus sit aeternus aut factus de novo. Ideo ut Arist. numeris omnibus absolutam de Motu cognitionem traderet, ista haec omnia pertractavit. Et quoniam de unaquaque re proposita a rei natura et definitione incipiendum est, ideo Arist. acturus de motu primum ab eius Natura et definitione auspicatus est. quoniam vero motus multas habet proprietates, quarum una est quod sit in loco, in tempore, secundum Antiquos in vacuo, de numero quinta continuorum, idcirco Arist. post explicatam motus naturam, de his proprietatibus motus agit in 4 libro pertractavit, quia vero motus plures sub se species habet, ut generationem, alterationem, Motum localem et incrementum, consentaneum non erat, motus species ignorare, ideo in 5o lib. de speciebus motus sermo verba factum opere pretium esse diiudicavit. Verum quia motus et partes integrantes habet cum motus quoddam continuum sit, dubiumque sit an consurgat ex partibus divisibilibus an in divisibilibus, idcirco in 6 lib. de partibus motus integrantibus pertractavit, docuitque motum non ex partibus in dividuis, sed ex partibus divisibilibus

90

coalescere, sicuti et unumquodque continuum est divisibile
Tandem quod non levis dubitatio erat: Utrum motus sit
aeternus, vel inceperit de novo. ideirco ultimo loco de motus
aeternitate pertractavit scilicet in 8 lib: Physicorum
Ut autem ad hanc arduam difficultatem persolvendam
quoquo modo legentium animos pararet, in 7° lib: quaedam
iecit fundamenta, quae aditum facilemque viam patefaci-
unt ad conclusionem illam demonstrandam de motus aeter-
nitate, quo fit ut 7us liber Physicorum sit ut aiunt,
praeparatorius, ad intelligenda ea quae de motus aeternitate
in 8 lib: Physicorum tractantur. Ex quo illud colligere
debetis quod inter libros de Physico auditu primi duo
libri sunt de principiis ut primus et secundus,
sex vero ultimi sunt de motu, cum universa tractatio
in sex ultimis libris sit tum de natura de proprieta-
tibus nec non de speciebus et partibus motus ut dictum fuit.
quia vero ut nuper dictum fuit in unaquaque re pertractan-
da a definitione incipiendum est, ideirco Aristoteles cum de
motu esset verba facturus, in hoc tertio libro ab eius
natura auspicatur, ipsumque secundum propriam essentiam et quid-
ditatem contemplatur, ita ut dicendum sit Aristotelis consili-
um et intentionem esse, agere de natura et essentia motus
in universum, quod si quis quaerat Cur Aristoteles non antea
de motu pertractavit, sed post tractationem de principiis
et post cognitionem corporis naturalis Cui ita responsum esse
volo, Tractationem de motu huic loco magis accommodatam esse

habendamq; post tractõnẽ de principiis, et cogni-
tione corpis N̄ālis, nec antea tractari minime potuisse
et rõ ea est, q̃m cum motus ex m̄ta et forma pendeat
veluti ex principiis eius, sitq; pprietas corpis N̄alis
nec ex Arist. decreto ipsaq; rei N̄ā, rei proprietas
ullo pacto cognosci possit, nisi cognitis principiis ex
quibus dependet, perspectaq; rei nā in quo est, ea
pp prius de principiis motus agendum erat, priusq;
explicanda erat nā Corpis nālis q̃ ē subiectum mot⁹
et postea de motu tractõnẽ haberi, quo fit ut in tertio
libro veluti opportuniore loco post tractõnẽ de prin-
cipiis et cpis N̄ālis de motu Arist. ptractavit et
hac de nexu, de Intentione, deq; Problematibus atti-
nentibus de motus ~~di~~ cognitione dicta sit. Partitur
aūt totus hic liber in duas pcipuas partes. In
quarum pa. Arist. tres ponit diffinitiones motus primam
in 6 tex. q̃ est. Mot⁹ est actus entis, ut potentiā
est. 2ā ponit in Cont. 16 quę ē mot⁹ est actus
mobilis ut mobile. 3ā ponit in Cont. 23. q̃ huiusmodi
est Motus est actus mobilis à motore. In secunda
vero parte quę exponditur à Cont. 23. usq; ad
calcem libri. Arist. agit de infinito. quib. sic ex-
plicatis pfationis loco. ad Arist. accedemus.

Lectio 2ª Explicatis his quę pfationis loco pmittenda erant nunc ad Arist.
explicandum accedo qui in Cont. po intentionem suam intentionisq;
causam patefacit, eiq; n. ut inquit intentio ē de motu ptractare
in universum, non descendendo ad aliquam eius speciem

Cuius intentionis cā ea est, quia cum in definitione supe-
rius allata nāe positus erat motus, necessum erat pertra-
ctare de motu, cum ignorato motu necesse quoque sit igno-
rare naturam, cum ignoratis partibus definitionum et ipsum
definitum latere oporteat, quod sane definitio non intelligenda
est quantum ad se est, sed quantum ad quid est, cum nāe defi-
nitio haud recte intelligi pt sine cognitione motus. Ex qua
parte illud quoque elicitur, p° de motu pertractari in gram
nāe, sed qm non solum scientiis interest subiectum contem-
plari sed etiam eius proprietates, eapropter Aris. cum de motu
tanquam de subiecta nāa disserere instituisset, de proprieta-
tibus insequentibus motum agendum proponit. Et qm motus est de
genere Continuorum ideo de Continuo tractare proponit, quia
vero in definitione Continui ponitur infinitum, qm conti-
nuum ita describitur, Continuum est illud quod in infinitum di-
visibile est, ut scriptum est p° de Celo cont. 2 ideo et
de infinito agendum est. Ex qua Arist. oratione non facile
colligi pt cur Arist. prius pertractauerit de infinito quam
de Continuo, nam cum in definitione Continui ponatur
infinitum et propterea infinitum absque continuo intelligi non
possit sicut definitum absque definitione intelligi nequit.
Eapropter doctrinae ordo expostulabat, ut prius de infinito
quam de Continuo haberetur oro, qm vero et motus
non fiat absque loco atque absque tpe et secundum Veteres Sa-
pientes in vacuo, eapropter de tpe, loco et vacuo agendum
proponit. Sed circa haec quae ab Arist. hac in parte dicuntur
nonnulla consideranda sunt, quorum primum illud est, quoniam

pacto motus de genere continuorum esse dicatur. Nam cum continuum sit in praedicamento quantitatis, cum quantitas in discretam et continuam distribuatur. Motus autem in praedicto quantitatis non collocetur, sed potius in praedicto actionis et passionis, igitur motus de genere continuorum non esse videtur. Cui dubitationi ita satisfactum esse volo, propositionem hanc duplicem habere sensum. Primus quod motum esse formaliter continuitatem, ita ut essentia motus in continuitate consistat. Alter sensus quod motum de genere continuorum esse, ita ut continuum sit quaedam proprietas insequens naturam motus. Porro priore sensu propositio minime intelligi debet, quia essentia motus non est continuitas, quoniam tunc esset essentialiter quantitas quod ab Arist. dissentit. Sed in secundo sensu propositio accipienda est, quoniam continuitas est affectio et proprietas insequens naturam motus. Consideranda praeterea est altera propositio, in qua textus habet, quod in definitione continui ponitur infinitum, quia continuum per infinitum definitur dictum fuit. Nam continui tres definitiones ab Arist. traduntur. Prima via resolutionis et divisionis, quae allata est primo Caeli cont. 2. ubi inquit continuum est divisibile in infinitum, quae definitio cum detur in ordine ad partes divisas dicitur esse definitio tradita per materiam, quoniam ut habuistis 2 Physicorum 31 partes materiae rationem habent ac proinde definitio ista dicitur esse naturalis, quoniam definitio quae per materiam datur ab Arist. Naturalis appellatur

Altera Continui definitio tradita e via Compositionis et in ordine ad totu, in p dicto Cap. de qntitate, ubi inqt Continuu illud e cuius partes copulantr ad unu terminu coem, que sane definitio, qm datur in definitione ad ordine et totu dr esse definitio p forma, qm ut habuistis 2 Phys. 31. Compositio et totu formae rone habet. Tertia Continui definitio ab Arist allata 5 Metaph ubi inqt Continuu illud e cuius motus est unus q sane definitio tradita e in ordine ad motum, Cum itaq Phs hoc in loco inqt in definitione Continui infinitu apponi id intelligi debet, cu continuu via divisionis et resolutionis definitur. Nec illud inconveniens e unius rei plures afferri posse definitiones si diversimode definiatr et p diversa principia, illa aut definitio q coiter afferri solet unius rei unica definitione esse, intelligi debet si res ipsa uno et eodem mo consideretur, et p idem causae genus. Sed licet in definitione Continui ponatr infinitu nihilominus Continuu respectu infiniti ut causa se se habet, qm infinitu ex divisione oritur Continui, sicut et ex Continui divisione in partes numerus oritur, ut si Continuu in decem partes dividatur, hinc denarius numerus consurgit, et si in infinitu Continuu divideretr infinitus numerus consurgeret, et pptrea infinitu respectu Continui ut causa se se habet

quo fit ut quantitas discreta ex continua oriri
videatur. nam cum infinitus secundum numerum sit quan-
titas discreta quoniam numerus ex praedicto quantitatis
discreta quantitas est, numerus autem etsi infinitus
sit ex infinita continui sectione oriatur. igitur qua-
ntitas discreta ex continua quantitate dependet

Lectio 3a Cum motus essentiam et naturam Arist. inquirere proposuisset, ut
eam commode invenire posset in Cont: 4 a divisione eorum
quae sunt auspicatus est. ponit autem divisionem hanc quod eorum quae
sunt alia sunt actu tantum, alia potentia tantum, alia vero actu
et potentia. iam vero cum motus sit de genere entium sub aliquo
istarum trium necessario contineri debet, nam aut est de numero
eorum quae sunt potentia tantum, aut actu tantum, aut de numero
eorum quae actu et potentia sunt. porro sub primo membro motus
contineri non potest quoniam id quod est potentia tantum non movetur, aqua
enim cum est potentia ad caliditatem non excalescit, Neque sub
secundo membro continetur motus, quoniam cum aliquid actu est
non movetur. Enimvero cum aqua iam actu calida est non
amplius alteratur et calescit, ex quo sequitur ut motus
in eorum reponatur numero, quae partim actu partim potestate
sunt, siquidem id quod movetur, quo movetur partim actu est
et partim potestate. Aqua enim dum calefacit, partim est particeps
caliditatis, partim potentia est ad acquirendam perfectam
caliditatem, et quoniam motus necessario terminum habet, propterea
tot sunt termini ipsius motus, tot motus species statuendae sunt
quoniam vero motus et ad substantiam terminatur et ad quantitatem
et ad qualitatem et ad locum, propterea cum quatuor sint ter-
mini motus quatuor sunt species ipsius, qui ad enim substantiam ter-
minatur generatio et corruptio dicitur, qui vero ad quantitatem

alterū; qui uero ad quantitatē aut maiorē aut minorē, augmentatio aut diminutio dr. Augmētatio n. motꝰ ē ad maiorē qtitatē. Diminutio uero ad quantitatē minorem. Motus aut localis ad ubi seu ad locum terminatur. Dico ad ubi qm locus prout circumambit corpus ipsum locatum, nomen ubi sortitur constituitq; pdicamentum ubi, ita ut pdictum ubi, q diuersū ab alijs pdictis ab Arist: statuitur, nihil aliud sit nisi locus uel superficies corpis continentis qui circundat uel circumambit locatum ipsum. quamobrē ex numero terminorū uel rerū q per motū acquiruntur quę numero quor sunt, quor spēs motus constituuntur idcirco Arist. in tex: 6 inqt quot tot spēs Motus quot Entis, q quidē ppositio sane nō intelligēda ē nō n. intelligi debet tot eē spēs motus quot sunt spēs Entiū quę in uniuerso reperiuntur, qm spēs rerū longe plures sunt quā quor, multęq sunt quę per motū nō acqrūtr sed intelligi debet, quod tot st spēs Motus, quot Entis transmutabilis ē quod per motū acqri possunt, e qm Entia q per motū acqri possunt quor st, ppterea quor tm consurgunt spēs motus, quibus sic explicatis ex diuisione ia habita Arist motus definitione adducit Motus ē ἐντελέχεια perfectio ~~actus~~ actus entis in potentia ut in potentia ē, q sane definitio ondit e declarat naām e essentiā motus, vult q motus nil aliud ē nisi q ita motus imperfectꝰ, qm est pfectio illiꝰ

q movetur quod partim est actu partimque potentia

illud ad quod movetur. Excalefactio n. aquae est motus

et alteratio aquae est perfectio aquae quae quidem partim

est particeps caloris imperfecti tamen, in potentia vero

ad summam et perfectam caliditatem quod Arist. his

verbis indicavit cum inquit Motus est actus Entis in

potentia respectu ad perfectiorem terminum, neque huiusmodi

definitio ita in superficie intelligenda est quod motus

sit perfectio rei non existentis actu, quoniam id quod non est sed potest

esse non movetur, quoniam motus cum accidens est, subie-

ctum exposcit quod actu existat idcirco Motus est

perfectio Entis existentis actu quoad esse, quod tamen est

in potentia ad aliquam formam acquirendam, ut cale-

factio est quaedam perfectio aquae existentis actu, in po-

tentia autem ad calorem acquirendum. pariter motus

localis est perfectio, aut Animalis aut Elementi

existentis in actu, sed in potentia ad acquirendum huius-

modi illum locum. Ceterum quia Arist. ponit illam

particulam in hac definitione Entis, quod potentia est

dubium autem est quid Arist. nomine Entis in poten-

tia intelligat, et propterea haec particula explicanda est,

et cum ipsomet Arist. dicimus per ens quod potentia est, nil

aliud debere intelligi quam corpus ipsum. ut sensus sit

Motus est actus et perfectio, entis in potentia

hoc est corporis existentis in potentia ad terminum

acquirendum quod sane ex 6 Phisicis text. 32 probari

potest ibi Arist. inquit quod ista duo convertuntur

q oẽ corpus n͞ale mobile ẽ, et omne mobile corpus
ẽ, incorporea .n. et indivisibilia minime moventur
Sive ẽ q Deus opt: et cetere intelligẽtie n͞o moventur
q͞m ips͞i sunt incorporei et magnitudinibus experses
Cum itaq id q movetur corpus sit, ergo motus est
pfectio corporis at p͞inde n͞oie entis in potentia
q in hac definitione accipitur corpus ipsum intelligi
debet. quod si quis verum quaerat cur Arist in hac
definitione n͞o proserit corpus cum clarior fuisset
oro dicens Motus ẽ perfectio corporis, quam dicere
Motus est pfectio entis in potentia. Cui ita r͞nsum
esse volo. id n͞o sine magno artificio ab Arist fa:
ctum esse, nam cum definitum et definitio sibi invice
r͞ndere debeat, ideirco motus cum nil aliud sit quam
fluxus quidam ad terminum, ac pp͞ea potentiam
includens et respectum ad terminum ipsum, excalefactio
.n. est fluxus quidam q potentiam scãt ad cali-
ditatem ipsam acquirendam. Ideirco cum motus potẽtiam
ad terminum includat, iure definiri debebat, per
aliqd sibi correspondẽs, q respectum potentiamq ha
beret ad terminum, et q͞m id non est corpus, q͞m
corpus ut corpus est, est quoddam absolutum, nullum
includens respectum vel r͞one ad aliud, eapp motus
per corpus nullo pacto potuit deffiniri. Sed q͞m
Ens in potentia illud ẽ, q respectum includit ad ter:
minum, eapp Arist. summo consilio motum p ens in potẽtia

definiuit dicens. Motus est actus et perfectio eius, quod potentia est, non quidem ad esse, neque ad motum cum actu moueatur, sed ad terminum ac: quirendum, ut pote uel quantitatem uel qualitatem uel locum. ~

Lectio 4.

Circa motus definitionem ab Arist: allatam ea se se offert Dubitatio An huiusmodi definitio omnibus sit omnibus speciebus motus, id quod aut hac in re dif: ficultatem parit dubitandique de ipsa generatione substantiali, ex una parte n. uidetur sub hac definitione substantialem generationem non contineri quoniam substantia ex Arist in lib. praedicamentorum de substantia non suscipit magis et minus et ex consequenti non acquiritur succes: sive prius sub esse imperfecto et postea sub esse perfecto. Cum autem huiusmodi definitio motus successionem prae se ferat quoniam inquit Motus est actus entis in potentia quae uel bene successionem et continuationem quandam indicat ut docet Auerr: in Com. 6. igitur sub hac motus definitione substantialem ~~generationem definitione~~ generationem contineri non uidetur. Ex altera parte et Arist auto: ritas hoc in loco, ubi traditam motus definitionem exemplis illustrans generationis substantialis exemplum affert, dicens generatio est actus entis in potentia etc quo indicat sub hac motus definitione substantialem generationem contineri quod sane dubitatio illius Problematis solutionem expostularet, quod apud Arist moueri solet, An substantialis generatio temporis momento fiat et in instanti aut potius tempore metiatur, ita ut forma substantialis successiue acquiratur non secus ac caliditas quae se prius sub esse imperfecto et remisso postea uero sub esse perfecto et intenso, Si n. fateremur ut Arist. sententiam fatentur nonnulli ac praecipue Doctor Subtilis, Substa:

generatione tempore metiri et mensurari, quemadmodum ceteri motus. dubitatio ista locum non haberet, quoniam concedendum esset formam substantialem successive acquiri suscipereque magis ac minus, ac proinde sub hac definitione generationem substantiae absque dubio contineri. Sed quoniam teneo ego et cum quibusdam et aliquo modo cum Averr. quod forma substantialis neque intensionem neque remissionem patiatur, ac propterea successive non acquiratur, sed congrue materia disposita et praeparata a generante forma substantialis tota simul introducatur. sicut et declaravit Simpl. 5 Physic. super Cont. 10, et propterea inde generatio substantialis fiat in instanti et temporis momento ea propter dubitatio superius proposita solvenda est. Pro solutione autem advertendum quod generatio bifariam capi potest. uno modo pro introductione formae substantialis in materiam. alio modo pro praevia praecedenteque alteratione, nam cum quamlibet generationem necessario alteratio praecedat, sine qua generatio haud fieri potest, neque forma in materiam introduci, ut Arist. docuit 2 de Anima text. dicens. Actus et formae ab agentibus provenientes in subiecto recipiuntur bene disposito subiectum autem non nisi per qualitates praecedentes quoniamque alteratione disponitur. Non enim ignis ex viridi ligno unquam generari posset, nisi antea viride lignum calore et siccitate disponeretur, postquam autem illa materia disposita calore et siccitate est, tunc ignis generari potest in eaque ignis forma introduci. Ex qua distinctione habita duo pro resolutione pariuntur Theoremata

Primo. Et si primo modo generatio capiatur pro formae substantialis introductione sub hac motus definitione generatio substantialis minime continetur, quoniam ea est motus ut Philosophus describit perfectio est entis in potentia ut in potentia, et propterea hoc fit successive, generatio pro formae introductione non fit successive neque est actus generatio entis in potentia ut in potentia ad perfectionem terminum, cum forma substantialis tota simul acquiratur et in instanti. Igitur substantialis generatio sub hac definitione non comprehenditur. Alterum theorema illud est. Si generatio 2o modo accipiatur, scilicet praecedentem alterationem includit hoc pacto generatio sub hac motus definitione continetur, quandoquidem in modum generatio fit successive, sicut alterationem generationem praecedens tempore metitur, et licet alteratio praecedens generatio proprie non sit, tamen quia est veluti via et gradus ad generationem veluti ad terminum ad quem, idcirco praecedens illa alteratio generatio dicitur. Namque ut docuit Arist. 2 Physicorum Cont. 14. via ad terminum nomine termini appellari solet, sicut nempe generatio dicitur natura, quia est via in naturam, et motus ad caliditatem caliditas appellari solet, et in hoc sensu omnes Arist. auctoritates intelligi debent in quibus asserit generationem tempore metiri ut 4 Physicorum Cap. de tempore. necnon 6 Physicorum atque in 7 lib. Cont. 29. accipiens generationem pro alteratione praecedente introductionem formae substantialis, quae cum tempore fiat. Huiusmodique alteratio generatio appellet ut Arist.

dictum est generatione tempore mensurari. qua dubitatione sic
explicata Divus Thomas in Comm. 8 declarat quonam pacto
unum actu et potentia esse possit, Cuius instituti et
intentionis causa eadem, quoniam cum in definitione motus
dixisset, quod motus est actus entis in potentia et illud
quod movetur, aliquo modo est actu et aliquo modo potentia
operae pretium explicatum erat quonam pacto unum actu et
potentia esse possit. Hoc autem declarans dicit, quod
licet unum et idem simul actu et potestate esse possit
hoc autem non simul est, aut si simul esse contingit, iam non
fit secundum idem principium. fieri enim nequit, ut idem sit
actu et potentia calidum, quoniam cum id quod est potestate calidum
sit non calidum, si idem actu calidum esset, potestateque ca:
lidum idem simul esset calidum et non calidum quod dicere
nefas est. Sed potest esse actu calidum et potestate frigidum
sicuti fervens aqua actu calida est, potestate vero frigida
quoniam in ea potentia est ut refrigeretur ita illud
quod movetur partim est actu et partim potentia, dum enim aqua
ad caliditatem mutatur est quidem actu frigida potentia
vero calida, et propterea quod ad calorem in potentia est ad
ipsam caliditatem transmutatur, Aut si aliquid idem
vel simul est actu et potentia id non est secundum idem prin:
cipium quoniam impossibile est ut actus et potentia ab eodem
uno et eadem natura et eodem principio proficiscantur
quoniam actus forma est, potentia vero materia. idcirco
si aliquid est simul actu et potentia. sunt duo

ad diuersa principia referri debet, actu quidem

est ratione formae, qua quod actu est, potentia uero ratione materiae

per quam unumquodque potentia est. ut exemplo movens

omne naturale in movendo movetur, uerum dum movet

actu est, quoniam caeteris movet et agit, qualenus actu

est movetur aut ut potentia. Sed movens Physicum

tametsi simul actu sit et potentia dum simul movet

et movetur, non tamen actu et potentia est per unam

et eandem naturam uel principium, sed actu est ratione for:

mae per quam movet, potentia uero est ratione materiae

per quam patitur et movetur. Ea propter Arist. sub

initium Cont: 8 hac protulit propositionem idem quidem

actu et potestate esse potest, aut non simul, aut si simul

utrumque est huiusmodi esse non dicitur respectu eiusdem

qualitatis et formae, nec secundum idem principium. sed actu

est ratione formae potentia uero ratione materiae.

lect. 5a Cum superius Arist. ostendisset, idem simul agens et patiens esse posse

sed non secundum idem. Agens autem esse ratione formae et sic actu

est. patiens autem prout est potentia et ratione materiae, quae talis est

et causa passionis atque transmutationis, ut docuit Arist. 1 de Ortu

et int: Cont: 55 ubi inquit materia ut materia est patiens est causa

passionis, ex quo Arist. in praesenti parte infert quod omne Agens si:

mul etiam patitur, et omne Movens Naturale in movendo movetur

Enimuero movens in duplici differentia est. Alterum quidem quod materiae

particeps non est. Alterum uero Physicum et Naturale quod materiam

habet. Movens quod materiam non habet in movendo non movetur

sicuti Deus et caeterae substantiae separatae huius uero immobilitatis

causa est carentia ipsius materiae, nam quia formae sunt sine materia

quia ipsi

H Excell. A. Lang in 3 libr. Physic.

quia ꝑ principium formale movere, quum vero a concretione mtōs secretae sint, quae origo passionum est, dum movent ꝑ priores orbes, neque patiuntur aut movent, movens aut physicum nāle quod corporeum est dum movet simul quoque movetur et rō est, quum huiusmōi movens cum moveat ꝑ contactum quia si non movet mobile nisi illud contangat. dum vero mobile tangit, a mobili quoque tangitur, et ꝓpterea in movendo mobile simul quoque movetur. sicut et Arist. declaravit de Animal ortu 4 Cap 3. ubi inquit movens cum movet et movetur, cum impellit quoque impellitur et attrahendo, quoquomodo et trahitur. Similiter Agēs in agendo simul quoque patitur, hac in re illud est animadvertendum, quod si ꝓpriē hi accipiantur termini, agere et movere, moveri et pati idem non sunt, ut ipse declaravit Arist. pō de gnōe Cont 55. dicens movere latius est quam agere et moveri communius quam pati siquidem omne agens est movens, non tamen omne movens est agens. pariter ꝑ Omne patiens est mobile sed non e contra. Nam agere si ꝑ se et ꝓprie accipiatur solum dr̄ de alteratione quae fit inter passibiles qualitates, talis n. motus ꝓpriē actio nuncupatur et passio, quo fit ut motus localis actio et passio nō dicatur, nisi cōi quadam voce et lato vocabulo, et ꝓpterea inquit ibi Phīs quod Agēs est quidem movens, quia ignis agēs in lignum ipsum transmutat et alterat, non tamen omne movēs est Agens quia Deus Opt: movet caelum non tamen ipsum transmutat dum etiam dictum est. Agens dum agit simul quoque pati ab eo in quod agit, sententia haec intelligēda de Actione ꝓpriē dicta quae alteratio est, quod idem est ac si dicatur, Alterans alterando alteratur.

quod Arist.

1 Excellens Archangelus in 3 Physicorum

q Arist. propositio ut clarior reddatur q certi ambigua e animaduertendum e, Alterans et Agens in duplici dria esse. Aliud n. e Agens, q mta conuenit cum patiente in quod agit. Alterum uero e, q diuersam mtam habet a patiente in q agit. sicuti celeste corpus agit et alterat ista hec inferiora, cum qb mta minime conuenit quia hec inferiora mtam habeant q subiectum e generationis Celeste uero corpus. tm mtam habeat, q subiectum e motus localis. Ex qua distinctione duae eliciuntur Conclusiones q hanc Arist. sntiam declarant. Pa est Agens et alterans conueniens cum mta cum patiente in q agit, dum agit simul quoque patitur, Conclo ista ab Arist. ponitur po de gnat: Cont 53. et 87. ubi ponit hoc pnciatum quae mta coeunt inuicem agentia et patientia sunt, ignis n. et aqua in qt qm mta eiusdem nos coeunt, inuicem pugnant, inuicemque agunt et patiuntur, q et euidenter Arist. declarauit 4 de Orm. Anal. Cap 3. ubi hec habet Causa ut soluatur et aliqua ex parte actio agentis infirmatur e qm agens in agendo repatitur, ut calefaciens frigidum, a frigido refrigeratur. quas propositio ex ipsa rei na facile comprobari pt. Nam si frigida manus pectori calido admoueatur profecto manus frigida pectus frigefaciet sed e cont. simul manus frigida a pectore incalescit calido, itaque frigefaciens simul quoque excalescit. q et hoc Argto confirmari pt, si in uentriculum cibaria frigidi tpati, ut Cichorium Endiuia e id genus consimilia ingerantur calor innatus uentriculi in hec cibaria agit sed simul quoque calor innatus

H Excellt. A[illegible]

in agendo patitur et quoquomodo reprimitur. Sic
ro reddi pt Cur est q ex usu cibarior frigidor innatus
calor retundatur, qm agens in agendo repatitur
et innatus calor in haec alimeta frigida agens ab
illis quoq repatitur et refrigeratur. Tandem usus
inspironis et respironis hoc apertisse psuadet, nam
inspiro q nil aliud est nisi frigidi aeris attractio
et andelatio adduc usum a na destinata est, ut ex in
spirato aere p pulmones et ad ipsum cor delato fer
vor calor cordis infrenetur et reprimeretur dir aut
aer cum aliquantulum ea in parte inmoratus fuerit postea
a na repellitur et foras eycitur, tanq inutilis
nec amplius idoneus ad refrigerandum calorem cordis
no ob aliud sane cam nisi qa aer ille cum pridem frigidus
calorem refrigerans ab cordis calore quoq incalescit
Excalefactus aut expiratur hoc est foras eycitur
iam uero si agens in agendo no pateretur, frigidus
ille aer ad cor delatus in frigefaciendo no excalesce
ret, igr a na foras non repelletur, sed in corde deti
neretur ad refrigerandum, Cum itaq iterum atq iter
aer inspiretur respiretur et foras eyciatur ex usu
inspironis et respironis euidens fit, omne Agens Agens
conueniens in natura cum patiente, fidem agit simul
quoq pati et hoc est q apud Arist dicere solet Inter
ptes Actionem reactionem dari, sedm eas dem qtes
hoc est calefaciens dum agit in frigidum hoc etiam in cali
dum agens uersa uice agere. Ceterum Contra haec contra
se una instantiam habet, q est si Agens in agendo

pateretur igr ab eo q est minoris virtutis actio
pueniret sit, q est contra Arist divulgatam ppositionem
dicente Actionem a maiori et a potentiori puenire
deducit Argtm quia si calidum per 6 numeros et
grad9 infrigidum agat q tres grad9 frigiditatis tm
habeat. si calidum dum agit in frigidum et versavice
patiatur a frigido cum frigidum sit minoris roboris
et virium quam calidum, qm remissiores gradus het
igr mingi ageret in maius, q cum falsum sit igr
asserere falsum est Agens versavice in agedo pati.
Cui obiectioni Occurrentes dicimg Calidum ut 6
agere et frigidum ut 4. et e contr. frigidum debiliq
in calidum reagere, cum aut dr igr a minori uel
ab eo q imbecillig est actio pueniret id ultro con;
cedimus cum quist. ipso est dr gnatz qual: 8 ubi
migt qnq id contingit ut ages plus patiatur
quam agat sicuti euenit qn gutta aquae in carbonem
accensum inspergitur .n. vero gutta aque in carbonem
agit. sed plus patitur quam agat, quia tandem a
calore carbonis consumitur et in ignem mutatur.
q si agens qnq in agendo plus patiatur quam agat
igr Ages qnq minoris est virtutis quam patiens.
qm si maioris esset potestatis pculdubio magis ageret
quam pateretur. Ad instantiam aut contr allatam
aiaduertendum q Actio duplex est. Una q fit cum
victoria agentis. Altera vero absq victoria agentis
Actio prima est qn agens victoriam habet super patiens
ita ut ipsum corrumpat, ut qn ignis agit in lignum
ipsum corrumpit talis dr cum victoria gentis,

2a vero dr, quoties cunq agens agit cum patiente aliquo pacto dimicat, sed non vincit sed aliquo pacto retundit tunc dicendum q illa Arist. propositio, dicens a maiore virtute actio proveniri, intelligitur de actione prima q fit cum victoria agentis, de q. n. nec ab aequali nec a minori provenit, sed si a minori et aequali actio proveniat, id verum est in actione q fit sine victoria agentis q est sententia fere Gal. dicentis et ab aequali et et a minori q.q. et actionem provenire posse. 3o. n. de temper. in fine. statuit ... Morbis remedia fore ...du gradum aequale adhibenda esse. quaobrem decretum sit omne agens conveniens ... in materia cum patiente ab eo repatitur in q agit, sive patiens sit aequale agenti sive minoris virtutis — Lectio 6a

Quodlibet Agens q cum patiente materia convenit vicissim dum agit a patiente aliquid pati et perferre in lectione praeterita decretum fuit. Nunc aliud ponimus Conclusionem, q huiusmodi est. Agens q materia cum patiente non convenit, a patiente in q agit nil quicquam repatitur. Conclusio ista ab Arist. ponitur pro de gnat. ... 53. ubi inquit q innatus calor animantis dum in alimentum ingestum operatur et agit vicissim ab eo repatitur, et plerumq id usu venit ut ab Alimento in q agit restinguatur, ut cum sibi aut papaver aut opium, aut eiusdem generis alimenta frigidioris temperamenti sibi offerantur sed inquit si Agens in materia cum patiente non communicet, in agendo minime repatitur, quam et Conclusionem ponit Arist. eodem libro ... 57 ubi inquit ista duo Theoremata se invicem consequi q materia communicant vicissim inter se agere et pati. quae vero materia non communicant vicissim agentia et patientia non esse, quam Arist. sententiam ipsa rei evidentia confirmat, Nam caeleste corpus in ignem agit et cetera inferiora, tamen ipsum caelum inter agendum ab inferioribus nil quicquam patitur, neq n. ... aut frigescit

cuius rei ca rō est, qm celeste corpus cum his inferioribus
mta nō coīcat, quā obrē conuenientia cum mta in causa ē
ut agens inter agendū repatiatur. et ē contra mtæ ne-
cessitas in causa est ut agens dū agit a paciente in q agit
mt quicquam patiatur, unde ppositio q hoc in loco ab
Arist. ponitur vzt Agens inter agendū simul quoq pati
non de quolibet agente intelligenda ē sed de eo agēte
dumtaxat q cum patiente in mta communicat. Sic colligitr
q diuersa est rō et causa, quare aliq Mouens est immo-
bile et aliq Agens sit impassibile et in agendo non pati-
atur. nam carentia mtæ simplr in causa ē cur mouēs
inter mouendū non moueatur, ut .n. Ost: ceteræq
intelligentiæ pinde imobiles sunt qm a mta sunt prorsus
liberæ et separatæ. Causa vero cur aliq Agens impassi-
bile sit in agendoq non patiatur nō est mtæ carentiā
simplr, qm celum dum in hæc inferiora agit in agendo
non alteratur neq patitur, et tn mtam habet, qm cir-
culari motu mouetur, qui mtam nēcio exposcit. sed cā
cur Aliq Agens in agendo non patiatur, est carētiā
mtæ eiusdē rōnis cum patiente. Sic fit q celeste corpus
ab istis inferioribus non repatiatur aut alteretur qm
particeps non est mtæ eiusdem rōis cum mta inferiorum.
Ceterum quia omne q patitur ab aliquo Agente aliquo
modo agenti resistit, ne ab eo lædatur aut corrumpatur
ut dum calidum agit in frigidum ipsum frigidum calori re-
sistit ne ab eo corrumpatur, sicut et in agentibus voluntarijs
hominibus q ipsis satis conspicuum ē, Nam si unus homo alter
inuadat, is qui inuasus ē alteri resistit q fieri pt ne
ab illo lædatur aut intereat. Cappr quid sit resistentiā

breuiter explicandum est, qua in re explicanda illud
p.o est aiaduertendum resistentiam in duplici differentia esse, Alia
n. est quae in iis resistit quae vim et potestatem habet agendi.
Alia uero quae in iis reperitur quae agendi potestate orbata sunt
ex qua distinctione duas has ponimus Enunciationes
Prima est, Si de resistentia loquamur quae in his reperitur quae
potestatem habent agendi, resistentia nil aliud est reuera quam actio
quaedam vel ut melius dicamus reactio, eius quod patitur in Agens
Enimuero dum calidum agit in frigidum ipsum frigidum calori
dicitur resistere quoniam reagit in calidum, et reagens quoquo
modo imminuit labefactatque uires caloris. Similiter in agen-
tibus voluntariis et hominibus si unus alterum hostem inuadat
ut illum interficiat, is qui inuasus est resistit quatenus
in illum reagit et reagendo uires inuadentis nititur im-
minuere atque persoluere. quapropter resistentia et reactio
unum et idem reuera sunt, solo fine inter sese discrepant,
Actio namque dicitur illa qua unum instituit alterum corrumpere
et sibi simile reddere, prout non calor frigidum ipsum cor-
rumpere intendit Agens dicitur, resistentia uero actio est,
sed resistentiae nomen habet prout aliquid se conseruare in-
tendit. dum n. frigidum patitur a calido in calidum
reagit sed quoniam ideo reagit ut sese a uiribus caloris defen-
dat seipsumque conseruet, propterea frigidum resistere dicitur, Similiter
homo qui ab altero aggressus est, resistere dicitur prout agit ut se
se conseruet et ab iniuria alterius sese deffendat. quam
obrem resistentia in iis quae agendi potestate praedita sunt
nil aliud est nisi actio propter sui conseruationem

Altera Conclusio ea est Resistentia in his quae ~~resistendi~~ agendi potentiam non habent, sicuti in ferro, in lapide caeterisque durioribus rebus actio non est, sed solum difficultas ad patiendum, quam Arist. in lib. Categor. in praedicamento qualitatis. Naturalem impotentiam appellat. Namque dum gladius mittitur incidere aut lapidem aut ferrum, et lapis et ferrum gladio resistit quam maxime, talis autem resistentia ferri non est actio ferri in gladium, quoniam ferrum nihil agit in gladium, sed est difficultas ad patiendum, quoniam ferrum propter sui duritiem vix pati et scindi potest, unde dicitur resistere gladio incidenti hoc est non facile patitur a gladio et haec difficultas ad patiendum ~~huius~~ vocari ab Arist. Naturalis impotentia dicitur, sicuti e contra si gladius lac incidat et secet, lac non resistit, quoniam lac difficultatem non habet ad patiendum. Huiusmodi autem resistentia difficultasque ad patiendum quae in duris rebus reperitur ex ipsa siccitate promanat, sicuti e contra facultas ad patiendum et non resistentia in lacte ex ipsa humiditate proficiscitur. quo fit ut resistentia in his quae agendi potestatem habent et in his quae agendi vim non habent, ex diversis fontibus et principiis originem ducat. Resistentia namque in his quae vim habent agendi cum actio sit et actio a forma oriatur huiusmodi resistentia a forma originem ducit. Resistentia vero in his quae agendi potestatem non habent, quae nihil aliud est quam difficultas ad patiendum a materia proficiscitur quoniam huiusmodi a duritie provenit et haec a siccitate quae cum sit dispositio mixti ratione materiae habet, et propterea huiusmodi resistentia a temperamento rei, et proinde a materia originem trahit

Movens omne Physicum et Nale rite movendum etiam moveri ab Arist: decretum fuit, sed qm putandum nō est, Movens ipsum ut movens est moveri sed p ut potentia ē. q radix et causa ē ut aliqd moveatur. Cap. hoc in parte Arist. declarat q tametsi movens Nale in movendo moveatur, p ut mobile est et potentia moveri dr. Hinc colligit motus definitionē antea allatam congrue et decenter traditam esse, Motum sane actū esse entis in potentia ut potētia ē, qm qcqd movetur ut ptate est dr moveri. Sed qm definitio hec cui alicui suspicionē afferre potuisset, motum actum et pfectionē esse rei que movetur sedm ppriam eius essentiam, Capp. hg in Cont. q declarat motum perfectionē non esse alicuius mobilis sedm essentiam, sed p ut potentia ē ad aliq Accidens et sibi extrinsecum acquirēdū sicut ipse aque aut aeris etc declarat, dum eī aqua excalefit excalefactio nō est pfectio aque ut aqua est qn imo excalefactio est aque imperfectio, cū nō aque adversetur caliditas ipsa, sed excalefactio dr ā aque pfectio p ut potentia est ad ipsam caliditatē, ita ut motus pfectio q dā secūdaria rei mobilis esse dicatur. Hinc Arist: contra Veteres refutat motum neq equalitatem esse aut inequalitatem neq diversitatem aut non ens, qm si motus equalitas esse Omne inequali alteri transmutaretur si quoq diversitas foret, ubicunq diversitas esse ibi moveretur neq non ens dici pt sed igt motus essentia in alio constituta nō est nisi in gne actus imperfecti. Enimvero Excalefactio actus q dē ē et perfectio potentiam includens ad pfectionē terminum et summā caliditate

lectio 7

Ceterum si veterum Philosophorum sententia intimius perscrutatur, reipsa ab Arist. sententia non recedit, cum n. dixerint motum aut inaequalitatem aut diversitatem esse, non intellexerunt motum essentiam in diversitate, aut in inaequalitate positam esse quoniam ea sequerentur incommoda quae ab Arist. allata fuerunt vz. omne diversum et inaequale moveri, sed intellexerunt ex consecutione quadam motum diversitatem et inaequalitatem esse, quoniam ad motum consequitur unum alteri diversum esse Nam si aqua frigida excalefiat, ex huiusmodi alteratione ipsa aqua diversa fit ab alia aqua quae frigida est, nec non ex motu unum alteri inaequale efficitur. cum n. quod excrescit et augetur per hunc motum incrementi alteri inaequalis efficitur qui imminuitur. Similiter motus apud veteres dicitur esse non ens, non quidem simpliciter ita ut nihil sit quia non ita mentis impotes erant, ut non spectarent motum aliquid esse, sed tamen motum non ens esse asseruerunt quoniam motus est actus quidam imperfectus et potentia permixtus, et quoniam Regula est, quod imperfectum respectu perfecti privatio et non ens appellatur, eodem autore Arist. 1. de generat. 19 ubi terram quae est imperfectior igne non ens appellavit, idcirco antiquiores spectantes motum quodammodo esse imperfectum, propterea ipsum non ens appellarunt, et hunc in modum priscorum sapientum sententia intellecta reipsa ab Arist. non recedit, ex qua motus imperfectione inquit Arist. non levis oritur difficultas cognoscendi et intelligendi motum, Nam quae imperfecta sunt, quaeque admixtam potentiam habent ardua

et difficultate cognita sunt, in quo genere sunt materia prima tempus
pariter et motus, et id genus consimilia, quae levis
essentiae sunt, sicuti et contra Entia quae praestantiora et
perfectiora sunt facilius cognoscuntur, verum explicanda causa
est huius difficultatis cur scilicet ea quae imperfectiora sunt diffi-
cilius ab intellectu percipiantur, quae res ut intelligatur
est advertendum, quod sicuti in rerum universitate, duo
Entium genera reperiuntur, Quorum alia perfectissima sunt
alia imperfectissima. Primi ordinis sunt Deus et Intelli-
gentiae. 2i ordinis, materia prima, tempus et motus,
ita difficultas intelligendi ex duplici fonte oritur, diffi-
cultas enim cognoscendi ea quae perfectissima sunt, ex rebus
ipsis non oritur, nam cum huiusmodi maxime actus sint, qui
ex Arist. 9 Metaphys. est causa intelligendi, huiusmodi sua
natura apta nata sunt ut intelligantur. Enimvero Deus Opt.
caeteraeque divinae mentes suapte natura apta nata sunt ut in-
telligantur, sed tota difficultas illas intelligendi ex
parte intellectus oritur quippe quod ad earum cognitionem
non facile attolli potest, respectu cognitionis Dei et intel-
ligentiarum ita sese habet sicut oculus Noctuae respectu
Solis, ut Arist. 2 Metaph. scripsit. Enimvero Sol
sui natura maxime visibilis est, quod vero difficile et ab oculo
Nicticoracis nec non et hominum perspectu, id non provenit
ratione Solis sed ex imbecillitate oculi nicticoracis
qui Solis splendorem ferre non potest. Difficultas vero cogno-
scendi ea quae imperfectissima sunt, non ex parte Intellectus

exoriuntur sed ex parte rerum que imperfectae sunt, sicuti docuit Arist: 2° Metaphys: a. Ratio itaque cur motus et tempus cum difficultate ab intellectu capiantur huius causa non intellectui sed motui et tempori accepta referri debet ——

Lectio 8ª Cum primam motus definitionem Arist: attulisset hac in parte instituit secundam motus definitionem afferre, ea est autem, Motus est actus mobilis in quantum mobile, huius veritatem probare volens assumit id quod antea acceperat, videlicet Omne movens naturale moveri, quod dupli ci ponit: Argumento ostendit, quorum primum illud est, Omne illud cuius immobilitas quies est movetur, sed omne movens naturale ita se se habet quod eius immobilitas quies est, ergo omne movens naturale non solum movet sed et movetur. Pro intellectu autem ma ioris propositionis advertendum est, magnum discrimen esse inter immobilitatem et quietem. immobilitas enim est negatio motus sine propensione et aptitudine ad motum, unde illa quae non movent nec habilitatem seu aptitudinem habent ut moveant, immo bilia esse dicuntur. et propterea tres optimi caeteraeque divinae mentes quia non moventur nec aptitudinem habent ut moveantur non quiescere sed immobiles esse dicuntur. quies vero est privatio motus cum aptitudine ad motum, unde illa quae non moventur, sed ad motum propensa sunt quiescere dicuntur, Ideirco volens Philosophus discrimen indicare inter immobilitatem et quietem dixit, Movens omne naturale, cuius immobilitas quies est et omne movens naturale quod quiescit propensionemque ad motum habet movetur. Altera vero huiusmodi est, Movens naturale movet per contactum quoniam est movens corporeum quod sane non movet alterum, nisi illud contangat, sed dum tangit

corpg q movet etiā tangitur, igr̃ Movens n̄ale in mo-
uendo mouetur. Unde inter Movens incorporeū et Cor-
poreū ea dr̃ia est, q movens incorporeū et magnitu-
dinis expers sicuti est Deg Opt: mobile movet ut celeste
globum non per Contactum, qm̃ contactus corporum est
et illa sese tangere dicunt q corporea st, ut memorie
prodit 1 de gn̄ets. Cont: 44. Sed propriā mobile movere
dr contactu ut aiunt virtuali, p ut virtute sua volū-
tateq celeste corpus in orbem movet, ita ut intelligere
uelle media sint, quibg Deg Opt: celum movet, At movens
corporeū alterū non movet nisi tangendo, qm̃ non movet
nisi instrto corporeo, sed qm̃ movens n̄ale nō movetur
in quantū movens, sed p ut mobile e, hinc Ph̄s secundā
motus definitionē deducit, dicens Motus est actus mo-
bilis in quantū mobile, quia unumqq q movetur in quā-
tum mobile movetur, q scda definitio motg eo discrimi-
ne a priori distinguit, ut hoc in loco egregiè declarat
Quer: q pa magis demonstrat ēentiā motus, qm̃ dat
q ppriā motus essentiā, que est actus permixtus po-
tentia vel imperfectg. Secunda uero, q subiectum
datur q non attinet ad essentiā motus, datur n. per
mobile q subiectū motus est ipsumq defert, sed prior
motg definitio quavis magis exprimat ēentiā motg
magis occulta et recondita e, scda uero evidens
magis et manifesta, evidentiq n. est mobile, quam
actus potentia. Cappter eā hoc secunda q mobile tradita
sit, pa vero q actus q ptate est, pptrea 2a hoc definitio

apertior evidentiorque est quam prior. Motus secunda
motus definitione ipsaque comprobata Phys. in Cont. 18 et
infra Tres movet dubitationes, quarum prima est, An
motus sit in movente vel in mobili, quae dubitatio inde
occasionem habet, quoniam cum motus sit actus mobilis et
a movente proveniat, hinc oritur dubitatio, utrum in mo-
vente sit aut in mobili. Secunda est, An sit idem
et unus actus qui a movente provenit et in mobili
recipitur, aut diversi sint actus. Ultima dubitatio est
An actio et passio sint unum et idem. Quibus sane
dubitationibus Arist. occurrens Primam sic resolvit quod motus
proprie in mobili reperitur non autem in movente, quod ipse
ita ostendit, quoniam actus et perfectio in eo reperitur, cuius
est perfectio quodque denominat, quoniam ut dicit Arist. in
praedicamentis qualitas est illa secundum quam quales deno-
minamur, et proinde qualitas et unumquodque accidens
in eo reperitur quod denominat. Item vero motus est
perfectio mobilis, ipsumque denominat moveri, ergo motus
ut in subiecto in mobili reperitur non autem in movente
bene verum est motum reperiri in movente, ut in causa
effectrice, quatenus in movente facultas et vis inest
producendi motum in mobile, sicut dicimus creaturas
quaslibet accidentiaque omnia in Deo Opt. reperiri, non
quidem ut in subiecto, sed efficienter quia ut in Deo Opt.
reperitur vis et facultas, quaslibet creaturas et omnia ac-
cidentia producendi. Secundae dubitationi ita occur-
rit Motum quia a motore in mobile efficiatur

vnum eundem actum esse et operationem, quia actus ille
et operatio quae à mouente promanat, in mobili recipitur
cuius rei illud est argumentum, nam excalefactio vna et eadem
numero ab igne progreditur et in ligno recipitur, similiter
actus docendi praeceptoris in discipulo est vnus et nume-
ro idem, nam doctio siue mea siue actus docendi quae à
me proficiscitur et in illo recipitur est vna et eadem
numero. quamobrem motus, qui est actus mobilis à motore
promanans est vnus et idem numero, ita ut ita dicendum
sit, motus est actus et perfectio mobilis numero eadem
cum actu et perfectione quae à mouente promanat
Ex quo sequitur tertii Dubitationis solutio, quod actio et
passio nihil aliud sunt nisi motus, nam excalefactio
quae ab igne progreditur quae actio dicitur, et quae in aqua re-
cipitur quae passio est, nihil aliud sunt quam ipsa alte-
ratio et excalefactio. sed ratione tamen et respectu
differunt inter se, nam motus ut respicit agens
et ab ipso promanat actio nuncupatur, ut uero
idem motus in mobili recipitur passio appellatur
sicuti etiam licet idem sit actio et passio quae prouenit à
docente, et recipitur in discipulo, quae nihil aliud est nisi
actus docendi; tamen distinguuntur ratione et respe-
ctu prout n. actus docendi prouenit à docente
actio dicitur et doctrina: Eadem uero ut recipitur
in discipulo passio est et disciplina nuncupatur
itaque actio et passio re vnum et idem sunt quia nihil aliud
sunt nisi motus ipse discrepant autem inter se ratione et

respectu put-n. rōne habet ad Agens actio dr
Eadē vero agentis actio, ut respicit mobile in
eodē quo suscipitur passio dr.

Lectio 9ª. Allata 2da motus definitione in Cont: 16 tribusq̃ aliis difficul
tatib. solutis q ab Arist: ppositę fuerūt. Tandē Phs in Cont 23
tertiā motꝫ definitionē assignat q̃ huiusmōi ē. Motꝫ ē actꝫ
mobilis à motore, q̃ sane eo discrimine a pª et à 2ª di
stinguitur, q pª per formā dat ppriā q motus essentiā
2da vero per subiectū tm̄, et ppterea materialis ab Auerr.
nuncupatur. 3ª vero et ꝓ materiā et ꝓ cām Effectricē data ē
ac proinde magis absoluta magisq̃ ꝓfecta ē quā formula
ita ut tres istę definitiones hoc ordine sese habeāt, q pª
maxē omnium motus Essentiā demōstrat, sed magis occulta ē
quā cęterę duę. 2da vero licet minꝰ exprimat essentiā motꝫ
tn̄ magis euidens est et aperta quā pª. postremo vero qm̄
et subiectū et efficientē cām cōplectitur a qb. motꝫ depēdet
absoluta ac magis perfecta ē. quib: trib: definitionibꝫ
tota consistit cognitio de motu in vniuersū, atq hoc ipso
Cont: 23 finē imponit tractationi de motu in gnē, verū
qa non solum satis est subiectū explicasse, sed et de pro
prietatib: affectionibusq̃ rē cōsequentib. disserere opere
ꝓciū ē, cappcū de motu egerit, ad tractandū de passio
nibꝫ motus sese accingit, atq pm de infinito tractare
aggreditur, inquirens utrū motꝫ sit finitꝫ vel infinitus, ꝓbās
infinitū minime reperiri, ut subinde cōcludat vniq a cor
pus nāle pariter motū finitū esse et terminos cohiberi
Causa vero cur prius Arist: de infinito agat quā de Continuo
ea est, qm̄ enī in ꝓo Cont: huius 3i dixerit in Cōtinui

definitione infinitum poni, et proinde confirmi ~~definito~~ cognitionem ex infinito pendere, cuius propterea de infinito sine quo continuum definiri non potest disserendum erat. De quo Arist. in hac 3 libri 2 parte orationem habet, cuius quod scientiam ut brevi quadam oratione complectamur, Illud animadverti debet, infinitum quadripartito dividi et secari. Aliud .n. dicitur infinitum mole et magnitudine quod spectat ad spatii ~~quantitudine~~ continuam: Aliud vero dicitur esse infinitum multitudine et numero quod attinet ad quantitatem discretam Tertium est infinitum duratione quod aeternum appellant. Postremum dicitur infinitum secundum virtutem agendi potentiam quod etiam a Philosophis infinitum in vigore appellatur. Ut autem unumquodque membrum expendamus, et quod non in rerum universitate adinveniatur, et quod nequaquam intelligi possit. Arist. universam scientiam ad haec veluti capita redigimus. Si de infinito secundum magnitudinem sermo sit, huiusmodi infinitum in rerum natura minime reperitur, siquidem in rerum universitate corpus ullum haud reperitur, quod propriis terminis determinatum non sit, sive sit corpus aeternum sive mortale. quinimmo sententia est Arist: primo Physicorum Cont 33 ubi inquit quod omnia corpora Naturalia secundum maximum et minimum determinata sunt hoc est maximam quantitatem sibi praefiniunt, minimamque singula corpora naturalia ultra quam consistere non possunt homo .n. sub magnitudine Elephantis, sub nec formicae magnitudine consistere non ~~posset~~ potest, idipsum Arist docuit 2 de Anima Cont 41. Omnium naturalium constantium terminus est Magnitudinis et augmenti. Ratio vero cur simul a corpore naturali praefinitam habeant quantitatem ipsi

formas accepta referri debet, sicq de ois forma substa
sicuti in nra si materiales fuerit ignita reperiet
ppriasq dispositiones in debita quadam mensura ex-
poscit, ita quis forma cfinita magnitudine e quo
titate requirit, qua consistere suasq operones x comode
exercere possit. Nam proinde infantis aia aut gnare
aut mouere non pt, qm adhuc conuenientem qnatitate
non habet, qua istorc munera exercere possit qn
imo no solu forma q mtes corrupta e sed etiam for
ma aeterna sicuti e intelligetia aut lunae aut Satur.
ni, ita cfinitam qntitate sibi requirit, ut si intelli-
gentia orbis lunae superiori orbi ut pote Mercurij
uel Jouis uniretur, aut orbes illos no moueret
aut cu difficultate, qm cu sit finitae virtutis atq
potentiae, qlibet corpus cuiuscunq magnitudinis mo-
uere no pt, sed q sibi pportionatu e, cu inter mo-
uens q finitae e uirtutis e corpus q mouet pportio
reperiri debet. quadre corpa nralia si cfinita de-
terminataq sunt nec in infinitu adaugeri possint
id totum formae referimus, quae leges e terminos
unicuiq corpi nrali imponit, in quo conseruetur e
operetur, proinde hoc 3o Phys: cont 60 Forma ab
Arist: terminus e finitum quoddam appellatur
2a. Enunciatio ea e, si de infinito secdm multi-
tudinem e numerum oio sit, multitudo infinitum secdm
multitudine e numerum no reperitur, q ita conclusio

ita intelligenda, quod in rerum natura non reperitur infinitum
secundum numerum aut multitudinem actu, ita ut reperiantur
infiniti homines in actu, quibus alij homines superaddi
non possint, nam infinitum in actu illud est cui additio
fieri non potest, quoniam si ei aliqua additio fieri posset, aut
non esset infinitum, aut si infinitum esset, aliquid infinito
maius reperiretur quod dici nequit. Cum ergo multitudini
hominum semper alij et alij adijciantur qui de novo oriuntur, propterea
infinitum secundum multitudinem in rerum natura actu non reperitur.
Tertia Conclusio est. Si loquamur de infinito secundum
durationem, quod nihil aliud est nisi aeternum, quod extensiue
infinitum appellatur, quoniam ad infinita secula extenditur
huiusmodi infinitum in ordine rerum adinuenitur, siquidem
et Deus optimus et ceterae intelligentiae et corpora caelestia
sunt quae aeterna sunt et duratione infinita, nec id infiniti
genus ab Arist. reijcitur. Postrema Conclusio quod si de
infinito secundum virtutem et agendi potentiam loquamur
quamuis res de hac apud Arist. interpretes con-
trouersia sit, quoniam alij contendunt ex Arist. sententia Deum
optimum esse infinitae potentiae ut Tomas et Scotus, alij
vero esse finitae virtutis et potentiae sicuti ceterae
intelligentiae ut Auerr. et sectatores. nihilominus
si Arist. argumenta perpendamus resolute dicendum quod
infinitum secundum virtutem et potentiam secundum Arist.
non reperiri, neque Deum optimum esse infinitae virtutis, aliquin
finitae potentiae, quoniam si infinitae esset virtutis infinita

moueret velocitate atque in instanti, quia virtus
quo maior eo velocius mouet. Ergo si maxima fue-
rit et infinita, velocissime ac proinde in instanti
mouebit, quod cum dici nequeat non dici potest Deum esse
infinitae virtutis, unde egregie dicit quidam quod quaelibet
forma siue mortalis siue aeterna finitam habet virtutem
licet discrepent inter se quod mortalis est durationis fi-
nitae et corruptibilis, abstracta vero duratione
infinita et aeterna. Sed licet id quod comperto secundum
Arist. placita tenendum sit tamen quia sacrosanctae re-
ligioni nostrae aduersatur, quod tenet Deum opt. esse
infinitae virtutis atque potentiae cui et fides adhibenda
absque ulla hesitatione, expendar in parte Arist. senten-
tia ut impie relinquenda est. Quamobrem ex Arist.
sententia triplex infinitum non reperitur, scilicet secundum magni-
tudinem, multitudinem et virtutem, et solum admittit
quod secundum durationem infinitum appellant et sic termi-
num habeant quod in hoc 3o ab Arist. explicatur

Cum tertij libri Physicor. finē et fastigium imposuerim nunc quartum librum aggredior, cuius initio tria primum praefationis loco a nobis expendenda sunt. Primum Connexio huius libri cum superiore. 2m. quod nam sit consilium Arist: quod proponit in hoc libro. Postremo totius libri partitio atque divisio in suas partes. Quo ad primum. Nectitur liber iste cum superiori in hunc modum, cum Arist. priori libro de motu in universum tractasset, reliquum erat agere de proprietatibus et affectionibus motus, cum non sat sit rei essentiam novisse, sed et rei affectiones intelligere operae pretium sit. Cum autem sub finem 3i infinitum reiecisset et ex consequenti ostendisset motum finitum esse, reliquum erat agere de ceteris motus proprietatibus, Tales autem sunt locus tempus, et secundum veteres uacuum. idcirco in hoc 4 libro Physicorum de his tribus agere instituit, ex quo statim apparet consilium propositumque Arist: esse in hoc 4 libro disserere, disserere de loco, uacuo et tempore, quae proprietates sunt motum insequentes tametsi duo revera ut locus et tempus sint motus proprietates, uacuum uero solum ex Antiquorum consensu motum insequatur. Partitur autem quartus hic liber in tres principes partes, in quarum prima quae incipit a Cont: po usque ad 50 Arist: agit de loco et quoniam ex Veterum sententia locus nihil aliud erat nisi uacuum, oapp in secunda parte quae incipit a Cont: 50 usque ad 87. de uacuo orationem habet, uerum quia motus nedum fit in loco sed etiam fit in tempore, idcirco in ultima parte quae ab 87 cont: ad finem usque libri Arist: cumulate agit de tempore. Acturus autem Arist: primum de loco in Cont. po. intentiam suam proponit de loco videlicet tractandum esse

nec non explicat q de loco tractanda sint, ingens ingredi
esse Utrum locus sit nec ne: quomodo se se habeat locus et
quid sit, et quoniam inter Problemata dicitur ordo servies ue repe-
ritur ut primum migratur An res ipsa sit, et postea quid
sit. idcirco ille primum disputare aggredi, utrum locus
in rerum natura repperiatur et sit,. Sed prius q tractationem
hanc aggrediatur ostendit quam ardua quamue difficilis
sit loci tractatio, inquiens non admodum facile esse pertractare
de loco et presertim que sit eius natura, cuius tractationis
difficultatem provenire inquit ob multas diversasque loci
proprietates. Ex una parte n. uidetur locum habere rationem
formae quia terminat id q in loco continetur terminus
autem formae rationem habet. ex altera parte uidetur materia
quoniam locus recipit locatum, recipere autem materiae convenire uidetur
Ex altera parte uero nec unum nec alterum esse uidetur
cum locus non sit pars rei locatae, atque a re locata facile
divelli separarique possit quae duo neque materiae neque formae conveniunt
cum materia et forma sint partes compositi, neque a composito
separari queant, quibus de causis quamvis summe ar-
dua oritur tractatio de loco, tamen Arist. hanc difficul-
tatem non reformidans audacter loci tractationem aggreditur
primumque ostendit locum existere et reperiri, primo quidem Ve-
terum Autoritate qui dixerunt Omnia Entia naturalia
in loco adinveniri, quoniam imo omne quod est in rerum natura est in loco
consistere, quia q non est sicuti Chymera nullibi consistit
quae ratio ex Antiquis desumpta diligenter consideranda
est, siquidem propositio ab antiquis accepta dicentibus

Omne quod est in rerum natura in loco reperiri, falsa est neque sub
hac universalitate ab Aristotele recipitur, siquidem Deus opt:
caeteraeque substantiae separatae perfectissima Entia sunt, et tamen loco non
circumscribuntur, quoniam incorporeum et quod spiritus tantum est loco
coherceri non potest, quin immo ut infra suo loco declarabitur
non omne corpus est in loco ex Aristotelis sententia, sicuti est ulti:
ma sphaera, quae cum extra se aliud corpus circumambiens
non habeat a quo contineatur, in loco non consistit, sed
causa cur Antiquiores in eam devenerint opinionem ut di:
xerint Omne quod est in loco repperiri ea fuit quia arbi:
trati sunt, omne quod est corporeum esse et solum quae
sensibus subiecta sunt, in rerum natura consistere, quae vero
sensus subterfugiunt sicuti sunt incorporea ista hoc non reperiri
propterea dicebant esse converti inter se, Omne ens sensibile
est, et omne sensibile est Ens, insensibileque et non ens
pariter converti, cum itaque secundum Antiquos Entia so:
lum corporea sint, haec autem sint in loco propterea statuerunt
Omne quod est, alicubi esse et in loco reperiri, Arist: autem
quamvis sententiam hanc non probet in hoc, illorum tamen sententiam
recipit, quo ad id quod dicunt locum esse. Secunda ratio
qua Arist: probat locum esse huiusmodi est, motus secundum locum
reperitur igitur et locum esse operaepretium est, consequentia ex
eo patet, quoniam motus absque loco fieri non potest. 3.a Sub
eodem persuadet. illud ad quod corpora naturalia secundum naturam
moventur aliquid est, iam vero corpora naturalia secundum
naturam moventur ad proprium locum et ibi requiescunt
igitur locus in rerum natura aliquid est, quin imo non solum inquit

nigl locus reperitur, quin in qt eo virtus quedam inest conseruandi locatum, sequi deinde illud sensus nos docet plurima corpora naturalia in quibusdam locis conseruari, e contra uero in quibusdam corrumpi et destrui. Tandem id ostendi potest ex responsione quorundam antiquorum firmant consensu quia asserunt lebs mundum de nouo genitum esse, ante mundi generationem confusam quandam molem quam Chaos appellant posuerunt in quo tanquam in loco naturalia Entia confuse continebantur. Ex qb. concludit locum in rerum natura reperiri et esse.

Sed hac in parte illud est animaduersione dignum quo nam pacto in loco virtus conseruandi locatum inesse possit, cum locus ex sententia Arist. superficies sit corporis continentis, superficies autem quantitas est, ut habetur in praedicto quantitatis, quantitas autem nullam habet vim conseruandi, ergo nec locus vim conseruatiuam habet. Pro solutione illud aduerto locum bifariam concipi posse Uno modo ut superficies tantum est. Alio modo ut primas qualitates coniunctas habet. Si primo modo accipiatur locus nullam habet uim conseruandi ut ostensum fuit. Si uero 2° modo uim et conseruandi et destruendi habet. Nam si in loco similes qualitates fuerint locato, tunc locus locatum ipsum conseruat, quia simile simili conseruatur atque fouetur. Si uero contrariae qualitates fuerint in loco locato locus destruit remque locatam in eo corrumpit quia Contraria contrarijs corrumpuntur, hinc uidemus nonnullas plantas in aliqua mundi parte conseruari

quas si in

i Excell: Arcang. in 4 Physic:

quae si in aliam mundi plagam deferantur supplantanturque deficiunt et corrumpuntur. pariter quidam homines in quibusdam regionibus conservantur in quibusdam vero regionibus aegrotant et male afficiuntur, propter similitudinem et contrarietatem quae inter ipsorum complexionem et loci qualitates aestimentur. Cum itaque Philosophus dixit locum vim conservandi habere, locum non accipit ut superficies tantum est, sed ut primas qualitates sibi coniunctas habet quae cum rei locatae similes fuerint optime locus ratione istarum qualitatum rem sibi locatam conservare potest. Sectio 2a.

Cum hactenus Philosophus ostendisset locum esse, modo hac in parte probat locum in rerum universitate non reperiri, qua ratione factum est, ut ultro citroque rationes afferendo ipsa rei veritas magis conspicua fiat, idque potissimum tribus rationibus persuadet. Prima est si locus aliquid esset, aut corpus esset aut aliquid incorporeum, corpus quidem esse non potest, quoniam tunc duo corpora simul essent, nempe locus qui corpus est, et corpus quod loco continetur, neque quid incorporeum dici potest, siquidem quod incorporeum est corpus recipere non potest. Secunda ratio huiusmodi est, si locus in rerum natura reperiretur cum virtutem ut aiunt habeat conservandi, aut ipse esset materia aut forma. sed neutrum istorum dici potest quoniam materia et forma corporis naturalis partes sunt quae loco non conveniunt, quippe qui rei locatae pars non existat. Tandem idipsum probat hac ratione si locus est, igitur erit in loco cum omne quod est alicubi reperiatur, sed si in loco erit, processus erit in infinitum, quia et locus adhuc in loco erit, ex quibus alicui videri potest locum ipsum non reperiri. Sed quoniam locus ipse maximam cum materia et forma affinitatem habere videtur, ideo Philosophus inquirere proponit utrum locus sit materia vel forma. ut ex hac in quaestione utrumque problema absolvatur et an

locus sit et quid sit, idque Arist. tractat a Cont. 14 et infra usque ad Cont. 20. id aut Arist. tractaturus duo primum accipit, quorum alterum est, aliquid esse in loco duobus modis. Uno modo secundum se et non beneficio alterius. Alterum vero ex accidenti et alterius ope. Secundum quod accipit Themistius est duplicem locum esse unum qui communis est. Alterum vero qui proprius est. Communis ille dicitur, qui plura corpora continet atque complectitur sicuti coelum est, quod quidem ambitu suo ista inferiora complectitur. Proprius vero is dicitur, quod unum tantum corpus particulare circumscribit et ambit, ut vas continens aquam proprius aquae locus dicitur, quoniam solum aquam et nullum aliud corpus in se continet. His sic Paraphrastes inquit Themistius Nunquid locus materia aut forma sit ostenditque primum locum formam esse hoc pacto. Terminus rei forma est, quoniam rem terminare proprium formae est; iam vero locus terminus est rei locatae, igitur locus forma est. Ex altera parte probat duplici argumento locum formam non esse sed potius materiam et primo sic recipiens alterius materia censeri debet, quoniam recipere materiae proprium est. iam vero locus rem locatam in se recipit itaque locus materiae rationem subire videtur. quod idem Platonis auctoritate confirmat in Thimaeo, ubi Plato locum et materiam idem esse asseruit. Verum quia in re peradua et perdifficilica Methodo est incedendum ut utraque ex parte rationes afferant quo facilius veritas ipsa inveniri possit, idcirco Themistius ut faciliorem viam sibi pararet ad probandum et locum esse, et quid sit probat locum neque materiam neque formam esse, Primo aut ita ostendit loci proprietates neque materiae neque formae conveniunt, igitur locus neque materia neque forma statui debet, id quod assumitur ex eo patet

quoniam loci proprietates duae sunt, prima quod locus absque interitu et
corruptione locati ab eo divelli separarique possit, ut liquido
constat de vase in quo aqua reperitur, quod quidem ab aqua
contenta absque aquae corruptione divelli potest. Secunda
proprietas ea est, locum non esse partem rei locatae, ex quibus duabus
loci conditionibus discursus ita erigitur, materia et forma a
naturali corpore absque eius interitu divelli et separari non possunt
naturalisque corporis partes sunt. Locus vero a re locata absque eius
corruptione separari potest, neque rei locatae pars est, igitur locus
neque materia neque forma esse potest. Secundo ita probatur, naturale cor-
pus ad proprium locum secundum naturam movetur, sed non movetur
ad materiam et formam, cum naturale corpus materiam et formam in-
tra se teneat, igitur locus ~~materia et formam intra~~ se aut forma
dici nequit. Tertio. Sursum et deorsum sunt differentiae
loci non autem materiae et formae, quoniam materia et forma his differen-
tiis ut sursum et deorsum minime circumscribuntur, igitur materia
et forma loci naturam subire non possunt. Tandem id hac
ratione ostendit. Si locus materia et forma esset, illud sequeretur
locum re vera moveri cum locato, quod a veritate dissentit.
Argumentum ita deducitur, quoniam materia et forma ex accidenti
moventur ad motum corporis naturalis in quo sunt, quia ut
docuit Arist. in Topicis motis nobis moventur et ea omnia
quae in nobis reperiuntur. Si itaque locus materia aut for-
ma esset, materia et forma moveantur ad suum motum compositi
igitur et locus una cum locato moveretur. quod cum falsum sit,
asserere quoque id falsum est, locum materiam aut formam esse.
Sunt inde rationibus allatis ut gradus et via aperiatur
ad statuendam loci naturam, et ad dissolvendas rationes quibus

omnino fuit locum non esse. Philosophus in Cont: 20 declara
re instituit, quot modis alterum in altero contineri dicatur
statuitque pluribus modis unum in altero contineri, et primo
unum in alio contineri sicut pars in toto, manus enim et
brachia in corpore continentur sicuti partes in toto, Alio
modo sicuti totum in partibus. Enimuero vniuersum corpus
in brachijs manibus et pedibus contineri dicitur, tanquam in par
tibus ipsius integrantibus. dicitur autem totum in partibus contineri
propterea quod totum absque suis partibus consistere minime potest
Alio modo dicitur aliquid in alio contineri ut species in genere. Eni
uero species sub ipso genere continetur sicut homo et equus
in animali continentur, proinde Porphyrius in praedicamentalibus
dicebat, species est quae sub ipso genere continetur. Alio modo
aliquid in alio continetur ut genus in speciebus, sicut animal
in suis speciebus contineri dicitur, dicitur autem genus in speciebus con:
tineri propterea quod genus ipsum ut animal absque speciebus in rerum
vniuersitate consistere non potest. Nam docuit Aristoteles in
capite de substantia, sicuti corruptis individuis species abolentur
ita corruptis speciebus genera auferuntur. Sed animaduertendum
modo diuerso speciem in genere, et genus in specie contineri
species enim in genere potentia continetur, non enim animal actu
homo est aut equus, sed potentia utrumque est, hinc in
Philosophia dici solet vniuersalia quae sub ipsis continentur inferio:
ra potentia continere. At species actu continet genus
homo enim actu animal est, et proinde apud Philosophos dicitur infe:
riora actu superiora continere. Alio modo unum in
altero dicitur contineri ut in causa efficienti, sicuti

dicimus unumquamque rem creatam in Deo Opt. contineri
non quidem actu quia homo et equus actu in Deo Opt.
non continentur sed virtute et eminenter, prout Deus Opt.
potestatem habet omnia producendi. Sic filius dicitur in patre conti-
neri virtute et causaliter prout in patre virtus inest filium
producendi. Insuper alterum in altero dicitur contineri ut
in materia et in subiecto, sicuti sunt formae omnes siue sint
substantiales siue accidentariae. Postremo unum in altero dicitur
contineri sicuti in loco, de quo essendi modo, Arist. hac
in parte orationem habet. Lectio 3a 28 Februa.
Quot modis unum in altero contineri contingat ab Arist: iam explica-
tum, in hoc Cont. 28 postea Zenonis Argumentum persoluit quo probare
conabatur locum non reperiri, aiebat enim si locus esset, igitur alicubi repe-
riretur, igitur locus esset in loco, atque ita processus esset in infinitum
Soluit Arist. inquiens locum utique esse, et alicubi reperiri, non tamen in
loco, quoniam ut antea declaratum est, non omne quod in alio reperitur
in eo ut in loco continetur, sed cum locus superficies sit, superficies
autem in corpore reperiatur ut in subiecto, profecto locus in alio erit non
tanquam in loco, sed ut in materia et in subiecto. Quod postea sanitatis exemplo
illustrat. Enimvero sanitas aliquid est, et alicubi reperitur, quoniam
in proportione temperamentoque quatuor humorum consistit, non tanquam
in loco sed ut in materia et in subiecto, qua dubitatione sic disso-
luta cum iam tempus esse videretur, loci definitionem peruestigare
eiusque naturam explicare. Exponit postea in Cont: 30. loci definitionem
investigandam proponit. sic inquiens (hac igitur sunt dubitata quid autem
tandem sit locus, hinc manifestum fiet). Sed quoniam ea quae occulta et
recondita sunt ex iis innotescunt, quae sensibus conspicua et mani-
festa sunt cuiusmodi accidentia sunt, quae ut inquit ~~expressit~~ expressit
Arist. 1 de Anima Cont: 11. plurimum conferunt ad cognoscendum quid est
et rei naturam, Exemplo et Medici latentem morbi essentiam percipiunt

atque cognoscunt. Caput 4m huius loci conditiones et proprietates
primum explicare proponit, ex quibus loci definitio apposite
poterit adinveniri, indagaturque autem loci definitionem proponit
et qualis loci definitio esse debeat, inquiens futuram loci de-
finitionem talem esse qualis uniuscuiusque rei perfecta de-
finitio esse debet, quae tres potissimum conditiones habere debet
1a est ut definitio rei essentiam et naturam patefaciat. 2a est ut
per ipsam definitionem accidentium propriorum causae aperiantur. Po-
strema est ut definitio ipsa et difficultates omnes circa rem
contingentes e medio tollat. Quod si haec tria definitio
non constituerit, ut ipsemet testatur relinquitur 1o de anima cont. 11
inanis et dialectica esse dicitur, explicans autem pro loci de-
finitione invenienda quas conditiones, 1a namque est ut locus
contineat locatum et non sit pars aut aliquid alterius rei locatae
2a. Conditio est ut locus neque maior neque minor sit locato
sed rei locatae prorsus aequalis, 3a est ut locus a locato
divelli separarique possit, et e contra locatum a loco sine ullius
vel alterius interitu. Postremo est locum habere differentias po-
sitionum sicuti sunt sursum et deorsum, His veluti principiis
maximeque ad loci naturam explicandam maxime inservientibus
quasdam ponit divisiones, quarum prima ea est. Aliquid moveri
duobus modis, uno modo per se. Alio ex accidenti, illud per
se moveri dicitur, quod per se consistit, nec ad alterius motum movetur
sicuti homo aut equus, qui per se ipsos et solitarie moventur
illa vero ex accidenti moveri dicuntur, quae per se sola
non existunt et ad motum alterius moventur, et haec rursus
quaestionis in duplici differentia sunt. Alia enim sunt, quae ita ex accidenti
et ad alterius motum moventur ut per se ipsa nullo pa-
cto moveri possunt. sicuti sunt accidentia omnia nec non
materia et forma, quae cum numquam per se consistere possint

sed in alio semper sint, semper ad motum Compositi mo:
veantur et per se numquam moveri possint. Alia vero sunt, quae
licet ex Accidenti moveantur per se tamen et solitarie quoque mo:
veri possunt, sicuti sunt partes corporis ut manus caput et
brachia, quae licet cum toti coniuncta sint, ad motum totius
moveantur ex accidenti, si tamen divulsae discretaeque fuerint
a toto per se ipsa moveri possunt. His sic ab Arist: con:
stitutis in Cont: 35. loci definitionem concludit, inquiens
locum nihil aliud esse nisi superficiem extimam corporis continen:
tis, sicuti superficies concava vasis locus esse dicitur, in quo
aqua ipsa continetur, sicut et apud Philosophos dicitur Concavam
orbis lunae superficiem locum esse, in quo ignis in propria
sphaera, ut in proprio loco continetur, quod Arist: ita persuadet,
Nam locus, aut est materia, aut forma, aut spatium et in
tervallum quod est inter latera alicuius corporis aut superficies
corporis continentis. Iam vero materia esse non potest, quoniam ex
suppositionibus acceptis locus non debet esse pars rei lo:
catae, separarique potest a locato, iam vero materia pars est corporis
naturalis nec a corpore naturali divelli separarique potest absque corporis
naturalis interitu, igitur locus non est materia. Et per eandem rationem
locus non est forma, neque locus dici potest spacium aut inter:
vallum aliquod separatum quoniam spatium hoc cum trifariam dimensum
sit sit longum, latum, et profundum, corpus est. Sed cum corpus
necessario sibi locum vendicet igitur hoc spacium requireret corpus
igitur locus in loco esset. Ex quo sequitur locum nihil aliud esse
nisi ultimam superficiem corporis continentis. Cui deffinitioni
addit Arist: locum immobilem esse, quod ex eo ostendit quoniam si
aqua in vase contineatur, a quo postea ipsa aqua removeatur

uel dum in vase continetur, aqua ab aliquo agitetur vas ad motum aquę non mouetur, igr locus imobilis esse debet, Verum ut res ista recte intelligatur sciendum est, q cum locus superficies sit corporis continentis, superficies uero bifariam considerari pt. Uno modo ut terminus e corporis continentis, ut superficies vasis ut terminus vasis e e accidens considerari pt. Alio modo ut continens est, aliud corpus, ut pote aquam. Si 1o modo superficies continentis mobilis quidem est, mouetur superficies uasis ad motum ipsius vasis. Si uero consideretur 2o modo respectu locati, superficies uasis non mouetur ad motum aquę ac proinde superficies in quantum loc est e respectu rei locatæ imobilis esse debet. Et hoc modo intelligit Arist: hoc in loco cum inquit locum imobilem esse. ——

Lectio 4a Locus ut ab Arist: decretum fuit nil aliud est nisi ultima superficies corporis ambientis. Circa quam deffinitionem ea sese offert Dubitatio, quoniam ex eodem Arist: in predicto quantitatis locus e superficies duę sunt species inter se diuersæ e distinctæ, nam ibi continuæ quantitatis species dinumerans inquit, linea, superficies e corpus, e preter hoc loc e tempus quantitatis Continuę species sunt. Jam uero una species altera non est nec de altera enunciari aut predicari pt, non enim homo dr equus, aut linea dr superficies, igr locus superficies dici non pt nec huiusmodi Enunciatio fieri pt dicendo Locus superficies est, preterea superficies e in predicto quantitatis, locus autem est in predicamento ubi, ac differt a predicto quantitatis igr loc superficies esse non pt, alioquin predictum ubi a predicto quantitatis non distingueretur. ut duę obiectiones facile diluantur est aduertendum. Quod superficies bifariam spectari pt. Uno modo ut est mensura intrinseca e terminus internus in quo est

Alio modo ut est mensura extrinseca et terminus rei locatae
ut superficies vasis, ut terminus internus vasis considerari
potest, et ut terminus et mensura continens aquam. Si primo modo
accipiatur unam speciem constituit quantitatis quae superficies est
Si vero secundo modo, alteram speciem constituit quae locus est,
et si hoc modo consideretur secundum has diversas rationes, unum de
altero non praedicatur, nec superficies dicitur locus, nec e contra
iuxta datam Regulam una species de altera non praedicatur.
Sed si superficies consideretur, ut est mensura extrinseca
et in ordine ad locatum hoc pacto locus nihil aliud est nisi super-
ficies prout est mensura rei locatae, Pro solutione autem
secundae sciendum est quod locus et ubi, unum et idem sunt re
et locus ut locatum ipsum circumscribit et ambit, est in
praedicamento ubi non in praedicamento quantitatis, dicitur autem superficies
locus prout est circumscriptiva locati, et secundum hanc etiam
habitum quae est circumambire locatum, superficies dicitur ubi
terminusque motus localis et recipiens corpus locatum, sed
advertendum quod licet locus necessarius sit et pro motu secundum locum
et pro corporibus ipsis. diversimode tamen sese habet ad locum
et ad corpora locata: respectu enim motus se habet ut causa
finalis quoniam locus est id cuius gratia corpora ipsa moveantur
et tandem in eo requiescant et serventur. Respectu vero
corporis locati sese habet, ut causa Effectrix Conservans
quoniam corpora in loco qui similes dispositiones habeat cum
corpore locato in eo conserventur, et propterea ab Arist: text: 8 Phisic.
locus activus et perfectivus corporis appellatur Porphyrius in
Cap: de genere ponit duo esse principia generationis. patrem
et patriam, illum quidem ut Efficientem, hanc vero ut conservantem
quibus sic explicatis ex allata loci definitione Philosophus

in Cont: 43. tria colligit Theoremata Primum est corpus
illud solum loco cohiberi et contineri, quod extra se aliud cor-
pus habet a quo contineatur, nam cum locus sit superfi-
cies corporis ambientis, igitur corpus illud erit in loco quod ex-
tra se aliud corpus habet a quo contineatur et amplexetur
Secundum Theorema est. Corpus illud quod extra se aliud corpus
non habet loco minime continetur, quo fit ut ultima sphae-
ra caelestis, quae secundum Arist: octava est extra se alium
orbem aliudque corpus non habeat in loco minime contineatur
quin immo ipsa aliorum orbium caelestium locus esse dicitur. quod et
rerum ordini maxime consentaneum esse videtur, quoniam sicut in genere
moventium non est progredi in infinitum sed est deveniendum
ad unum movens immobile, et in ordine mobilium est deve-
nire ad unum primum mobile quod ab alio corpore non movetur
ita in genere corporum quae sunt in loco ad unum corpus est deve-
nire quod alio loco non coerceatur, sed ipsum aliis omnium
veluti locus et domicilium est. Tertium hoc inquit si corpus
fuerit extra quod aliud corpus non reperiatur illud in loco mi-
nime continetur. Hinc illud Arist: infert, mundum totum
loco non contineri cum extra se corpus ullum aliud non
habeat a quo contineri possit. Licet verum sit mundi partes
loco contineri sicut sunt Elementa, quorum unumquodque loco conti-
netur. Sed cum iam satis utrumque Problema de loco abso-
lutum sit, et An sit, et quid sit, ut tandem veritas hoc ab
omni ambiguitate vindicaretur Philosophus rationibus superius allatis
probantibus locum non esse a Cont: 47 ad 50 satisfacit. Et
ad Primum cum dicebatur si locus aliquid esset, aut esset
corporeum aut incorporeum, Respondet locum corpus non esse
sed corporis superficiem et proinde cum corpus non sit absurdum
illud non sequi duo corpora simul esse. Secundo
autem ita occurrit. quod licet locus vim habeat conservandi

non ppterea mtā et forma est, qm hae duae rei partes sunt, nec a corpe nāli divelli possunt. Sed locus ē superficies corporis continentis, q vim habet conservandi locatum ppter qualitates similes locato quasi intra se haberet. Cum aut Alto dicebat. Si locus esset alicubi reperiri, Rndet locum quidē alicubi reperiri, sed non tanquam in loco sed cum superficies sit in corpe existit cuius est terminus tanquam in subiecto. Superficies n. vasis q ē locus aquae in ipso vase existit non tanquam in loco sed tanquam in subiecto. Sed qm Veteres locum vacuum esse dixerunt ppterea Ph. de Vacuo disserendum pponit. Lectio 5a

Absoluta tractatione de loco Phus in hoc Capite q auspicatur à Cont. 50 de uacuo tractare aggreditur. Cuius instituti oa causa est qm cum Veteres Sapientes arbitrati fuerint locum uacuum esse, capp considerandum erat. An locus vacuum sit ut placuit Antiquis atque ita uacuum in rerum nā reperiatur. qua in re ptractanda, vt moderata quadam oratione oa oia colligamus, q ab Arist. in hoc Cap. ptractata eo ordine quo Arist. ipse illum consideratos pm qd scēt vacuum ipsum, quae fuerit Veterum opinio, quae ipsorum rōnes et fundamenta ut uacuum admitterent. Tandem Arist. scitia circa illas rones expendat, qb. ōndit contra Veteres uacuum minime reperiri posse. Quoad pm attinet, vacuum nil aliud sentit nisi locum e spacium corpe priuatum, id n. nōie uacui intelligi debet, ac ppterea Veteres de loco disserentes locum nil aliud esse dixerunt nisi spacium interuallumue quoddam corpore priuatum, dixeruntque totum hoc interuallum q ē a superficie aquae ad regionem ignis vacuum esse nec ullum referetum corpe ex eo qa aer q toto hoc interuallo continetur, sensibus ipsis non percipit, idcirco ppterea aeris ut sic dicam insensibilitatem

intervallum hoc vacuum esse dixerunt. quod suis his rationibus
Antiqui probare conati sunt. 1° sic motus localis cuius gratia
requiritur locus, aut in vacuo aut fit in pleno, non in
pleno hoc est in aliquo spatio quod aliquo corpore repletum sit
quia tunc duo corpora in eodem loco simul reperirentur
nempe corpus quod movetur, et plenum in quo recipitur quod
corpus est, igitur motus necessario fit in vacuo, 2° id ostendebant
ex ipsa condensatione, nam quandoque reperiuntur corpora quae
vicissim rarescunt et concrescunt, vel condensantur, si-
cuti aqua quae a frigore concrescit, igni autem opposita
rarescit. iam vero si condensatio fieri debet necessario va-
cuum reperiri oportet, in quo partes quae concrescunt reci-
piantur. Deducitur argumentum quia cum condensatio fiat per
unionem ipsarum partium, quae magis inter se uniuntur et
coalescunt, cum densum illud sit cuius partes proximi-
ores sunt et magis compactae. sicuti e contra ~~partes~~
rarum est cuius partes longius distant, ut patet de spongia.
Jam vero in condensatione partes illae quae iam pridem
longius distabant uniuntur, aut recipiuntur, in vacuo
aut in pleno, non in pleno quia corpus alterum permearet
ac proinde daretur corporum transitus, duoque corpora essent
in eodem loco, quod a veritate abhorret, igitur recipiuntur
in vacuo ac propterea ut motus contractionis fiat vacuum
statuere oportet, Tertium fundamentum quod longe maius ne-
gotium facere videtur ab augmentatione desumptum est,
nam si vacuum non reperiretur in viventibus augmen-
tatio fieri minime posset, quod quidem dici non debet. De-
ducitur argumentum hoc pacto, Nam hoc sunt augmentationis

proprietates ut quod author lib. p° de generatione cont. 33 ut quaelibet pars corporis quod augetur increscat et augeatur quoniam viventis secundum omnes partes adaugetur. Altera conditio est ut augmentatio fiat accessu alicuius corporis externi quod sane ipsa rei evidentia ostendit, quoniam augmentatio fit medio alimento, quo quidem sublato animantia neque ali neque adaugeri possunt, sicut et declaravit Hipp. aphor. p° dicens Qui crescunt plurimum habent calidi innati propterea plurimo egent alimento ut alantur atque increscant, iam vero alimentum ipsum, quod in viventia ingeritur, cum partes quae dispergit aut recipitur in pleno aut in vacuo, non primo quoniam alimentum si deberet pertransire per singulas partes corporis penetraret, atque proinde daretur corporum penetratio quod dici nequit. igitur alimentum recipitur in vacuo, et cum ipsum ad unamquamque particulam distribuitur. quare non admisso vacuo statim augmentatio ipsa aufertur. Ex quibus Veteres vacuum ipsum in rerum natura introducebant. Caeterum Arist. diligentius rem istam perpendens consideransque nullo pacto vacuum admitti posse suam veterum sententiam refellit. primo quia redarguit veterum definitiones allatas de vacuo. 2° ostendit vacuum nec esse nec in rerum natura adinveniri posse, reijcit veterum de vacuo allatas definitiones siquidem Veteres vacuum isce modis definiebant Vacuum illud est in quo nullum corpus reperitur. 2°. sic describebant. vacuum est in quo neque grave neque leve reperitur. 3° et sic Vacuum est

in quo no est dot aliquid nec ulla substa corporea
Duas priores uacui definitiones resicit Aris. non suffi
cientes esse et imperfectas, qm etiam puncto sunt
loco, in quo nullum corpus reperitur. Redarguit
sigillatim 2am in qua asserit uacuum esse, in quo
neq grave neq leve reperitur, qm huiusmodi definitio
loco conve pot q corpe fuerit refertus habente sonu
aut colorem sine gravitate et levitate, neq 3a
decenter definitio tradita e, qm illa compet etiam
illis que non est dot aliqd, ita ut digito indicari possit
neq qrita aliqua substa corporea. sed convenienter
resicit Aris. vacuu ita describendum erat, si va
cuum est locq corpe carens, actus tn ut corpus ipsu
recipiat. His uacui definitionib: deinceps reiectis
se se confert Phs ad pbandu. vacuum non reperiri
q sane pbat duplici via, pr quidem ex na motus
secdo ex drijs motib, ut pote ex velocitate et tardi-
tate ex levitate et gravitate.
Ro ex na motus desumpta supponit pm
corpa nalia ad pprium locu moveri tanq ad pprium
finem, ex qua Hippotesi ita rocinatur. Diversorum
corporum nalium scdm specie, diversi debet esse fines
ad quos moventur, qm diversorum corporum nalium
unus finis pximus unusq locq scdm spem esse
non pot, sed in uacuo non reperiuntur diversa loca
scdm spem, cum qlibet pars uacui sit eius deronis
igr in uacuo diversa corpa nalia moveri non
possunt, quia uel moverentur ad diversos

fines diversaque loca secundum speciem, aut ad eundem finem
eundemque locum. Primo quidem moveri non possent, cum in va-
cuo diversae partes non existant quae secundum speciem distin-
guantur, cum quaelibet pars vacui vacuum sit, neque move-
ri possunt in vacuo ad eundem locum secundum speciem
quoniam diversorum corporum diversa sunt loca secundum speciem
ad quae moventur. quamobrem posito vacuo dicit Arist.
corpora naturalia nullo pacto moveri possent ac proinde
admisso vacuo tollitur motus —. Lectio 6a

Ex natura propria motus contra Veteres Arist. demonstravit va-
cuum in rerum natura nec esse nec reperiri posse, modo his ex aliis
motus, ut potissimum ex velocitate et tarditate idipsum demonstra-
re decrevit, id autem ad probandum assumit velocitatem et tardi-
tatem in motibus Elementorum desumi ex raritate et densitate
ipsius medii, ut potissimum aëris vel aquae in quibus elementa moventur
nam Elementa quae in medio rariore moventur velocius moventur
quam quae densiore aëre et aqua aut sursum aut deorsum
moventur, nam ipsa rei evidentia ostendit, quod si duo corpora
gravia accipiantur aequalis magnitudinis similisque figu-
rae diversisque partibus aëris moveantur, quarum altera sit
rarior, altera vero densior, corpus illud quod rariore aë-
ris parte movetur celerius movetur quam illud quod eiusdem
aëris densiore parte movetur. Iam vero si vacuum esset
ut potissimum hoc totum intervallum quod aërem appellamus omnimodi
diversitas non reperiretur secundum rarum et densum
quoniam vacuum raritate et densitate expers est igitur omnia corpora
quae in eo moverentur aeque velociter moverentur

neque causa assignari posset cur unum corpus altero celerius
moueatur, et praesertim posita magnitudinis atque figurae
aequalitate. Cum itaque in his quae mouentur in aere aut in
aqua huiusmodi reperiantur differentiae secundum velocitatem et
tarditatem, igitur ut seruetur motus localis Elementorum
mistorumque vacuum admitti minime potest. quod Aristoteles ra
tione confirmat, nam causa cur unum corpus altero deor
sum celerius moueatur mobilis diuersitas est, in gra
uitate et leuitate, nam corpus quod grauius est maioris pon
deris celerius deorsum mouetur quam quod minus graue est,
quod ipsa experientia patet. Jam uero si uacuum ponatur
aeque uelociter moueretur corpus quod grauius est et
minus graue, Argumentum ex eo deducitur, quoniam quod corpus
quod maioris ponderis est in aere aut in aqua motum
celerius moueatur quam quod minus graue est, ea est causa
quoniam corpus grauius potentius est ut medium ipsum scindat
mediique ut potentia densitatem aeris et aquae superet, quam
quod minus graue est. Si autem uacuum existeret nulla in
eo resistentia esset, itaque aequaliter uelociter et grauio
ra et minus grauia corpora mouerentur. cum autem id falsum
est, falsum quoque est asserere in rerum natura uacuum reperiri
quamobrem totum hoc interuallum quod a caelo distat ad super
ficiem usque aquae corpore plenum est et ignis et aeris,
aut aere solum, si quispiam fortasse sustinuerit supra
ipsum aerem ignem non contineri sicuti Cardano et quibusdam
aliis uisum est, Ex quibus rationibus ab Aristotele allatis

Hoc Corrolaria inferuntur Contra, Succesionem in
motu Elementorum et quo ipse fiat et in quibus dum velocior
et tardior sit ex medii resistentia ut potentiae aeris et
aquae, super quibus Elementa corporaque inanima moventur
desumi, quo fit ut in Elementis resistentia intrinseca
ex qua in eorum motu succesio fiat non reperiatur
et penes hoc Elementa à corporibus animatis distinguuntur
quoniam in corporibus animatis resistentia intrinseca reperitur
ratione cuius succesio in motu velocitasque et tarditas
adinveniri sit, scilicet pugnantia quaedam quae esse videtur, inter
animam et corpus in motu animalium. Nam anima circu-
lariter movere intendit, quia proprium animae est circulariter
movere, corporibus autem è contra ad motum deorsum in-
clinationem habet cum terreum sit. Ex qua contrarie-
tate quam corpus habet ad animam resistentia quaedam
oritur, ex qua succesio fit in motu corporum animalium
Accedit ad hoc quod cum motus animalium fiat ab anima medio
calore et spiritu pro maiori minorique virtute caloris
maior et minor velocitas, in motu animalium reperitur.
Enimvero animalia quae validiore calore maiorique spirituum
copia praedita sunt, celerius moveri possunt, ea vero in
quibus calor imbecillis est minorique spirituum copia tardius
moventur quo fit quod posito vacuo licet Elementa mixtaque
inanima moveri non possent, tamen animalia move-
rentur, velocius et tardius propter internam resistentiam

quam habent, maioremq; et minorem virtutem caloris
à quo mouentur. Verum hac in re illud reticendum
non est vnde oriatur successio velocitasq; et tar
ditas in motu alterationis, pariter et in motu augment.
cum huiusmodi motus per medium non fiant. porrò successio
in motu alterationis velocitasq; et tarditas oriuntur
ratione contrarij qualitatis in quam agens agit, Enim vero
ut sensibus videmus. si ignis in lignum viride frigidumq;
agat, tardius agit ipsumq; excalefacit quam cum
in lignum aridum suam actionem exercet, quod non aliunde
prouenit, nisi quia in ligno viridi contrarietas reperitur
frigidi et humidi ex quibus maior oritur resistentia
ac proinde maior mora tarditasq; actionis ipsius ignis
E contra vero cum in ligno arido minor sit contra-
rietas, minor quoque resistentia inest, et propterea minor
est mora in agendo ignisq; celerius illud excalefacit
vnde quo maior est potentia actiua agentis supra resisten-
tiam patientis, eo velocior est actio, quo vero minor
est virtus agentis nec ita vincit resistentiam patien-
tis eo imbecillior est tardiorq; agentis operatio,
ut etiam patere potest de duobus hominibus inter se di-
micantibus, quorum vnus si multum exuperet vires al-
terius ipsum celeriter interficiet, si vero non
multum supra resistentiam alterius dominetur longius
dimicabit, tardiorq; reddetur actio agentis
in alterum. Hinc hac Regula desumitur
communis in qualibet actione, quod celeritas et

tarditas in motu desumitur ex maiori et mi:
nori virtute vel potentia agentis, supra resisten
tiam patientis in q agit. Ex qua Regula facile
quoq ro explicatur cur qdam tardius qdam vero ce:
lerius increscunt et augescunt, nam ea animalia in qb:
calor magis viget q incrementi causa e, nec inta
rebellis fuerit ut pote terrea et sicca q alioqn
extensioni inepta est, sed humida q extensioni
maxe idonea est, ea nq animalia celerius incre:
scunt e contra tardius illa in qb: calor imbecillior
est, inta vero ut pote mebra ipsa temperamento
sicciora sunt. Hinc pueros et infantes conspicimus
maxe ad augentum tum qa plurimum habent calidi
innati tum qa eorum membra humidiora sunt,
cuius indicium e, qa eorum mebra quasi cerea infle:
ctuntur. Hinc et fit cur longiore tpis intervallo
ut in iuventa aetateq consistenti non amplius
homines adolescant, tum qa calor imbecillior factus
est ipsaq membra sicciora reddita sunt, ac proinde
extensioni inepta. Quib: mo sic constitutis probeq
et firmiter ab Arist: ostenso adusq Veteres vacuum
non esse, qn imo id a natura maxe abhorrere
rationib: veterum Arist. satisfacit et primus sic occur:
rit, cum n. dicebant motum aut fieri vel in vacuo
vel in pleno, videt motum fieri in pleno hoc est
in spatio q aliquo corpore refertum e sicuti in aere

Ad instantiam autem quam afferebant vide conseq. duo
corpora simul esse in eodem loco, id Arist. inficiatur
quando enim unum corpus aut per aera aut per aquam
movetur, et unum et alterum cedit corpori quod per
ipsa movetur cuius rei illud indicium est inquit
Arist: quia cum lapis in aquam proicitur circulos
quosdam videmus in aqua fieri quod apertissime ostendit
lapidi in aquam proiecto partes aquae cedere
quod si cedunt partes aeris et aquae non itaque duo
corpora sunt in eodem loco. Occurrit et 2.a ob-
iectioni de Condensatione seu Congelatione
Nam cum corpora quae iam prius rariora erant
concrescunt et condensantur, partes quidem uniuntur
proximiusque accedunt, cum autem quaerebant Veteres
aut illas recipi in plano aut in vacuo, illa
videt. illas recipi in plano, quando inter partes
illas quae prius erant raras longiusque inter se distabant
aer interrumpebat, quod distantias illas partium reple-
bat, cum autem in concretione partes uniuntur
magis, aer illis cedit atque repellitur et propterea
partes illae in spatio non quidem vacuo, sed quod aerem
iam primum plenum erat recipiuntur et iuxta
sese ponuntur.

Lectio VI. Ex rationibus quae ab Antiquis allatae fuerunt, ad ostendendum vacuum
in rerum natura adinveniri ea superfuit persolvenda quae ab
augmentatione desumpta fuit, quod si in hoc constitute erat si vacuum

non reperitur augmentatio fieri non posse, ut superius probatum fuit
Cui rationi Arist. satisfaciens inquit augmentationem fieri posse nec propterea necessarium fore ut vacuum sit, siquidem quaedam Augmentatio est, quae
per solam alterationem fit, sicuti est incrementum aquae congelatae quae
cum igni apponitur liquescit et in maiorem molem adaugetur quam cum esset
congelata, quod sane aquae Augmentatio absque vacuo fit, cum per solam alterationem efficiatur.
Caeterum haec Arist. responsio non plene veterum Argumento satisfacit
quia licet Augmentatio aquae quae per alterationem fit absque vacuo
fieri possit, tamen ad hoc non tendit ratio Antiquorum, sed ad au-
gmentationem viventium, quae proprie Augmentatio est, quam absque
vacuo fieri non posse superius ostensum fuit. Vidit Arist.
instantiam istam neque hac in parte huic instantiae satisfacit
sed solutionem distulit usque ad primum lib: de generatione, nam cum
huiusmodi solutio modum quo Augmentatio fit declarandum
expostularet, quod sane absque longiori oratione fieri non poterat
propterea eam hic reticuit et ad eum locum prorogavit, ubi eam
attulit solutionem, quod viventium Augmentatio fit accessu
nutrimenti quod intrinsecus ingeritur, quo quaelibet pars viven-
tis corporis et nutriri et augeri debet, non tamen ob id
vacuum requiritur in corpore animato, per quod ipsum alimentum per-
transeat, quoniam alimentum ipsum in partibus porosis viven-
tis corporis recipitur, in quo aut spiritus aut tenuiores
humores reperiuntur, qui accedente nutrimento cedunt
atque porosas partes nutrimento relinquunt, quod postea
ab anima beneficio caloris innati in membrum convertitur
ex qua conversione ipsius membri sequitur incrementum
dum modo maius sit ex affluentibus illud quod in membrum
convertitur, quam illud quod effluxu deperditum fuit

siquidē non ex qualibet nutrimenti conversione in substāім viventis augmentatio fit, qm̄ si tantundē convertitur à calore quantum resolutum fuit nutritio fit sine incremento et diminutione ut contingit in ætate consistenti. si vero minus sit illud quod convertitur quam illud quod ē resolutum, ut contingit in ægro atque in senio, nutritio fit cum diminutione. At si uberius illud ē quod apponitur mutaturque quam illud quod resolvitur ut contingit in infantibus et iis qui adolescunt nutritio fit cum augmentatione. Quam obrem et vivention Augmentatio convenienter sinatur absque vacuo, qm̄ nutrimentum ut dixi ndō in vacuo sed in porosis partibus spū, tenuioribusque humoribus referctis recipitur, qb. Veterum rōnib: sic dissolutis ab Arist: id decretum ē, vacuum in rerū nā minime reperiri. Et qm̄ tria in hoc libro explicanda proposita fuerunt locus vacuum et tempus cap. tractatione iam absoluta de loco et de vacuo in hac 3a parte quæ exorditur a Text 87. ad calcem libri Arist de Tpe tractare aggreditur qua in re pertractanda duo propositis Arist discutienda proponit. Primum An tempus sit, alterum, quid sit, et licet iam satis constet tempus esse in rerum nā nihilominus ratio exstat rō quod tpus non esse probare vid.

q hoc in loco ab Arist. expositum dissoluitur, q
Ro illa e, illud non e cuius partes non sunt, Jam ue
ro partes temporis non extant, quoniam preteritum non e quia iam
preterijt, futurum uero adhuc non e, igr tempus
aliquid esse non pt, cum oes partes non extent.
Cui roni Arist. occurrit sed ut solutio Mentioned
reddatur aduertendum e, Entia duum generum esse
Alia .n. permanentia sunt, alia uo in quadam successione subsistunt
Permanentia sunt sicuti celum aialia oia et uniuersa
oia ea cuius partes actu sunt, cuius partes coalescunt
Successiua uero sunt sicuti tempus et motus,
cuius partes actu non sunt q inter sese hoc discrimine
ne differunt q permanentia cum fiunt non sunt, sed
tunc existunt cum iam facta genitaque sunt. Tamdiu
.n. domus non est - - - sed tunc existere dr cum
iam factus est. E contra sese habent successiua
siquidem tunc sunt cum fiunt cum uero facta sunt
non existunt, Motus .n. tunc est cum fit, cum uero
motus factus e amplius non existit. Ex quo sequitur
q aliam partium requirunt permanentia, et aliam
successiua, Permanentia sane actualem existentiam
partium deposcunt: Successiua uo no actualem
partium existentiam requirunt quoniam tunc no successiua
sed permanentia forent, sed solum successiuam existentiam
partium requirunt, secundum successionem et continuationem
ita ut partes

ita ut partes motus et temporis in quadam successione consistant et sibi invicem consequantur, sicuti contingit in tempore, Nam praeteritum fluit cui subsequitur praesens quod subsequitur futurum, in qua partium successione temporis natura consistit. Formiter igitur ad argumentum sic respondendum, Illud non est cuius partes non sunt quod per possunt ita intelligendum est, cuius partes vel non sunt actu permanentes neque secundum successionem sunt, id vero licet partes temporis actu non permaneant, quia neque praeteritum neque futurum actu consistunt, tamen secundum successionem et continuationem sunt, quod successio facit ad naturam et essentiam temporis. Sed cum tempus aliquid sit quid sit eius natura et essentia latere non oportet, ideo circa ipsius eius essentiam declarandum inquit, tempus est numerus ipsius motus secundum prius et posterius, quod definitio inferius explicabitur.



Lectio VIIa

Explicatur Aristoteles

K. Excell: Arosani in 4. Physicorum

Lectio 8.ª

Explicatur Arist. ipse nam cum protulit definitionem Temporis inquiens est numerus motus secundum prius et posterius, quae definitio cum satis ardua et perobscura sit, diligenter a nobis expendenda est, et primo considerandum est, quomodo Numerus ab Arist. accipiatur. Porro numerus Bifariam capi potest. Uno modo pro quantitate discreta ut is est connumeramus sicuti unum duo tria sunt. Alio modo pro re numerata, sicuti sunt decem aut viginti boves, quae duo differunt inter se, quoniam numerus primo modo est quid abstractum, 2.º vero modo sunt res ipsae numeratae. Jam vero Numerus ab Arist. non accipitur primo modo, quoniam tunc tempus esset quantitas discreta non autem continua, quod tamen ipsemet inficiatur in praedicto quantitatis ubi tempus inter species quantitatis Continuae recenset, quod ex eo etiam confirmari potest, quia cum continuum illud sit cuius partes uni termino copulantur, partes vero temporis ut praeteritum et futurum ipsi nunc quod tempus praesens est veluti communi termino copulentur, igitur tempus est quoddam continuum ac propterea non dicitur numerus pro eo quo numeramus, quoniam tunc esset quid discretum, sed accipitur pro re numerata. sicut ipsemet Arist. declarat in Cont. 102 et tunc sensus erit, Tempus est numerus motus id est motus ipse numeratus: interdum enim numerus pro re numerata accipitur, sicuti et dicere consuevimus hominem ciatsum vini bibisse, accipimus cyatsum pro vino, sed quoniam adhuc non satis constat quid sit motus numeratus, id explicare oportet. Enimvero motus numeratus nil aliud est nisi motus habens prius et posterius

Temporis definitio

Numerus bifariam capi potest.

L. Excell. Ansang in 4 lib. Physic. De tempore

quamobrem dum dr Tempus esse numerus motus, nil aliud dicimus nisi motum numeratum qui habentem prius et posterius, et si clarioru sensu uti uelimus dicendum est tempus nil aliud esse nisi prius et posterius in motu, Motus enim duo in se includit. Unum est quod est actus imperfectus fluens ad esse perfectum et id est propria essentia motus. Secundo motus includit prius et posterius quod non est de motus essentia sed quod consequens motum, sicut uisibile insequitur hominem, et hoc prius et posterius in motu tempus est, propterea tempus ab Arist. dr esse passio motus, quoniam ad motus essentiam consequitur, sed quia tempus ipsum dr esse mensura motus quoniam motum ipsum tempore metimur, propterea sciendum est cuius motus tempus mensura esse dicatur. Monet Arist: hac in parte hanc difficultatem cui satisfacit dicens, Tempus esse mensuram omnis motus, ut secundum locum alterationis, incrementi et generationis, ita ut omnes species motus tempore metiri, uel fieri in tempore dicatur. Sed licet hoc Arist: dictum de prioribus tribus speciebus motus difficultatem non habeat, tamen de generatione dubitationem aliquam habet quoniam generatio substantialis cum ad substantiam terminetur, quae non intenditur neque remittitur, et ex consequenti non agitur successiue, tempore non mensuratur, hanc ut quaestionem congrue intelligamus sciendum est, generationem substantiae bifariam capi posse ut alias dictum est. Uno modo pro ortu formae substantialis. Alio modo pro ut praecedit

alterōne includit. Si p° mō accipiat generatio
tempore non mensuratur neq; fit successiue, sed temporis mo:
mento, quia iam decenter disposita ab Agente in ea
forma substantialis tota simul et in instanti introducitur.
Si uero 2° mō tempore fit et successiue, et hunc in modum
Arist: sententia hoc in loco et alibi intelligenda est, cum
negat generatione substantiae successiue fieri atq; in tempore.
Sed licet et alterōnis et incrementi localis de motus tempus
mensura sit. P° tamen mensura est motus localis quia
hic alijs motibus prior est, quia hic absq; alijs fieri potest
ceteri uero absq; motu scilicet locali fieri non possunt
ut 8 de Physico Auditu cumulatissime Arist. declara
uit. Sed quia ~~tempus~~ Motus localis duplex est. Alter
Circularis alter uero rectus, tempus per et principaliter
dicitur esse sub mensura motus circularis quam motus recti
quia motus circularis et prior est et constantior mo:
tu recto, siquidem non existente motu circulari neq; motus
rectus erit nec ullus alius motus rerum inferiorum, ut
prodidit Arist. 1 Metheor. Cap. p°. His uerbis opor:
tet mundum hunc inferiorem superioribus motionibus
esse continuum, ut omnis uirtus huius inde gubernetur
et conseruetur, quia uero tres potissimi sunt motus
globorum celestium, motus primi mobilis, qui dicitur
motus est ab oriente in occidentem spacio 24 horarum quo ipse Sol
facit dies et noctes. Alter uero proprius ipsius Solis
quo annos constituit. Tertius uero ipsius Lunae

quo mensos efficit. Tempus primo mensura esse dicitur motus
primi mobilis, quod ceteris prior est, quia immediate de-
pendet a Deo, quippe qui primo mobili insidet. 2o
dicitur esse Mensura motus Solis. 3o uero motus ipsius
Lunae, et quamuis tempus etiam mensura et dicatur, motus
aliarum Planetarum, quia tamen motus aliorum Planetarum
ut Mercurij Jouis et Saturni, non ita uulgo perci-
piuntur proinde tempus illorum mensura non ponitur
quamuis et motus illorum Planetarum reuera ~~tempus~~ tempore
mensura sit, tempore uero non solum mensuratur motus
uerum etiam et substantia generabilium et corruptibilium, siquidem
quae mortalia sunt tempore incipiunt consenescuntque atque con-
tinue deteriora fiunt, ita ut et mortalia a tempore
contineri dicantur, quo fit ut mortalia in hoc sensu
dicantur tempore aut metiri aut contineri, prout de nouo
oriuntur occiduntque uarijsque mutationibus subijciuntur
substantiae uero aeternae, quoniam non oriuntur de nouo
aut senescunt, neque temporis interuallo deteriora fiunt
propterea a tempore non continentur, tametsi motus caelestis
corporis ~~aeterni~~ aeternum tempore mensuretur. Verum cum Deus
Opt: caeteraeque substantiae aeternae quamquam ipsae sint durationem
habeant, reticendum non est quae sit duratio substantiarum
aeternarum, porro duratio quamquam illa sit nihil aliud
est nisi mora aut extensio existentiae alicuius rei
quoniam imo duratio ipsa ab existentia realiter non distinguitur

qm͞ idest quere quantum res existat et quandiu
duret, et quo longior dr esse existentia rei, maior
dr esse duratio, et quo brevior est extensio ipsius exi:
stentie brevior dr esse duro. Sed qm ea que exi:
» stunt in triplici dña sunt. Alia .n. sunt q neq in:
» cipiunt neq desinunt in quo ordine solus e Deus opt.
» Alia .n. sunt q ab hoc Diametro dissident q incipiunt
» et desinunt sicuti sunt mortalia queq. Alia sunt que
» medie quodammodo se habent, q incipiunt quidem et
producuntur sed nunq desinunt, sicut sunt intelligentie
celestia corpora et aia rõnalis, Ergo triplex dr esse
duro, Alia q appellatur esse eternitas, et ista solum
coit Deo, q neq incipit neq desinit, et pprea Deus
eternitate dr mensurari, ita ut eternitas nil ali:
ud sit nisi extensio durationis ipsius substõ q neq incipit neq
desinit, que uero incipiunt et desinunt tpe mensu:
rari dicuntur, sicuti sunt Mortalia, ita ut tempus
sit duro rerum q gnantur et occidunt, Que uero
incipiunt et pducuntur sed nunq desinunt, dicuntur
mensurari evo ut Angeli intelligentias et celestia corpa
non .n. mensurantur eternitate qa incipiunt, neq
mensurantur tpe quia non occidunt, ita ut evum
nil aliud sit nisi duro illarum substarum q pductis
sunt, sed nunquam defutura

Lectio 9a.

Lectio 9ª Tempus mensuram esse ipsius motus, rerumque omnium corruptibilium ab Arist: decretum fuit. Nunc considerandum est

Quomodo tempus sit mensura quietis, cui dubitationi occurrens dico tempus mensuram esse quietis non quidem per se, sed ex accidenti, nam tempus proprie mensura motus est in quo vere successio et prius et posterius repperiuntur, quies vero cum privatio quaedam sit non secus ac tenebrae luminis successionem non habet, ac proinde tempus ipsius mensura non est, dicitur autem mensura quietis ex Accidenti, quoniam tempus mensurando motum dicitur etiam metiri quietem, siquidem tanto tempore aliquid quievisse dicimus, quanto aliquid motum esse percipimus, unde ex motu quietem ipsam percipimus, et si aliquod corpus per horam moveatur, aliud vero per horam quiescat, dicimus illud per horam quievisse, tempus vero mensura est motus illius corporis quod per horam movetur, quoniam vero colligit eodem tempore alterum per horam corpus requiescere, tempus mensura illius quietis ex Accidenti esse dicitur, Verum quia post perspectam rei naturam et essentiam rei proprietates etiam scire oportet, capitulo cum hactenus Arist: temporis essentiam explicasset, tandem ut huic temporis tractationi finem imponeret nonnullas eius proprietates declarat. Quarum prima ea est Tempus quoddam continuum esse, nam cum illud continuum sit, eius partes uni communi termino copulantur capitulo cum partes temporis praeteritum sani et futuri tempori praesenti quod nunc appellatur uniantur, quod est veluti copula et vinculum quo futurum et praeteritum simul uniuntur

si q[uo]d[em] tempus p[rae]sens finis p[rae]teriti esse d[icitu]r et princi-
pium futuri, idcirco tempus continuum quoddam est
[illegible]. Ar[istoteles] in Cathegorijs Cap. de quantitate inter
spe[cie]s q[uan]titatis continuę tempus dinumerauit, uerum
q[uonia]m continua in duplici ordine reperiuntur, alia n[am] sunt
quorum partes situm positionemq[ue] habent, ut linea su-
perficies et corpus, quorum partes manent, et quasi di-
gito indicari possunt. Alia uero sunt quorum partes
non p[er]manent neq[ue] positionem habent, Tempus n[am] in g[e]n[er]e
continuorum e[st] quorum partes neq[ue] p[er]manent neq[ue] positionem
habent. Enim uero p[rae]teritum et futurum q[uae] partes t[em]p[or]is sunt
non consistunt, ac p[ro]pterea neq[ue] positionem ullam habent
et licet de t[em]p[o]re solum p[rae]sens habeatur, ipsum t[ame]n per-
manens non est sed in continuo fluxu est. Secunda
t[em]p[or]is p[ro]prietas est tempus p[er]petuum esse neq[ue] de nouo
incepisse cuius r[ati]o [illegible] [illegible] ea est, q[uonia]m tempus absq[ue]
nunc hoc e[st] t[em]p[o]re p[rae]senti, consistere non p[ote]st. Nunc uero
d[icitu]r esse finis p[rae]teriti, ig[itu]r ante ipsum nunc, aliud tempus
p[rae]teritum necessario fuit, et cum illud adhuc absq[ue] ipso
nunc reperiri non possit, et illud sit finis p[rae]teriti,
ig[itu]r semper ante nunc aliud tempus adinuenitur, quo
fit ut ipsum a parte ante p[er]petuum sit, et q[uonia]m q[uo]d
p[ro] una t[em]p[or]is d[ifferent]ia aeternum e[st] p[ro] qualibet t[em]p[or]is mensura
et d[ifferent]ia aeternum censeri debet, q[uonia]m ut 1o Cęl[i] aduersus

Platone decrevit Arist: q à novo non incepit nec
ullo unq tpe defuturum ē, ideirco cum tempus de novo
nō inceperit, igr nec unq defuturum ē, quod satis
Arist. demonstravit 8 Physic. Cont: 11 et 12. Sed
licet scdm dogmata Arist. ita tenendum sit, tn̄ scdm̄ sacro
sanctę religionis dogmata à Chr̄ano hoīe minime
tenenda est, cum fide tenendum sit, mundum de novo
incepisse sicut et mundum et aliqn interiturum.
Tertia tpis pprietas est, ipsum potius esse corruptionis
et interitus cām atq oblivionis, sicq est ut inqt hoc
in loco Phus tpe oīa consenescunt et continue magis
deformia atq deteriora fiunt, nec non longiore tpis
cursu, q tpis spatio hoīes dicerit oblivioni mandēs
dim est ut inqt ipse q veteres nonnulli tempus in:
sipientissimum appellarunt q et hoc carmine vates ille
indicavit dicens Tempus edax rerum tuq invidiosa
vetustas. Omnia consumitis. Tandem Phus hanc
de tpe pprietate enunciat q tempus longum vel bre
ve multumq et paucum dici pt, velox aut et tar
dum non satis congrue appellat, ut aut hi termini
aperiant Velox illud dr, in quo multum spacium
brevi tpe pertransit. Et contra vero tardum illud ē
quo breve spacium exiguusq motus longiore tpe ab:
solvitur, quibus sic explicatis de Tpe Arist.
tractatione absolvit, in qua Problemasi ē, quid
est et qa, et poie eius pprietates uberrimē

declaravit, atque ita huic quarto libro finem imposuit
in quo de loco, de vacuo, atque de tempore pertractavit.
Caeterum quia non satis est rei essentiam et naturam atque Liber 5.
proprietates novisse, sed et eius species cognoscere oportet
dum in rebus illa species habeat, cum propterea de motu egisset
in universum in 3° libro deque proprietatibus: atque in quarto
motus aut plures species habeat, cum propterea operaepretium erat
de eius speciebus pertractare. Idcirco quintum librum aggre-
ditur in quo de motus speciebus tractare instituit.
Hinc connexio huius libri atque Arist. consilium spectare
licet, quod est de speciebus motus orationem habere. Divi-
ditur autem quintus hic liber in 3 principes partes.
In quarum prima quae exorditur a cont. 1. ad 21 tex.
de speciebus motus agit. In 2a vero quae exorditur
a 21. usque ad 46 cont. de unitate motus tra-
ctat. In 3a vero quae a 46. usque ad calcem libri
de oppositione et contrarietate motuum sermonem
habet. Lectio 1a.

Acturus Arist. in hoc Quinto libro de speciebus motus principio
ipsorum tractationem aggreditur, quasdam iacit Hypotheses et fun-
damenta sibi inservientia. Primumque in hoc cont. primo mobilium quandam di-
visionem ponit ea autem est, Mobilia in triplici differentia esse. Alia
n. sunt mobilia ex Accidenti sicuti sunt Accidentia omnia, nec
non materia et forma quae non per se et solitarie moveri possunt. Sed
eatenus moventur, quia ipsi ~~[illegible]~~ composito insunt quod per se movetur

Alia sunt Mobilia secundum partem, ut cum animal secundum manum movetur aut secundum oculum sanatur, huiusmodi n. secundum partem moveri alterarique dicuntur. Sunt et Mobilia secundum totum ut cum totum animal movetur totumque sanatur, et hoc proprie dicitur mobile per se, namque secundum partem moventur, ad mobilia reducuntur quae moventur ex accidenti teste eodem autore Philo 8 Physicorum Cont. 27. Eandem divisionem in Cont. 2°. de Moventibus ponit quoque alia dicuntur movere ex accidenti ut cum dicimus Musicum ambulare, aut album aedificare, haec n. agere movereque ex Accidenti dicuntur prout agenti per se et aedificatori coniuncta sunt. Alia dicuntur moventia secundum partem prout aliqua pars movet et agit, ut cum manus aut pes lapidem movent. Tandem moventia sunt secundum totum, ut cum Medicus medetur et sanat, aut cum totum animal seipsum movet et hoc proprie et per se movens dicitur, quoniam movens secundum partem ad movens ex accidenti reducitur ex eodem 8 Physicorum Cont. 27. 2a Hypothesis quae ponitur in tex 3° ea est quod in motu quinque reperiuntur veluti ad motum necessario attinentia, haec autem sunt, mobile, movens, tempus, terminus a quo et terminus ad quem. Mobile quidem necessarium est, quoniam ut dictum est in 3° Motus est actus Mobilis, quoniam motus cum accidens sit subiectum exposcit, requiritur quoniam et movens quoniam motus effectricem causam requirit a qua dependeat, nec non requiritur tempus quoniam ut dictum fuit in 4° Motus tempore metitur, et quoniam motus quilibet ab aliquo in alterum progreditur propterea in motu requiritur terminus a quo recedit, et terminus ad quem accedit et terminatur, Et licet hi duo termini in motu necessario reperiantur

attamen motus non denominatur à termino à quo sed
à termino ad quem tendit, à quo et unitatem et diffe-
rentiam sortitur, dum n. aqua ex frigida calida efficitur,
huiusmodi alteratio non à frigiditate à qua incipit nomen
sortitur sed à caliditate ad quam fluit, unde non frige-
factio sed calefactio appellatur, quod sane antea docuit Arist.
in 2 lib. Cont: 14. ubi ponens discrimen inter motum
Artis et Naturae, statuit motum Naturalem à termino ad quem
nomen sortiri, tametsi nomen artis à termino à quo
aliquando denominari possit, nam medicatio ad sanitatem motus est
à sanitate tamen nomen non sumit sed à Medicina, illud
autem postea Arist. animadvertit motum ex dictis omnibus quae in mo-
tu reperiuntur non reperiri nisi in mobili tamquam in
subiecto, minime autem in movente, in termino ad quem
neque in tempore, Non n. calefactio caliditati quae acquiritur
ut subiecto cohaeret sed aquae quae calescit, neque motus naturalis
secundum locum ipsi loco cohaeret — — — sed corpori quod
movetur, quo fit inquit Arist. ut forma ipsa sive substantialis
sit sive accidentaria certe non movet nec agit ita neque
movetur. Ceterum dicendum Arist. suppositione non caret
cum inquit formam ipsam non movere, Nam licet neque sit
formam ipsam per se non moveri, quoniam ut docuit Arist. 6
Physic. Cont: 32. Mobile esse et corpus convertuntur
nam omne mobile corpus est, et omne corpus mobile
est per se, Cum autem forma corpus non sit, per se non
movetur, unde in ... Quaer. dum in loco inquit dici quod
... dixerit formam per se moveri non est cur eo philosophiae

Verum cum inquit Scotus formam non movere contra id quod
a vero alienum est, a seipso dissentire videtur siquidem in
3° Physic. Cont. 17. dixit existimandum esse formam mo:
vere quin imo id proprium formae esse memoriae prodidit
2 de generatione et interitu Cont: 52. ubi inquit quod sicuti pro-
prium materiae pati, ita proprium formae est movere et a,
gere. Ut Nodus iste dissolvatur advertendum Movens
duplex esse. Aliud videlicet dicitur movens ut quod quod scilicet
movet et agit, Aliud vero dicitur movens ut quo
hoc est principium quo alterum movet et agit, Si loqua:
mur de movente primi ordinis, forma movens non est,
quoniam ut docuit Aristoteles in Prohemio Metaphysicae. Id quod agit
et movet compositum est et per se existit, inquit enim
Actiones compositorum sunt, ut patet quae agunt atque movent
quod et ipsa rei Evidentia docet, homo enim generat, atque is
est quod movet, forma vero cum per se non existat propterea
forma non est movens ut quod, et sic in modum intelli:
git Aristoteles in hoc 8 lib. in Cont. 3° cum inquit formam
non movere. Sed forma dicitur esse movens quo, id est
principium quo, compositum ipsum movet et operatur
~~non~~ significant homo movetque ipsius opera facit mediate
anima, unde est quod sublata anima et forma nequit quicquam
agere aut quicquam movere potest. propterea Aristoteles 2 de Anima
Cont: 23. definiens animam inquit Anima est primum
principium quo sentimus intelligimus, movemur atque nutrimur
non enim dicit Scotus animam esse principium quod movet aut
nutrit sed dixit ipsam esse principium quo, sciens etiam
agere movereque ut id quo animalia omnia suas exer-
cent operationes.

Et in hoc

Et in hoc sensu intelligendus est omnes Arist: rationes
quibus animo[rum] formam movere et agere. Quibus
ita sic constitutis Arist. in Cont. 7 incipit venari
species motus id primo supponens quod omnis mutatio est ex quo:
dam in quiddam, quod omnium inquit ipsum nomen patefa:
cit nam et ipsum mutationis nomen prae se fert. muta:
tionem esse ex uno in aliud, quoniam si aliquid mutatur
perfecto ab uno in aliud mutatur, quoniam si eodem statu
sub eodemque consisteret termino non mutaretur
Ex hac Hypothesi Arist. ita species motus venatur,
Nam cum omne quod mutatur ex uno in alterum mutetur
aut mutatur de non subiecto in subiectum, aut
de subiecto in non subiectum, aut de subiecto in
subiectum, aut de non subiecto in non subiectum
ex quibus quatuor modis quartus est impossibilis, quia
nihil quod de non subiecto in non subiectum mutari
potest. Caeterum ut hanc Arist. partitionem conspicuam redderet
quid per hos terminos Arist intelligat explicare oportet,
porro ut ipse declarat hoc in loco per subiectum
non intelligit id quod ex quo aliquid fit et subiectum motus.
sed terminum motus realem et positivum sicuti sunt
formae omnes sive substantiales sive accidentales, Nam inquit in 7 Cont.
dico autem subiectum quod affirmatione [illegible] quod est
reale et positivum. Consuevit n. Arist. quoque obiectum
et illud circa quod versatur aut virtus cognoscens aut
movens subiectum appellare, nam 2 de gnat. Cont 6.
obiectum visus et potius colorem subiectum appellaret

cta terminus motus cum is sit circa quem versatur motus sicuti color is est circa quem versatur visus, propterea terminum realem motus subiectum appellavit. Per non subiectum vero intelligit terminum motus qui non realis est sed privatio, et tunc sensus est clarus divisionum. Mutatio aut est de non subiecto et de ex privatione, in subiectum hoc est ad terminum realem, Aut est de subiecto hoc est ex forma, in non subiectum et ad privationem, aut mutatio de subiecto in subiectum est hoc est a termino reali in terminum realem. Aut est de non subiecto ad non subiectum id est a non esse ad non esse, Et quoniam nil est quod a non esse ad alterum non esse mutetur propterea de iste quartus modus ut impossibilis ab Arist: reijcitur quo fit ut tres priores modi possibiles sint. Primus aut modus qui est de non subiecto ad subiectum dicitur generatio quae transitus est a non esse ad esse, Secundus mutationis modus est a subiecto ad non esse, constituit corruptionem quae transitus est ab esse ad non esse. Tertius modus mutationis est, qui est a subiecto in subiectum, ut a forma in formam, ut ab albo in nigrum, vel a nigro in album constituit alterationem proprie dictam quae complexu suo comprehendit alterationem motum localem et incrementum, quorum una quaeque progreditur a termino reali ad terminum realem Alteratio sane a calore ad frigiditatem motus localis a loco ad locum, Auctio a qualitate minori ad

maiorem. quapropter Tres erunt modi Mutationis primus de non esse ad esse. Alter ab esse ad non esse 3. a termino reali in terminum realem. Sectio 2a

Ex Divisione Motus facta ab Arist. in Cont. 7 et 8. duae colliguntur species motus in genere, Quarum alia dicitur Mutatio quae generationi et corruptioni communis est, Altera vero quae dicitur Motus quae duae motus species inter sese distinguuntur tum penes subiectum tum penes terminum, nam subiectum mutationis dicitur esse in potentia, siquidem generatio quae mutatio est ex subiecto fit in potentia subiectum aut motus dicitur esse actu completo et perfecto. Subiectum enim motus localis et alterationis eam perfectum et absolutum est, alteratur enim homo et aqua, pariter moventur loco, quae determinatae sunt speciei atque actu perfecta sunt. quam differentiam Arist. in tex. viij his verbis indicavit quod generatur non est; quod autem movetur est, quae sane differentia non penes terminum intelligi debet, ut sensus sit quod generatur non est, hoc est terminus generationis non est quia quo ad non esse terminus generationis et motus non differunt. Nam sicuti terminus generationis non est, sed per generationem acquiritur, ita terminus motus ad quem non est sed per motum ipsum adipiscitur, calidetas enim quae per calefactionem acquiritur non est, pariter et locus, qui per motum localem acquiritur antequam acquiratur non est, sed differentia haec allata penes subiectum intelligi, ut sensus sit quod generatur hoc est subiectum generationis quod mutari dicitur, non est scilicet in actu perfecto, semen enim ut subiectum generationis hominis cum hominis formam recipit, spoliaturque forma seminis non est in actu completo sed actu fit cum demanat formam

recipit, quod autem mouetur est, ut potentiae subiectum motus est in actu specifico et perfecto, quam et differentiam penes subiectum reperit Arist. primo de generat. Cont. 23. dicens alteratio est motus secundum qualitatem manente subiecto sensibili in actu, hoc est non corrupto sit manente, manet quidem manens in actu et secundum formam substantialem, mutatio uero inquit, ut potentiae generatio est secundum totum quod secundum formam substantialem quae totum appellatur, nam manente subiecto sensibili, uidelicet in actu forma substantiali formam substantialem. Cuius rei confirmationem ex eodem libro Cont. 17 ubi Philosophus inquit quod generationi unius formae semper est connexa corruptio alterius cum itaque una forma generatur, altera in materia praeexistens et antiqua corrumpi debeat, materia non manet in actu, propterea in generatione inquit ipse non manet subiectum sensibile in actu, ex quo loco et ex hoc Cont. 8. quinti Physicorum vulgata illa colligitur propositio quod subiectum generationis est in potentia, subiectum autem motus est in actu, Distinguuntur 2o Mutatio et motus penes terminos, quoniam terminus mutationis est substantia, siquidem mutatio proprie de generatione et corruptione substantiae dicitur: Terminus autem motus quidem accidens est. Insuper hoc discrimine inter se differunt, quod termini, generationis, corruptionis, et mutationis per se primi sunt Contradictorii ut esse et non esse generatio enim progressus est ab non esse ad esse, Corruptio uero transitus est ab esse non esse, Esse autem et non esse Contradicentia sunt, termini autem primi et per se motus sunt reales et positiui ut potentiae

terminus à quo et terminus ad quem. Calefa-
ctio n. transitus est à frigido in calidum. Motus
localis transitus est de loco ad locum. Pariter et
augmentationis motus à minori ad maiorem quantitatem.
Hi aut omnes termini sunt reales et positivi, quo fit
ut concludat Arist. in text. 10. in substantia non esse mo-
tum, et ratio ea est, quia motus est de contrario positivo
in contrarium positivum, tamen vero in substantia non
reperitur contrarium, quia una substantia alteri substantiae
adversa seu opposita non est, non n. ignis opponitur
leoni, nec leo aquae. itaque in substantia non reperitur
motus, quod est dictu substantia non est terminus ad
quem ipsius motus, ut quod arguitur per motum. Sed ne
fortasse in dictis aliqua oriatur confusio est adver-
tendum quod motus bifariam accipitur, uno modo in
sui amplitudine et universitate, ut sub se comprehendit
omnes species motus, tamen mutationem in substantia, quam
mutationem in accidentibus quo pacto motus fuit defi-
nitus ab Arist. in 3° lib. Alio modo capitur motus
magis presse prout est transmutatio quaedam in accidentibus
tantum, et hoc pacto motus à mutatione distinguitur
siquidem mutatio proprie dicitur substantiarum, et genus est generationis
et corruptionis, Motus vero proprie sumptus trans-
mutatio in accidentibus scilicet et, ita quod motus in sui
universalitate acceptus in duabus consistit speciebus
scilicet in mutatione et motum de quibus Arist. agit in hoc
5. lib., in quo accipitur motus pressius prout s. à mutatione

diuellitur et in mutationibus tantum reperitur. Et hoc pa
cto intelligit Arist. in Cont. x cum inquit ad substantiam
non est motus si proprie sumpteris, ut communis est alterationi,
motui locali et incremento. Sed licet motus
ita acceptus in substantia non reperiatur, in aliis tamen
praedicamentis admittitur, declarans autem Phus in quibus
praedictis locetur, inquit dumtaxat motum in tribus prae di-
camentis admitti, in qualitate quantitate, et ubi.
Motus autem in qualitate alteratio appellatur, in quantitate
augmentatio et diminutio. Et ubi vero in prae-
dicto motus localis, Caussa vero ut inquit ipse quod in
his tantum praedictis reperiatur motus est, quia in his
tantum praedictis reperitur contrarium, Nam cum
motus de contrario in contrarium fit, et his tribus
praedictis quantitate qualitate et ubi reperiatur contrarium
propterea in his tribus praedictis reperitur motus. Ut
autem res haec distinctius habeatur, distinctio motus
superius allata repetenda est, Enim vero si motus in
sua amplitudine recipiatur ut si ambitu suo et mu
tationem substantiae et motionem aliis demum complectitur
Motus reperitur in quatuor Medio in substantia quantitate
qualitate et ubi, et hoc modo locutus est in 3° libro
Si vero capiatur motus ut a mutatione substantiae distin-
guitur, motus in tribus tantum praedictis reperitur, in quantitate
qualitate et ubi et hoc pacto intelligit Phus in hoc
~~quinto~~ quinto Ex qua distinctione omnis aufertur
error et confusio. Si autem et mutationis et motus

desideretur descriptio ea utriusque assignanda de
mutatione dicitur esse via et progressus ad substantiam ex ente
in potentia, inter terminos contradictorios, et inter
esse et non esse, in quibus generatio et corruptio versatur
Motus vero a mutatione distinctus est transmutatio
ad Accidens manente subiecto in actu, inter
terminos contrarios reales et positivos, verum quia Philosophus in
assignanda ratione cur in tribus praedicamentis reperiatur motus
asseruit quia in his tribus praedicamentis reperitur contrarium
ac proinde in quantitate motum adinveniri, quoniam in
quantitate contrarium est, cuius tamen oppositum statuit Arist.
in praedicamento qualitatis, dicens quantitatem nihil con-
trarium esse, nec suspicione caret id quod 2o dixit
Arist: ad locum reperiri motum quoniam in loco repe-
ritur contrarietas nam cum locus superficies, una autem
superficies alteri non sit contraria, sicuti nec una
linea alteri adversatur, quia omnes lineae omnesque
superficies eiusdem sunt speciei, inter quas contrarium
non reperitur, quoniam contraria ex Arist. 10 Meth.
[illegible] specie distinguuntur, igitur in loco non reperitur
contrarium. quamobrem ratio ab Arist: assignata suspe-
cta esse videtur cum inquit in quantitate et ubi repe-
riri motum quia in his reperitur contrarium. Lectio 3a.
Duae in Lectione praeterita propositae fuere difficultates quibus
ut occurrere valeamus est animadvertendum quantitatem bifa-
riam considerari posse. Uno modo ut quantitas est. Alio
modo prout quasdam differentias includit ut potest ut maior

e minor est. pariter etiam locus dr duob: modis spectari pt. uno mo ut superficies tm est. alio vero modo ut superior uel inferior est, e superficies aut dextra aut sinistra. Si 1o mo quantitas accipiatur in ea contrarium non reperitur, non n. linea alteri lineae est contraria, neq una superficies ad alteram oppositionem habet, cuius quidem ea ro est, qm contraria specie inter se distinguuntur. iam vero omnes lineae pariter superficies inter sese sunt eiusdem speciei, igr neq inter lineas aut alias quantitates e spes contrarietas non reperitur, et hoc pacto intellexit Arist: in Cathegorijs cum in quantitate contrarietatem adinveniri infitias iuit et propterea in quantitate hoc mo considerata cum contrarium no reperiatur neq in ea reperitur motus. Si vero 2do mo quantitas accipiatur, in quantitate contrarium reperitur, quantitas n. ut maior est opponitur ei quae minor e, nam cum maius e minus, maximumq et minimum inter se opponantur, ideo quantitas si cum his dijs spectetur contrarietatem habet, et hoc pacto intellexit Phus in hoc 5to Physicorum cum in quantitate contrarium esse enunciavit. Et qm secundum hac rone in quantitate contrarium extat, in ea qa etiam reperitur motus. Enimvero augmentatio q ad quantitatem motus est, non est ad quantitatem ut quantitas e, sed ad quantitatem vel ut maior est vel ut minor. Et qm Phus in 5o Physicorum considerabat quantitatem ut in ipsa reperitur motus, prinde hoc ipso libro asseruit in quantitate contrarium adinveniri, Eadem distinctione 2a diluitur dubitatio

de loco. Nam licet in loco aut superficiebus tantum ost-
ne nulla quidem oppositio reperiatur, tamen si consi:
deretur velut superior est vel inferior, superficies
quae inferior est, sic se ei opponit superficiei quae superior est
et propterea cum motus localis fit ad locum vel sursum vel
deorsum vel in dextram vel in levam partem, hoc pacto
in loco contrarietas secundum huiusmodi differentias ei inexi:
stentes reperitur. Quibus difficultatibus sic explicatis
numerum species motus concurrere oportet, Nam motus ut a nume:
ratione distinguntur in tres distribuuntur species, quarum
altera dicitur Alteratio, secunda vero Auctio et diminutio
3a vero motus secundum locum. Ut autem intelligatur quid
unaquaeque sit, sciendum est alterationem nihil aliud esse nisi
motum ad qualitatem. Verum cum qualitatis plures
sint species Prima quae dicitur habitus et dispositio sicuti scien-
tia est, iustitia, ceterique morales habitus. Altera vero
qualitatis species dicitur potentia et impotentia naturalis. Po:
tentia autem naturalis nihil aliud est nisi promptitudo
agilitas ad agendum vel patiendum: Sicuti e contra
naturalis impotentia dicitur esse difficultas inertiaque vel
ad agendum vel ad patiendum. Difficultas enim quae in la:
pide reperitur ut secetur, et in obeso homine vel
ad cursum vel ad pugnandum, naturalis impotentia voca-
tur ut in Cap: de qualitate in Categoriis Arist. de-
claravit. 3a species qualitatis est passibilis qualitas
quae in duo secatur genera. Aliae enim sunt qualitates primae

ut calor et frigus siccitasque et humiditas. Qualitates sunt 2ae quae ex primis originem ducunt, ut sapores odores et colores, qui ex temperamento primarum qualitatum exoriuntur. Jam vero cum dicitur alterationem motum esse ad qualitatem id universe intelligi non debet, non enim alteratio ad primam speciem qualitatis est, quoniam scientia caeteraeque virtutes quae ad animam attinent per alterationem et motum non acquiruntur, neque alteratio est ad potentiam et impotentiam naturalem sicuti resgemet Arist. declaravit 7 Physicorum Cont. 11. et infra, quoniam facilitas ad agendum et patiendum per alterationem non acquiritur, sed ad temperamentum primarum qualitatum insequitur. Sed alteratio dicitur esse solum motus ad qualitatem tertiae speciei quae passibilis qualitas appellatur sed primo et principaliter alteratio est inter qualitates primas, ut potest calorem et frigus, siccitatemque et humiditatem, ad 2as autem qualitates ut ad colores et sapores minus principaliter et secundario alteratio est, prout antea alteratio facta est inter qualitates primas cum enim alteratio fit inter dulce et amarum prius alteratio fit inter calorem et frigiditatem siccitatemque et humiditatem, quapropter alteratio dicitur esse motus ad passibiles qualitates, auctio vero et diminutio motus esse dicuntur ad quantitatem sed auctio dicitur esse motus a minori ad maiorem quantitatem, diminutio vero motus est a maiori ad minorem quantitatem. Sed huiusmodi descriptio cuius

est Auctioni et animatorum et inanimatorum corporum
n. uero aqua dum congelata apponitur igni et li-
quescit transit a minori ad maiorem quantitatem
sicuti et animalia quoque dum augentur a minori quan-
titate ad maiorem mutantur. Sed si definitio augmen-
tationis quae proprie animalium est desideretur ea afferri
debet. Auctio animantium est motus viventis corporis
ab anima medio calore proveniens a minori ad maio-
rem quantitatem et longam et latam et profundam
accessu nutrimenti pro exercendis uiuentis corporis
operationibus, quae sane definitio numeris omnibus absoluta
est quoniam omnia genera causarum complectitur, formam
n. continet cum dicitur Augmentatio est motus, sicque
genus in definitione accidentium locum formae subit,
ponitur etiam materia uel subiectum, est motus corporis
uiuentis, quoniam mobile et potentia id quod augetur viuens
corpus est. Ponitur etiam causa Efficiens siue princi-
pua siue Instrumenta anima n. causa primaria et
instrumentaria uero naturalis calor, ponitur etiam ter-
minus ad quem cum dicitur est motus ad quantitatem
trifariam dimensam quoniam quod augetur non solum secundum
longum sed etiam secundum latum et profundum ad augentur
ponitur etiam materia ex qua cum dicitur fit accessu nutri-
menti, quae est materia ex qua et nutritio et augmen-
tatio fiunt, ponitur etiam causa finalis cum dicitur pro
exercendis uiuentium operationibus. nam propterea ad
augentur uiuentia, ut per auctionem congruam aegroti

quantitate et magnitudine qua sua obire munera facile possint, propterea puer neque generare, neque alia corporea munera exercere potest, quia convenientem quantitatem non habet, et proinde increscit, ut debitam magnitudinem acquirat ad sua munera obeunda. Diminutio vero Auctioni opposita ita describitur. Diminutio motus est viventis corporis factus ab anima ob caloris imbecillitatem a maiori ad minorem quantitatem ex dissolutione humidi substantialis in qua definitione causa finalis non ponitur quia privationes cum a natura non propter aliquem finem fiant, quia privationis et mali nullus finis est. Tamen cum diminutio quaedam privatio sit, ac proinde propter finem aliquem non fiat sed solum oritur ex imbecillitate ipsius caloris, tamen in definitione diminutionis causa finalis non ponitur. Motus autem localis qui 3.us motus species est, est motus secundum locum, sed cum motus localis duplex sit aut rectus aut circularis et rectus alter sursum alter vero deorsum, idcirco sigillatim unumquemque ita describit. Motus circularis qui caelestis corporis proprius est, dicitur esse motus qui fit circa medium mundi. Motus autem sursum rectus qui levium est, dicitur esse motus a medio mundi ad supernam mundi partem. Motus autem deorsum qui gravium est dicitur esse motus a superna mundi parte ad infernam eius partem quae vel centrum vel mundi medium appellatur, et hae sunt descriptiones mutationis atque motus a mutatione distincti et uniuscuiusque speciei motus

Lectio 4.a

1 Excell. Arcang. in lib. 5 Physic.

Lectio 4ta
lib. 5
133

Motum at a mutatione distinguit in tribus tm predicamentis inveniri, haecque ab Arist. statuta fuit, sed qm dubium erat an in ceteris predicamentis motus reperiatur, capp. huius probare instituit in cont. 10 et infra in ceteris predicamentis motum non reperiri, et primo ostendit in relatione motum non esse siquidem relatio sicuti sunt paternitas et filiatio termini motus per se esse non possunt, siquidem paternitas per se neque per alterationem ut pote per calefactionem frigefactionemque non acquiritur, neque per motum localem aut incrementum, insuper cum paternitas et filiatio sunt puri respectus merumque filiationes, motus aut sit quid absolutum, igitur ad relationem motus per se esse non potest, neque in actione et passione motus reperitur qm cum actio et passio motus sint motus neque subiectum motus neque terminus motus esse potest neque ad ipsum quando quod est alterum predicamentum motus est, qm cum predicamentum qm sit predictum tempus, tempus vero per motum non acquiritur, cum tempus sit mensura motus, quo fit ut motus solum, ut a mutatione distinguitur in tribus tm reperiatur predicamentis ut qualitate, quantitate, et ubi, etiam si motus in sui amplitudine acceptus ut mutationem et motum complectitur in quatuor predicamentis reperiatur, in substantia scilicet et tribus alijs super dinumeratis predicamentis, quo fit ut mobile duplex sit, alterum quod transmutatur ad formam substantialem alterum vero quod mutatur ad accidens et hoc tripartito se se habet, aliud enim est mobile quod mutatur ad qualitatem et alterabile vocatur, alterum vero mutatur ad quantitatem et augmentabile dicitur, tertium vero quod mutatur ad locum et mobile secundum locum appellatur.

M. Excell. Arsang. in 5 Physic.

Et quia Oppositorum eadem scientia est, idcirco Phus quid
immobile sit declarat, inquiens immobile tribus modis dici
posse. Uno modo immobile dicitur quod nullo pacto moveri potest
sicuti Deus Opt. et ceterae intelligentiae sunt. Alio modo
dicitur immobile quod aegre moveri potest. Enimvero illa in terra
immobilia vocare solemus quae aegre aut tarde moventur.
Tertio dicitur immobile illud quod non movetur sed aptum est
idoneumque ut moveatur, et hoc proprie quiescens appellatur
quod mobili opponitur, nam sicuti quies opponitur motui
ita quiescens quod est illud quod non movetur sed est aptum
moveri mobili opponitur. immobile vero primo modo cum non
sit aptum natum moveri, mobili non opponitur, neque immo-
bile secundo modo quod aegre movetur, quia id potius opponitur
mobili quod celeriter movetur. Quibus sic ab Arist. ex-
plicatis diuisoque motu in suas species et posita in alte-
rationem et motum, ostensoque motum in tribus tantum praedicamentis
adinvenisset Phus in Cont. 21. de Unitate motus
tractare aggreditur, sed quia non satis commode huius rei
tractatio haberi poterat, nisi quaedam prius praemitterentur
quae huic tractationi plurimum conferre videntur, eapropter Phus
prius declarare instituit quosdam Terminos qui ad
motus unitatem explicandam plurimum conferunt. Termini
autem hi sunt, simul consequenter se habens, medium, con-
tiguum atque continuum, quos terminos Arist. declarat
a 21 usque ad 32 Contextum. Simul inquit Arist. ea esse
dicuntur quae in uno eodemque loco primo reperiuntur
sicuti sunt duae corporum superficies simul iunctae nam

si duo digiti simul iungantur, ambarum superficies
unitae simul esse dicuntur, quoniam uno eodemque loco repe-
riuntur. Adiecit autem Arist. illam dictionem primo
quoniam ut dictum fuit in 4° lib. locus duplex est. unus
communis omnium corporum sublunarium. Alter uero proprius et
particularis, et uero Arist. tractet solum de loco proprio
et particulari dixit, illa simul esse dicuntur, quae uno
loco primo et proprio cohibentur. Nam plurima com(muni)
loco communi contineri possunt quae tamen simul non sunt, cuncta
n- animalia sub coeli ambitu tanquam sub communi loco continentur
et tamen non dicimus animalia simul unita sunt, iis quae simul
sunt ea sese opponunt quae dicuntur separata, haec autem ut
inquit Philosophus ea sunt quae loco et subiecto discreta atque se-
parata sunt ut duo homines, duoque lapides in diversis
locis existentes, duaeque albedines in diversis existentes
subiectis non simul sed separatae dicuntur. Consequenter
autem illa esse dicuntur, quae ordine aliquo inter sese
habent et inter quae medium non reperitur quod eiusdem
generis sit etiam si aliqua inter se aliquo interuallo di-
stent. illustratur res ista hoc exemplo. si enim duae
inquit Philosophus fuerint domus inter se aliquo pacto distantes
inter quas detur ordo ita ut una sit prior et al-
tera posterior, etiam si inter ipsas arbores et stirpes
intermedient, tamen illae domus consequenter sese habere
dicuntur. Ex aduerso uero si duae fuerint domus
inter quas non reperiatur ordo secundum prius et
posterius illae consequenter sese habere minime dicuntur

Medium vero Mud est id quod agens ab uno extremo procedens prius peruenit priusque transmutat quam ad alterum extremum deueniat. verbi gratia ignis viride lignum excalefaciens transiensque a frigido ad calorem prius deuenit ad remissum calorem quam ad summum et extremum calorem; quia fieri nequit ut transitus fiat a frigido ad summe calidum nisi antea peruentum sit ad remissam caliditatem. Itaque medium Mud est id quod prius agens peruenit quam extremum attingat.

Contiguum autem Mud est cuius partes simul adunitae atque ligatae sunt simulque agunt et patiuntur, de qua re cumulatius Aristoteles agit 1° de generatione a Cont. 43 infra. quae contigui definitio ut apertior fiat sciendum quod contactus duplex alter Mathematicus alter Naturalis. Mathematicus dicitur non quia per imaginationem fiat sed realis est: sed Mathematicus appellatur quia absque motu et actione et passione efficitur ut cum duo digiti contingunt duaeque tabulae hic Contactus Mathematicus appellatur, qui est absque actione et passione, non enim duo digiti duaeque tabulae inter se iunctae inuicem agunt et patiuntur. et hic Contactus ita describitur, Contactus Mathematicus corporum est quod habet extrema, uel superficies simul coniunctas idcirco vniuersaliter dicendum est, quaecumque sese contingunt absque actione et passione inter se contactu Mathematico se contingere dicuntur. Contactus vero Naturalis is est qui duas habet Conditiones. Prima est quod eorum sit corporum

quę habent extrema simul iuncta. Altera est
quod agant et patiantur inter se, ut cum ignis et aqua
simul uniuntur et coherent naturali contactu se tangere
dicuntur, quoniam nedum secundum superficies simul iun-
guntur, sed inter se agunt et patiuntur, et hic naturalis
contactus in duobus solis reperitur quod mutuam habent actio-
nem et passionem. Hinc facile declarari potest dictum
Arist. pro dignat. Cont. 44. cum inquit cęlum tangit
ignem sed non tangitur ab igne. nam cum superficies
orbis lunę et superficies ignis inibi existentis si-
mul iunctae sint, cum inter cęlum et ignem uacuum
non detur, igitur cęlum et ignis contigue esse dicuntur
et cęlum ignem tangere dicitur, prout habet superficiem
suam cum superficie ignis simul coniunctam, sed
quoniam cęlum nil quicquam patitur ab igne quia nec alteratur
nec mouetur loco ab ipso igne propterea ab igne
non dicitur tangi contactu scilicet naturali. Quapropter haec duo
dicta simul uera sunt contactu Mathematico cęlum
et ignis uicissim se contangunt prout habent extrema
simul iuncta, sed contactu naturali ignis tangitur a cęlo
quoniam ignis a cęlo in orbem mouetur, sed cęlum
non tangitur ab igne contactu naturali, quoniam cęlum ut
dixi neque alteratur neque ab igne quicquam patitur

Lectio 5ª. Ex omnib. terminis q ab Arist. propositi explicandi fuerunt
qd sit Continuum explicandu relinquitur q ab Arist. tex. 25
ita definitur. Continuum illud est, cuius extrema unum sunt
quã et definitione attulit Arist. in Cathegorijs in Cap.
de quantitate dicens Continuum illud e cuius partes uni
co͠i termino copulantur, unde hoc discrimine Continua e
Contigua distinguunt, q Contigua illa st q habent extrema
ut puta superficies simul iunctas. sicuti cu duo digiti se con
tangunt eoz extrema sunt simul e non unu non n una
eadēq superficies e duoz digitoz se contangentiu sed di
uersa, sed Continua ad unu terminu uniuntur. Allata
hac definitione Continui, circa eu illud e aduertendu
q continuum duplex e, unu scdm mtam. Alter uero scdm
formã, Continuum scdm mtam illud e cuius partes siue
similes siue dissimiles qtes sint e forma uni co͠i termino
copulantur. ut puta duo partes lineae continuae, duaeq me
dietates tabulae q continua sit, Continuu uero scdm
formã illud e, cuius partes uniformes, e utraq
sibi similes sunt ut si duae partes accipiantur tabulae con
tinuae, quaz ambae sint aeqlr calidae aut aeqlr frigidae
tabula continuum quoddã esse dr e scdm mtam e se
cundu formã, siqdẽ eius partes una forma e qualitate
simitr affectae sunt. Si uero Continuum aliqd fuerit, cuius
partes difformes sint dissimilisq forma e qlte pdictae
illud tametsi continuum sit scdm mtãm, qa eius partes
uni termino copulantur, continuum tn no dr scdm formã,
ut si tabula accipiatur cuius una medietas frigida sit
altera uero calida, aut si uirga accipiatr cuius una
pars sit uiridis e uiuens, altera uero medietas ari
da sit e demortua, uirga illa continua dr scdm mtam

qa indiuisa e secdm partes, nō tn̄ dr continua
secdm partes qm nō sibi similib. e secundu oēs partes
si qde altera mixens est, altera uero demostrã
De qua Continuitate secdm formã intellexit Arist 8.
Physic. Cont: 29. cum dixit, q continua sint agere
et pati inuicem non possunt, nam si partes continui
ex aque calidas sint pfecto pars calida, in alterã
calidã nō agit, cum inter similia actio e passio
reperiri nō possit ut po de gnōe pdit Arist. Cont.
48 sed si dux partes continui ita se habeant, q una fri
gida sit e altera calida, ut contingit in aqua e
in ferro pfecto quamuis partes ferri e aque con
tinue sit secdm mtam, qa tn̄ non continux sunt hor
e similes secdm formã una pars in alterã agere pt
qm inter ipsas contrarietas reperitur, cuius rōne actio
puenire pt. Quamobrem inter cotinua secdm mtam
e formã actio esse nō pt. Quib: oīb his ab Arist.
explicatis priusq se se conferat ad unitatẽ motus
declarandam in Cont: 29. discrimen ponit inter
unitatem e punctum, Nã licet unitas e punctus
in hoc inter se coīant q utrunq indiuisibile est
discrepant tn̄ inter se, qm inter duo puncta, semp
aliq medium reperitur, nam inter puncta qb. linea
cohibetur linea ipsa intermedia est, sed non inter
oēs unitates numerus mediat. Enimuero inter duas
unitates quib dualitas constituitur, numerus dualis
numerus alius non mediat, Differt 2° qm punctus
positionẽ habet in linea, unitas uero positionẽ nullã habet

et proinde unitas dr simplicior esse puncto, qm uni-
tas positionem non habet, quam tn includit punctus
et ppterea cum punctus superaddat unitati posi-
tionem dr esse compositior unitate, Quib. duabus
diis ab Arist allatis tertia quoq adijci pt, ea aute
est q ad ablatione unitas numerus aufertur, nã a
quaternario quarta sublata unitate, numerus quater-
narius aufertur, Sed ad ablatione puncti linea non
aufertur. His que ad unitate motus explicanda
maxe opportuna esse uidebantr sic absolutis Phus in
Cont: 31 de unitate motus tractare aggredr dicens
Unus autem motus multiplr dr, qa unu et multiplicit
dicatr &c Sed qm decretum est Arist. 1o Cæli 10.
sup. 100.m q quotiescumq aliqua vox multiplex et
ambigua occurrit, prm distinguenda e, ut ois ambigui-
itas auferatur, q ex confusa multiplicitate facile
oriri pt, ea ppr prius Arist: quot modis unu dicatur
explicat. Unum igt trib. modis dr, unu, gne, unu
spe, et unu numero, qb. modis et unus motus dr
uel unus gne, uel unus spe, uel unus numero. Sed qm
haud intelligi pt qd sit unuq q istor triu, nisi intelligatr
q sit ratio unius, ea ppr id breuiter explicandu est
porro unu ut Arist: ipse declaravit. 10 Methaph. 2.
nil aliud sigt nisi indiuisu esse, ut pote q neq diuidi
neq partiri pt, unde unu supra ens nil aliud super
addit nisi indiuisione, nã dicere ens unu nil aliud
e quã dicere ens indiuisibile, Unde est q maxe indi-
uisibile est maxime quoq unu dr, et ppterea cu
Deus Opt: omni ex parte indiuisibilis sit, maxe quoq

vnu. qn imo vnitas in abstracto appellat. Ex quo
facile intelligi pt qd sit vnu gnē, nam vnu genere
illud dr q in aliud genus diuidi aut partiri non pt.
na idem est dicere vnu gnē, ac genere indiuisu
aial n. dr esse gnē vnu, qm in aliud aial q sit
genus partiri non pt, tametsi aial e genus in spēs
distribui diuidiq possit, Vnu uero specie illud dicitur
q in aliam spēm partiri neqt, homo n. vnus spēs dr,
qa in alia spēm humana diuidi nō pt, et ppterea
spēs ab Arist: Atoma hoc est indiuisibilis appellat
qa in aliam spēm diuidi neqt, tametsi in indiuidua
e particularia distribuatur. vnu numero aut illud est
q in aliud indiuiduu diuidi non pt, Sic uero Socra-
tes dr numero vnu, hoc est indiuisibilis numero,
qa in aliu particularē hoiem partiri neqt, tametsi
socrates in caput, brachia, pedes secari possit
quar, sane partiu nulla Socrates est e haec vnitas
numeralis oim pfectissima e, quo fit vt vnus motus
genere is dicatur qui pgredr ad terminos qui
gnē coeunt, grō n. qui ad hoiem qui ve ad equu
terminatur dicuntur esse gnē eadē, qm ~~termina~~ terminantur
~~terminiunt~~ ad animal q gnē coeunt e vnu sunt. Motus
aut vnus specie is est q pgredr ad terminu qui vnus
spē est. vt alterōnes q terminantur ad duas albe-
dines q sunt eiusdem speciei, hae inquā alterōnes, vnus
motus spē dicuntur, qm ad duos terminos pficiunt
q eiusdē sunt speciei. Motus uero numero est q

Lectio 6ª

ad vnum numero terminum et singularem proficiscitur

vt alteratio quae pergit ad hanc albedinem uel ad hanc caliditatem singularem, vna numero dicitur, quia ad terminum numero unum et singularem progreditur.

Ex quo colligitur haec propositio quod vnitas motus ex vnitate termini ad quem desumitur et accipitur ita ut motus vnus sit qui ad vnum terminum proficiscitur

Lectio 6a. Quot Modis motus vnus esse dicatur, cum hactenus ab Arist: explicatum fuerit nunc hac in parte declarat quae et quot sint quae ad motuum unitatem necessaria et opportuna esse dicuntur, quod sane declarat in Cont: 34 inquiens Tria esse quae ad motus vnitatem concurrunt, videlicet vnitas mobilis, vnitas termini ad quem et vnitas temporis, requiritur sane vnitas mobilis, quia cum motus accidens sit, vnitas autem accidentis, ex vnitate subiecti dependeat, quia accidens ideo numero vnum est, quia in vno subiecto numero reperitur, propterea ut motus sit numero vnus vnum numero mobile esse quod motus subiectum est adesse oportet, requiritur quoque etiam vnitas termini ad quem, quia cum motus ad terminum proficiscatur vnus motus numero est, quia ad vnum numero terminum et particularem proficiscatur. Tertio requiritur temporis vnitas. Per temporis autem vnitatem nihil intelligi debet nisi temporis continuitas, in quo nulla intercipit quies, nam tempus illud vnum esse dicitur, continuumque in quo nulla mediat quies, vnde si tempus continuum fuerit et non interceptum, motus qui eo tempore fit vnus quoque indivisus et continuus esse dicitur, sicuti e contra motus qui tempore fit interpollato, non vnus sed plures esse dicuntur, vt exempli gratia si quis ab hoc loco in forum tenderet, et inter eundum bis aut ter requiescat sicuti tempus continuum est, ita neque motus vnus esse dicitur

sed plures, cum in eo plures quietes intermediae sint, sed
dubium est an ad unitatem motus unitas quoque etiam motoris
requiratur. putant Lirconien non solum haec tria ad motum
unitatem requiri sed et unitatem mouentis, ita ut ad hoc ut
motus unus sit, unum quoque motorem adesse oportet. quae
sententia mihi non satis probatur, quia Arist. in dinumerando ea
quae ad motum unitatem necessaria sunt motorem non dinumerauit
Quod si unitas motoris requireretur, profecto negligentiae
accusandus esset Arist. quippe qui unitatem motoris silentio
inuoluisset, deinde ex eo probari potest, quoniam si a pluribus
hominibus nauis trahatur aut lignum, motus attractionis
nauis unus est et continuus attamen a pluribus motoribus
efficitur. tamen dicendum est ad unitatem motus motoris unitatem
necessariam non esse, quoniam unus motus a pluribus motoribus fieri
potest, dummodo plures illi motores simul agant atque moueant
ut contingit in motu attractionis nauis. quoniam si plures
essent motores non simul mouerent sed unus post alium
profecto non unus sed plures essent motus. nec illud si-
lentio praetereundum est An ad unitatem et continuitatem
motus necessaria sit continuitas spacii super quo efficitur motus
Cui problemati ita est occurrendum, ut motus continuus
sit necesse non esse ut spacium continuum sit, nam si quis
ab hoc loco in forum moueretur, profecto per spacium non con-
tinuum sed intersceptum uel interruptum mouebitur et tamen
si is qui in forum tendit absque quiete intermedia in
forum moueatur motu uno et continuo mouebitur,
quare motus continuus esse potest etiam si spacium sit
intersceptum et interruptum, quo fit ut solum ea tria quae
ab Arist. enumerata sunt requirantur, terminus ad quem

et temporis, ad unitatem motus continuitateque necessaria sunt.
Ceterum id dubitatione non caret quod ab Arist. dictum est,
unum numero motum esse, qui ad unum terminum numero
progreditur, siquidem unus numero motus ad plures terminos
et quidem specie differentes proficisci potest, nam si lapis ex su-
blimiori loco deorsum moveatur, profecto movebitur ad lo-
cum aëris, ad locum aquae quousque perveniat ad superficiem
terrae, quae sunt diversa loca diversique termini, et tamen
est unus motus lapidis, igitur unus motus numero et
singularis ad diversos pluresque terminos proficisci potest.
Difficultatem quoque habet dictum illud Arist. quod diversi
motus secundum speciem ad diversos distinctosque terminos sci-
licet secundum speciem proficiscuntur, siquidem motus ignis et aëris
sunt specie distincti, quoniam motus diversorum generum
specie differentium, sicuti sunt ignis et aqua, specie di-
stincti sunt, et tamen motus ignis et aëris ad unum eun-
demque locum terminantur quia ambo ad locum sursum tendunt
igitur diversi motus specie ad eundem terminum fieri possunt.
Sed haec absque negotio dilui possunt, et pro solutione
primae dubitationis est advertendum quod dum Philosophus inquit motum
numero unum ad unum terminum ad quem tamen proficisci
de ultimo termino Arist. intelligit, quo a natura intenditur
cum ergo dicitur cum lapis descendit a sublimiori loco
usque ad terram ad diversos terminos tendit dicimus
lapidem quidem transire per diversa loca, ut locum aëris
et aquae, quae sunt veluti gradus et via qua mediante
lapis ad ultimum terminum proficiscitur ut puta ad terram
ideirco quia motus lapidis ad unum terminum numero
ultimum et postremum proficiscitur, propterea motus lapidis

doctrina cadenti, unus numero est, ad unumque terminum
tendit, nam sicuti aliis rebus denominatio et unitas
a fine ultimaque differentia accipitur ita et in motu, nam
ut docuit Arist. 2. de Anima cont. 49. a fine unumquodque
denominari iustum est, similiter unitas ab ultima differen-
tia desumitur, quamvis in definitione plures sint
differentiae ut docuit Arist. 7. Metaphys. cont. 43. ubi inquit
quod licet in definitione plures differentiae sint, ut si dicatur
homo est animal pes bipes gressibile rationale, tamen definitio est
una, cuius unitas ab ultima sumitur differentia,
sicuti et in quaternario numero licet plures sint uni-
tates tamen esse denominatio unitasque numeri qua-
ternarii a quarta et ultima unitate desumuntur, idipsum
contingit in motu nam licet unus motus numero per plura
fiat loca, eius tamen unitas ab ultimo termino desumitur
et hoc pacto intelligenda est illa pervulgata propositio
quae afferri solet, Motus denominatur specificaturque ut dicunt
a termino ad quem, de ultimo semper termino in-
telligi debet, nec officit 2a instantia nam cum dicebatur
motus ignis et aeris specie distincti sunt et tamen ad
unum terminum ad quem proficiscuntur, haec secunda pars
propositionis reiicienda est, nam licet motus ignis et aeris
sursum fiant, non tamen ad eundem locum et terminum se-
cundum speciem proficiscuntur, etenim vero motus ignis qui simpliciter
levis est ut ad terminum ad quem proprium quae sedes ignis
ad orbis lunae concavum tendit, motus autem aeris
qui non est simpliciter levis ad ignis superficiem tanquam
ad proprium locum proficiscitur.

Jam vero sicuti orbis lunę et ignis essentia distin-
guuntur, ita locus ignis qui est orbis lunę et locus
ad quem tendit motus aëris qui est specie superficies
ignis specie distinguuntur. Locus autem simpliciter est
quod commune loco ignis et aëris, sed non est proprius
terminus utriusque. quare congrue ab Arist. dictum
est motus secundum speciem differentes, ad terminos
etiam secundum speciem distinctos tendere et proficisci.

Lectio 7a Cum hactenus Arist. declarasset quid sit motus numero unus
quaeque ad unitatem motus necessaria sint, modo hac in parte Philosophus
tres ponit Conclusiones quarum prima ea est quod idem est motus unus
et continuus. 2a Conclusio est quod ~~unus~~ motus dicitur esse magis
unus quam alter. 3a Conclusio est quod motus rectus est magis
motus rectus quam motus reflexus. motus qui specie differentes
neque unus motus numero neque continuus esse possunt. Quae Conclusiones
a nobis considerandae atque expendendae sunt. Et prima ab
Arist. ita probatur. Unum et idem sunt esse indivisum conti-
nuum et unum, nam cum de ratione unius sit indivisum esse Ergo
idem est esse unum et indivisum. Similiter cum continuum indi-
visum sit Ergo et tria idem sunt. Ex quo ratio ita formari
potest. Motus qui indivisus est dicitur esse continuus, sed motus qui
est unus dicitur indivisus, Ergo omnis motus unus dicitur esse continuus
Secundo idipsum ex definitione continui probari potest nam con-
tinuum illud est, cuius partes sunt unum, itaque illud cuius ex-
trema unum sunt est continuum. Sed sic est quod motus qui
unus est ita se habet quod eius partes ad unum terminum
copulantur, quia si eius partes uno communi termino non
copularentur non esset unus. igitur omnis motus qui est unus

continuus est. Sed ut res ista clarissime intelligatur quod nil aliud est, motum unum esse, et continuum vel indivisum nisi in eo nullam quietem adinveniri, unde omnis motus in quo nulla cadit quies media dicitur unus indivisus et continuus. sicuti ex adverso is motus in quo media quies cadit neque continuus, neque unus dici potest, ut si quis ab hoc loco in forum tenderet, et in hoc motu bis aut ter quiesceret, hic motus nec continuus neque unus diceretur, sed plures et discontinui. Secunda Conclusio ab Arist. ita probatur tam motus regularis quam motus irregularis unus motus est, tamen motus regularis dicitur magis unus quam is qui irregularis est, ergo motus dicitur magis unus quam alter. Ut autem Arist. haec sententia conspicua fiat, declarandum prius est quid sit motus regularis et quid irregularis motus irregularis nil aliud est nisi motus inaequalis qui constat ex ascensu et descensu, qui uno modo tardior in modo ne celerior est, ut exemplo motus factus super spacium obliquum et tortuosum dicitur esse motus irregularis vel difformis, quoniam cum fiat super spacium quod partim est et parte depressiore, et parte prominenti, atque ita ex parte inferiore et superiore motus qui fit super huiusmodi spacium constat ex ascensu et descensu cum .n. fit per partem inferiorem spacii est motus descensus cum vero fit per partem eiusdem spacii prominentem dicitur motus ascensus, quare motus iste dicitur esse irregularis atque difformis quia non undiquaque sibi similis esset. quemadmodum

solet esse motus turbinum, similiter motus qui movetur velo-
cior nec tardior efficitur irregularis dicitur, quia toto
tempore quo efficitur non est sibi undequaque similis nec
aeque velox et propterea irregularis dicitur. E contra
vero motus ille uniformis et regularis appellatur
qui fit super lineam rectam aut circularem secundum omnes
partes sibi similem. sicuti motus ignis sursum aut terrae
deorsum. et caelestis corporis motus, et tandem unus
quisque motus qui fit aequali velocitate ab initio ad finem usque
regularis et uniformis appellatur. Secundo declarandum
est quonam pacto motus regularis dicatur esse magis
unus, quam irregularis motus, nam illud dicitur
esse magis unum quod est magis indivisibile et magis
simplex et contra vero illud dicitur minus unum quod
magis divisibile est et magis compositum, quia quod
magis compositionem includit magis divisibile est
cum ergo motus regularis sit magis indivisibilis et
magis simplex, quia non componitur ex ascensu et
descensu, neque ex velocitate et tarditate, motus vero
irregularis compositus sit ex ascensu et descensu
velocitateque et tarditate ut dictum est, ergo motus re-
gularis dicitur esse magis unus, quam motus irregularis
ita ut ratio eius sit motus ille qui magis indivisibilis
est et magis simplex dicitur magis unus. Sed motus regu-
laris est magis indivisibilis et simplicior motu irre-
gulari, ergo motus regularis dicitur magis unus quam
irregularis, quo fit ut comparando motum

celestis corporis motui elementorum motus circularis
celestis corporis est magis unus quam motus Elemen-
torum, quoniam motus Celi cum sit aeque velox et in principio
et in fine regularis est et sibi semper similis.
Motus vero Elementorum cum in principio sit tardior et
in fine velocior, ac propterea constet ex velocitate et
tarditate, aliquo pacto compositus est et irregularis
et propterea motus celi quoniam est uniformis simpliciorque
dicitur magis unus, quod est dicere magis simplex et minus
divisibilis quam sit motus Elementorum qui irregularis
est compositusque ex velocitate et tarditate. quare
ob id unus motus dicitur esse altero magis unus hoc est ma-
gis simplex et minus divisibilis. Sed quoniam quis peteret
ab Aristotele: propterea quod sit causa irregularitatis et inae-
qualitatis in motu propterea ipse in Cont. [illegible] videt
dicens triplicem irregularitatis motus causam esse,
Prima quidem est inaequalitas spacij super quo efficitur
motus. nam si spacium super quo efficitur motus localis
fuerit obliquum et tortuosum constans ex depressiore
et prominentiore parte, motus qui supra illud spacium
efficitur, obliquus etiam est et inaequalis, quare com-
positus ex descensu et ascensu sicuti motus factus
supra arcum, et e contra motus factus supra lineam
rectam dicitur esse rectus et aequalis, sicuti est motus
ignis sursum et terrae deorsum. Prima igitur causa inae-
qualitatis est spatium et magnitudo super quo
efficitur. Secunda causa dicitur dispositio mobilis quod aptum est

secundum unam partem corporis velocius moveri et secundum
alteram tardius ut motus elementorum qui in principio
est tardior et in fine velocior. Diversitas huius
motus ex dispositione mobilis efficitur quod in prin-
cipio aptum est tardius moveri in fine vero velocius.
sicut etiam est motus animalium qui in principio celerius
movent in fine vero tardius: quod contingit ex di-
spositione mobilis ut patet animalibus quae in movendo
defatigantur, nam cum in principio validiora sint
spiritus quae magis vigeant celerius animalia moventur
in fine vero quoniam defatigantur spiritusque resolvuntur
tardius movent. [inaequalitatis mo] Tertia causa est ex disposi-
tione Motoris. Nam cum motus a motore conveniat
ut a causa Effectrice secundum similem variamque mo-
ventis dispositionem, ita quoque varius similisque
efficitur motus, nam si Motor diversimode se se habeat
ut in principio maioris roboris sit, in fine vero
remissioris, ex hac varia dispositione moventis
variatur etiam motus quoniam in principio velocior motus
erit in fine vero tardior. Quod si motor ipse
et in principio et in fine semper sibi similis sit, simi-
li quoque modo movet et in principio et in fine, hinc
est quod motus caelestis corporis uniformis sibique semper
similis est, neque secundum velocitatem aut tarditatem
unquam variatur, primo quoniam mobile et caeleste corpus
cum ab omni alteratione liberum sit nunquam variatur
secundo simili motu semper movetur, et aeque velociter
tam in principio quam in fine.

Similiter motus ille aequalis est ratione mouentis. Nam
cum Deus caeteraeque intelligentiae caelestium corporum moti-
ces sint nec unquam alterentur, nec unquam defatigentur
sed semper sibi similes sint et in principio et in medio
eapropter similem semper efficiunt motum, qui aeque velox
est et in principio et in medio et in fine, quas sane
causas Arist. declarauit 1° Caeli Cont. 25. quod itaque in
sublunaribus istis motus irregularis sit id in causa est
quoniam mouens et mobile in his non semper eodem modo
se habent, sed continue alterantur, ad quorum alte-
rationem et varietatem eorum quoque opera variari o-
portet. Quod vero in caelestibus corporibus motus
semper sit regularis, in causa est similis dispositio
quae semper reperitur in mouente et mobili, nam cum
in his mouens et Mobile eodem modo se habeat
semper eodem quoque modo semper se se habere et
motus qui ab ipsis efficiuntur. Lectio 8a

Inter Motus unum esse altero magis unum et continuum
cum superius ab Arist. ex motu regulari et irregulari
ostensum est. Si quidem motus uniformis et regularis, magis
unus et continuus esse dicitur quam qui irregularis est, ut
Philosophus in Cont. 55. quod huius tractationis postremus est, idipsum
ex motu recto et reflexo Arist. ostendit, motus reflexus
ille esse dicitur, qui incipit ab uno termino et postea per eandem
lineam ad eundem terminum a quo incepit reuertitur, ut
si gleba terrae ab inferiore loco sursum moueatur, et a
loco superiore iterum ad inferiorem locum reuertatur, talis
motus glebae terrae reflexus appellatur.

Rectus vero is dicitur qui ab uno termino incipit et ad aliquem terminum proficiscitur et ibi requiescit, ut si gleba terrae sursum moveatur et alicubi detineatur et ibi requiescat, motus ille rectus appellatur et non reflexus. Jam vero motus rectus magis unus continuusque esse dicitur quam is qui reflexus est, siquidem in motu reflexo cum aliquo pacto quies intercipiat, propterea est magis divisus nec ita continuus est, quoniam motus ille, in quo aliquo pacto cadit quies media, neque continuus neque unus dici potest. quod vero in motu reflexo media quies intercipiat, id ab Aristotele 8 Physicorum memoriae proditum est, quod ipsa rei evidentia confirmat, nam si ab hoc pariete ad alterum parietem Socrates moveatur, et iterum Socrates revertatur ad eum locum a quo moveri incepit profecto cum incipit reverti quoquo pacto quiescit, nec potest cum fuerit in termino ad quem iterum reverti nisi aliquo pacto quiescat. sed quoniam in quibusdam motibus reflexis quies intermedia usque adeo exigua est, ut vix persentiri et percipi possit, ut quando terra ab infero loco sursum movetur, et postea deorsum revertatur, inter illos duos motus sursum et deorsum terrae quoquo pacto quies cadit intermedia. sed quoniam quies illa usque adeo exigua est, ut vix ab aliquo percipiatur, inde fit quod motus ille terrae sursum et deorsum factus vel reflexus, unus et continuus esse videatur, cum tamen revera non sit sed divisus et interceptus vel discontinuus. Quamobrem tum ex discrimine motus regularis et irregularis, nec non recti et reflexi. facile intelligitur utrumque esse

q ab Arist. decretum est inter motus unum esse alte-
ro magis unum atq. continuum, et licet unus motus
magis unus altero et continuus esse possit, attamen
mig. Arist. putandum non est, ut semper motus, qui ma-
gis unus est specie differat, ab eo motu qui minus
unus est q ex eo probari potest, nam si terra deorsum
existens sursum moveatur, aeque velociter a princi-
pio usq. ad finem dic. motus dr esse unus et continuus,
si vero e contra terra sursum quoq. moveatur, sed
non aeque velociter at velocius in principio tardius in
medio, vel in fine, secundus dic. terrae motus, minus
regularis est quam prior cum dic. secundus ex velocita-
te constet et tarditate, at proinde minus est unus,
quam motus prior terrae q est aeque velox, et tn
dicti duo motus terrae inter se specie non distinguuntur,
quamobrem ex maiori et minori unitate motus, maio-
ri minoriq. regularitate diversitatem secundum speciem
inferre minime liceat, quibus sic ab Arist. explicatis q
ad unitatem continuitatemq. motus pertinere videbantur
modo dubius in hoc capite q est ulta pars huius quinti
libri q ita auspicatur, quoniam autem motui non solum motus
esse videtur contrarius Incipit dubius de Oppositione et
motuum contrarietate pertractare. incipit autem dubius
iure ipso post motus unitatem de oppositione motuum
disserere, quoniam cum oppositio quaedam diversitas sit
multitudoq., quoniam contrarietas diversitatem dicit
multitudinemq. scat, cum in uno oppositio servari

non possit. sed semper unum alteri contrarium esse dicatur, ideirco cum oppositio pluralitatem indicat pluralitas vero ad unitatem sequatur, propterea Arist. cum de motus unitate disseruisset, ordini doctrinae consentaneum esse videatur ut de oppositione motuum pertractaret quod sane oppositio diversitatem et pluralitatem significat, et quoniam circa motuum oppositionem triplex comparatio fieri potest. primo spectari potest oppositio inter motum et motum hoc est quonam ~~mo~~ pacto, unus motus alteri motui dicatur esse contrarius. 2o quoniam motui nedum opponitur motus sed quies ideo secundo loco tractandum est quonam pacto quies motui contraria sit. 3o quia sicuti motus opponitur motui, ita quies opponitur quieti, propterea 3o loco considerandum est, quonam pacto quies, alteri quieti adversetur, ita ut tota haec tractatio de oppositione motuum, in tres partes distribui possit, in prima quidem de oppositione uniusque motus ad alterium oratio habeatur. in 2a vero quonam pacto quies motui opponatur ab Arist. declaretur. in 3a et postrema quo pacto quies alteri quieti sese opponat in quibus tribus. tota consistit contemplatio de contrarietate motuum. De his aut Arist. verba facturus exorditur primo ab oppositione quae inter motum et motum adinvenitur quod non sine ratione factum est, quoniam sicuti prius incipiendum est ab habitu quam a privatione

cum priuatio non innotescat nisi per habitum si
quidem malum non cognoscitur nisi per bonum, et intem
peries ut aiunt Medici, nisi ex cognitione tempe,
ramenti, unde quo maior fit lapsus et recessus à
temperamento, maior quoque intemperies facta esse
dr, et quo magis aliquid recedit à bono magis malum
esse dr, ergo cum motus sit habitus et ens reale,
quies uero sit priuatio motus idcirco postquam prius au,
spicatus est à contrarietate quae inter motum et motum
adinueniuntur subinde uerba facturus de oppositione
quae inter motum et quietem reperitur, quae est ueluti
oppositio inter priuationem et habitum. Explicatu
rus uero quomodo unus motus alteri aduersetur, id
pro assumit, quot modis unus motus alteri aduer,
sari dicatur, cuius ro ab Auerr. explicata in Com:
46. ubi inquit id ob eam causam ab Arist: factum esse
ut ex explicatione horum tandem ipse statuere
possit in quibusnam uere consistat oppositio et con,
trarietas in motu, hos modos declarans Arist.
inquit pro unum motum alteri opponi posse penes ter.
minum à quo tantum. Alio modo penes terminum ad
quem tantum. 3o modo penes utrumque terminum
et à quo et ad quem.

Lectio 9a. Modis ab Arist. explicatis quib: contingit motum alteri motui aduersari, modo tres ponit propositiones quib: ostendit ex quib: uera motus contrarietas desumenda sit, quarum pa ea est, q contrarietas in motibus ex termino a quo desumi non debet, ita ut motus illi dicantur inter se contrarij qui a contrarijs terminis incipiunt, cuius propositionis illud est fundamentum, qa quandoque usu uenit et contingit ut motus qa a contrarijs principijs incipiunt, ad eundem terminum ad quem proficiscantur. Cuius rei illud est argumentum qm si aer deorsum existens a superficie terre moueatur ad locum ipsius aeris et e contra ille Aer existens in loco ignis ad eundem aeris locum moueatur, ~~ideo~~ dicimus duos motus aeris a contrarijs principijs incipere. Vnus quidem ab infero loco alter uero sursum et a superiore loco et tamen ad unum eundemque terminum proficiscuntur, uidelicet ad locum eundem aeris, quaobrem isti motus tametsi a contrarijs principijs incipiat, contrarij tamen non sunt inter se cum ad unum eundemque locum secundum speciem terminentur. itaque contrarietas motuum a termino a quo desumenda non est, ex qua propositione Corolarie altera consequitur q sic absolute loquendo motus sursum et deorsum neque contrarij sunt, nec specie distinguuntur, siquidem motus aeris alter quidem qui incipit a loco inferiore et sursum tendit, alter uero qui incipit a superiore loco et deorsum proficiscuntur sunt quidem motus ascensus et descensus unus quidem sursum et alter deorsum et tamen specie non distinguuntur cum ambo terminentur

M Excell.mi Archang. in 5 Physic. ——

ad unu et eundē locu formidem spēm vergunt ad aēris regionem. sed illi motus sursu et deorsum specie distinguuntur contrariique sunt, qui ad loca contrariā speciēque differentia pgrediuntur. unde motus ignis sursum, motus uē terre deorsu, oppositi speciē diversi sunt, qm ad loca contraria specieque differentia pgrediunt sicuti sunt suprema et inferior plaga.

Altera qrst. ppositio est hec, q contrarietas in motibus pcipue magis ex termino ad quē desumi debet, cuius ppositionis fundamentum illud est, quoniā contrarietas in motu ab eo magis desumi debet q forme rōnem habet et quod acqritur, qua ab eo q habet rōnem privationis et q corrumpitur siquidem denominatio potius fit a forma et ab habitu quam a privatione. Jam uero terminus a quo in motu rōnem privationis habet, continueque corrumpitur, nam cum aqua a frigiditate transit ad calorem, frigiditas q est terminus a quo incipit alteratio continue reprimitur et interit, terminus autem ad quem rōnem habet forme, continuereque acqritur, quo fit ut cu terminus a quo continue pereat rōnem habeat privationis, qa id q corrumpitur cum tendat ad non esse, privatio quodam mō est terminus uero ad quē cum per motu acqrat id uero q acqritur cu habeat esse, ppterea terminus ad quē in motu, te rōnem forme et habitus subire etc.

N Excell: Archang in 5. lib. Physic.

Itaq; cu contrarietas ab eo desumenda sit quod pre-
terea q rõnem formae habet, id aute est terminus
ad quem, in motu Ergo contrarietas in motu, magis à
termino ad que, quã à termino à quo accipie-
da e, vnde sanatio et ęgrotatio contrarij
motus esse dicunt non qa à contrarijs termi-
nis incipiãt, sed qm ad contrarios terminos pfi-
ciscuntur, ut pote ad sanitate et ęgritudinem
simile motus ascensus et descensus oppositi inter se
sunt non qa ab oppositis terminis incipiãt, sed quia
ad oppositos terminos, vnus s. ad superiu locum,
alter uero ad inferiu terminantur. Ex quo
loco elicitur illa peruulgata ppositio, q motus et quo
ad esse, et quo ad diuersitate et contrarietate
et quo ad denominationem, non à termino à quo
sed ad terminu ad que constituitur et ut aiunt
specificatur, licet .n. dum alterat aqua et excalesit
à frigiditate in caliditate mutetur, non pinde huius
modi alterãõ frigefactio appellatur, sed calefactio
dr, à caliditate, q est terminus ad que nomen
desumens, motus ergo à termino ad que deno-
minatur. Tertia Conclusio ea est q illi motus
contrarij simplr sunt, qa contrarijs terminis ad
contraria pficiscuntur, sicuti sunt motus a sanitate
in ęgritudine et è contra ab ęgritudine

in sanitate, Si n. duo motꝫ simplr contrarij st
qa ab oppositis terminis incipiunt, ut a sanita=
te et ægritudine, et ad contraria terminantur
ut pote ad ægritudinem, uel ad sanitatem.
Sed hac in re illud est animaduertendum, q cum dr
motum motui contrariari, oppositio ista non ita la=
te et ample intelligeda est, ut qlibet motus al:
teri motui indifferenter contrariꝫ sit, Enimuero
motꝫ localis non est contrariꝫ augmentationi, neqꝫ
excalefactio motui locali, sed determinatꝫ motꝫ
determinato motui contrariꝫ e, ut unꝫ motꝫ
localis alteri motui locali, ut ascensus descen.
sui excalefactio frigefactioni, et ut uno uerbo
complectar motus q est ad unum contrarium al:
teri aduersatur qui ad eiꝫ oppositum pgreditur.
Huiusmodi aut contrarietas, q inter motum et mo:
tum adinuenitr, contrarietas dr realis et positiua
siquidem uersatur et est inter extrema realia et po:
sitiua, qm est inter motum et motum, quorꝫ utrqꝫ
est Accidens reale et positiuum, et ois oppositio
q reperitur inter extrema realia, ut inter al:
bum et nigrum, calorem et frigꝫ, oppositio realis
et oppositio contraria ab Arist: appellatur.
Quib: positis ab Arist: Coniectorib: ne aliqꝫ sup:
esset dubitandi locꝫ in Cont. 52 cuidam tacite
occurrenti Obiectioni rndet, ea aut est,

qm̃ q̃ᵇ ambigere potuisset non oẽm motũ alteri
contrariũ esse, q̃ inter contraria uersantur
siquidem motꝯ ab albedine ad pallorem et ẽ
contra ex pallido ad albũ sunt motꝯ contra:
rij et tñ hi motus inter contraria nõ fiunt
cum pallor et albedo inter se cõtraria nõ sint
~~cũ quare contraria esse possunt et tñ inter contraria non fi~~
~~cũ pallor et albedo inter contrari~~
Cui obiectioni occurrens Arist: inq̃t vere de:
cretum fuisse Motꝯ oẽs contrarios esse qui inter
contraria fiunt, cum aũt in oppositum dr̃, motus á
candore ad pallorẽ, uel ẽ cont. contrarios esse
tñ inter contraria non uersari, cũ pallor et
albedo contrarĩa nõ sint, id ut falsũ inq̃t Arist
abnegandũ est, siquidẽ color pallidꝯ et albedo vi:
cissim opponuntur, nã cũ in colore pallido et al:
bedo et nigredo subesse quodãmodo castigato et
remisso reperiantur, idcirco color pallidꝯ rõne ni:
gredinis quã includit albedini aduersatur et
» uniuersẽ medium rõne vniꝯ extremi q̃ in se inclu:
» dit alteri extremo aduersatur. Ut exõ color palli:
dꝯ rõne albedinis contentꝯ nigredini aduersatur
et ex aduerso rõne nigredinis contentꝯ albedini
opponitur, quo fit ut cũ fit alterõ á candore ad
pallorẽ fiat de contrario in contrariũ. qm̃ huiusmo.
alterõ fit ab albedine in nigredinẽ á pallore eo
tentaũ, sicut et cũ fit alterõ á caliditate ad

aquae tepidae, fit e contrario in contrarium, quoniam
fit a caliditate ad frigiditatem remissam in aqua
tepida existentem; et similiter cum fit e contra alteratio
a tepido in calidum, talis alteratio non incipit
a caliditate existente in aqua tepida, sed a fri-
giditate tepidae aquae inexistente ad caliditatem
quamobrem et motus qui fiunt inter extrema et
media etiam inter se contrarii sunt, sed advertendum
» quod motus qui fiunt inter extrema contraria ut
» inter album et nigrum, inter calidum et frigidum
» magis contrarii sunt quam ii motus qui fiunt inter
extrema et media, ut inter album et pallidum
calidumque et tepidum. Cuius veritatis illud est
fundamentum, quia cum oppositio in motu ex ter-
minis ipsis dependeat, ergo qualis est oppositio in
terminis motus, talis quoque etiam in motibus adin-
venitur, iam vero longe magis opponuntur extrema
ut calidum et frigidum album et nigrum et consi-
milia, quam extremum et medium magis non opponitur
album nigro quam eidem nigro opponatur pallidum
Ergo magis contrarii sunt motus qui sunt inter ex-
trema, quam qui sunt inter medium et extremum,
ita ut dicendum sit, motus qui ad extremos ter-
minos perficiuntur, extreme et simpliciter contra-
rii sunt motus vero qui inter extrema et media
versantur secundum quid et inter se non perfecte opponuntur.

Lectio 10.

Cum hactenus ab Arist. ostensum fuerit, motum alteri aduersari; modo hac in parte Arist. se se confert ad explicandum illud quod secundo in ordine fuit, videlicet motui quietem aduersari sed quia quies in duplici differentia est. Altera quidem quae est terminus ad quem et finis motus. Altera vero est terminus a quo incipit motus. ut exemplum si lapis sublimiore loco et potentia in turri detentus incipiat deorsum moueri, et ad superficiem usque terrae deueniat et illic tandem requiescat, in hoc motu duae sunt quietes, Altera quidem quae est terminus a quo incipit lapis deorsum moueri, ut cum in turri requiescebat. Altera vero est ~~finis~~ terminus ad quem et finis motus deorsum, ut cum ad terram perueniens requiescit, quae hoc discrimine inter se differunt, quod illa quae est terminus a quo procedit naturalem motum corporis naturalis est violenta et contra naturam. - n. vero quies illa qua sublimiore loco graue aliquod corpus detentum requiescit, violenta est et contra naturam, illa vero quae finis est et consequitur naturalem motum naturalis est. ut cum graue deorsum latum requiescat quies illa sibi naturalis est, unde ut conspicuum fiat quando aliqua quies violenta est, necnon naturalis ea regula accipienda est, quod quotiescunque quies aliqua naturalem motum insequitur semper quies illa naturalis censenda est, ex aduerso quies quae finis est, insequitur ue motum violentum, quies illa semper violenta dici debet,. Quibus sic constitutis declarans Arist. quomodo quies motui aduersetur, inquit non omnem quietem se se motui opponere et aduersari, sed duntaxat quies

q uiolenta e atq e terming a quo n'alis motus
illa motui aduersatur, quies uero quę finis est et ter:
minus ad quem motus n'alis hoc nequaq motui contra:
ria est cuius ro ea est, qm finis et ea quę ad finem
diriguntur contraria minime sunt, qm unu contrariu
ad alteru no ordinat, iam uero motus et quies, q est
terming ad que motus illa sese habent, quod motus ipse
ordinat ad quiete tanq ad fine, non n alia
ob cam corpa n'alia ad suu mouentur locu, nisi ut
ibi requiescant, q si corpa ob id mouentur ut requiescant
tande, igr motus ad quiete ordinatur, ac pprea motus
et quies, q est terming ad que ipsius motus inter
se oppositione no habet, et pprea consulto ab Arist.
dictum e, quietem q est terming ad que motus,
que motui non aduersari, sed solu quies quę motum
pcedit illa motui contraria est, ut quies lapidis in
turri, que motus lapidis deorsum antecedit, illa mo:
tui lapidis contraria est, qm illa quies est uiolenta
motus uero lapidis deorsum n'alis est, atq tum lapis
in turri detinetur sub diff conditione contraria suę
n'ae existit, qa n'ae grauis consentaneu non est ut
sursum requiescat. Et licet quies hoc modo motui
aduersetur, no est ide oppositionis genus quo motus
motui opponitur et quo quies quieti, Enimuero motus
opponitur contrarietate positiua et reali, qm duo
siquidem motus et motus st duo accidentia realia

oppositio
et oīs Contrarietas q reperitur inter duo ex-
trema realia, positiua quoq appellatur oppositio uero
" inter motum quiete priuatiua dr, qm motus et quies
" ita sese habent, q motus est ens reale, quies uero
" est priuatio eiusdem motus, iam uero oppositio q inter
terminos reperitur, quorum unus est ens reale et
alter est priuatio, oppositio illa priuationis uel pri
uationis nuncupatur sicut et inter visu et cecitate
Verum hoc in loco ambiget quispiam dicens, si motui
opponitur motus ut motui sursum opponitur motus deorsum
et eidem motui sursum, opponitur quies q deorsum et
igr uni plura erunt contraria q tn Arist: inficias
ire vdr et po Celi Cont: xo. et 10 Met: 14. ubi
dt unum uni tm contrarium esse et non plura. sed
soluitur nodus iste hunc in modum q illa propositio Arist.
asserentis unum uni contrarium esse ueritatem habet ex
duab: his conditionib: pa in uno gne oppositionis et
contrarietatis, et pfecta et extrema contrarietate
intelligitur qde pa Conditio sic q oppositione reali unum
uni est contrarium, uel oppositione priuatiua motui tn
opponitur quies, sed diuerso oppositionis gne inconue-
niens non est, quare una sit realis et altera priua-
tionis uni plura contraria esse, id uero motus oppo-
nitur motui contrarietate reali, quies uero op
ponitur, oppositione priuatiua. 2a. aut Conditio sic
intelligenda est, q unum uni tm est contrarium

pfecta et extrema contrarietate, nam ut in morib:
avaritiae tamen opponitur prodigalitas pfecta contrarietate
quoniam inter avaritiam et prodigalitatem est pfecta et
extrema oppositio, cum sint duo vitia extrema. Sed
uni plura possunt esse contraria, unum quidem pfecte
sicut extremum, et alterum imperfecte tanquam medium
sicuti exemplo allato avaritiae opponuntur prodigalitas et
liberalitas, sed prodigalitas ut extremum et oppo-
sitione pfecta, dicuntur autem prodigalitas et avaritia
opponi oppositione pfecta quia maxime distant.
liberalitas autem avaritiae opponitur imperfecte et tanquam
medium in confinio extremorum prodigalitatis et avaritiae
Similiter in Naturalib: motui ignis sursum opponitur motus terrae
deorsum, nec non et motus aquae deorsum, sed motus terrae motui
ignis sursum opponitur contrarietate pfecta, sed motus
aquae eidem motui ignis sursum opponitur imperfecte et
tanquam medium, quamobrem uni plura contraria esse possunt
diverso oppositionis genere et contrarietate imperfecta
sicuti propositionem hanc limitavit Averr: 8 Physicorum 82.
Sed hac in re illud silentio pretermittendum non est
quod cum ab Arist. dicitur motui quietem opponi, ista propositio uni-
versaliter intelligenda est, in qualibet specie motus, siquidem
in quarumlibet speciebus motus reperitur quies, in motu namque alte-
rationis duplex quies reperitur. Una quae est terminus
ad quem, ut cum Socrates sanatur et sanitatem adeptus
est, et sub sanitate consistit, quies illa finis alterationis est.

Altera vero est, q est terminus a quo, ut cum Socrates infirmus est, et tunc requiescere a sanatione et a quiete illa ad sanationem movetur, iam vero quies q est finis sanationis, n non adversatur sanationi sed illa q est terminus a quo ita ut utrunque dicendum est, in quolibet motu quietem adinveniri et in quolibet motu quies illa a quo incipit motus ipsi motui adversatur.

Lectio IIa

Cum satis hactenus declaratum fuerit motum motui adversari nec non ipsi motui quietem sese opponere diverso tn oppositionis gne ut declaratum fuit. nunc sbus in Cont. 56 q ita legitur Dubitabit autem aliquis an in mutatione secundum locum secundum naturam et praeter naturam etc. Dubitatione quandam opponit q huiusmodi est. An solum in motu sedm locum vel locali contrarietas reperiatur et sedm naturam et contra naturam et secundum motum et sedm quietem, cuius dubitationis is sensus est An solum in motu locali reperiatur motus naturalis et violentus, pariter quies naturalis et violenta an etiam huiusmodi differentiae in ceteris motibus reperiantur secundum naturale et violentum, quam et dubitationem persolvit inquiens nedum in motu secundum locum naturalem violentumque motum pariter et quietem naturalem et violentam adinveniri, sed et in ceteris speciebus motuum, q Arist. in generatione et corruptione verum esse primum ostendit nam corruptio alia est naturalis, alia violenta sicuti fusius ipse declaravit in lib. de vita et morte cap. 3 Corruptio n. violenta in viventibus ea esse dr quae fit ante institutam periodum et ordinem sor est ante consumptionem radicalem ipsius viventis, sicut dr esse corruptio in animalibus, q fit aut fune, aut igne, aut gladio

in Stirpib: uero q fit aut externo frigore, aut nimio
solis ardore p aestate, et q fit p combustione ab igne, dr
n. quia ab externo fit principio violenta mors seu cor-
ruptio ab Arist appellatur. Nalis uero ea dr que fit
ab intrinseco p consumptionem humidi radicalis, nã cum
a nã a principio gnãtionis unicuiq viventis determinata
qdã mensura calidi et humidi mensura impartita sit
ut viventia tamdiu durent et serventur quam diu ea
mensura calidi et humidi consistit, ea aut deficiente cessat
vita, tunc corruptio appellat viventium, q fit secundum
illam humidi absumptionem, et hec corruptio seu mors ab
Arist: hoc in loco fatalis appellat qm fit sedm deter-
minatam periodum et sedm ordinem Nãe, fatum n. nil aliud
est nisi natura aut determinatus Nãe ordo, q etiam
ab Arist. in lib: de Morte et vita Senectus appellat
seu marcor, tametsi in Animalib: hec nõia ppriè v-
surpentur quia animalib: pprie hoc nomen mortis co-
petit, et mors nalis Senectus appellat, corruptio ue-
ro Nalis in plantis, ab Arist: ariditas appellatur.
sicuti corruptio violenta q fit a frigore extinctio
nuncupatur. Similr gnãtio alia Nalis alia violenta
gnãtio n. nalis ea est, qua viventia convenienti aetate
eam exercent et que pfecta e. Violenta uero et
pternãm dr esse illa quam viventia nõ convenienti tpe
et aetate administrant ut poti cum pueri et iuniores
pcreant, huiusmoi gnãtio qm imperfecta est, fitq
ultra convenientis tempus aetatis violenta appellat

q Arist. non solu(m) hoc in loco sed in cont. de
Lio 34 declarauit dicens naturalissimu(m) viventibus
opus est q non sunt imperfecta, hoc e(st) inconveni-
entem aetatem habent, sibi simile procreari, q(uod) et 4 Meth
Cap. de Concret. ad memoriam reuocauit dicens,
perfectum est q sibi simile generare potest, p(ro)p(ter) si forte eve-
niat ut pueri aut iuniores no(n) convenienti aut per-
fecta aetate procreent huiusmodi generatio violenta d(icitu)r
e(t) p(raete)r n(atura)m. hoc est naturali et iusto t(em)p(o)re no(n) administra-
ta, sed ea generatio quae fit decenti aetate ut quae ab
adultis perfectisq animalibus perficitur, naturalis d(icitu)r, tum qa
perfecta e(st), tum qa naturali t(em)p(o)re et aetate administratur
nec non huiusmodi differentia in alteratione invenitur, n(am) uero
alteratio, alia est violenta, alia naturalis, n(am) uero cum
aqua a frigiditate ad caliditatem alteratur et im-
mutatur huiusmodi alteratio p(rae)ternaturalis d(icitu)r, q(uonia)m huiusmodi
aquae alteratio naturae aquae consentanea no(n) e(st), cum uero
e contra aqua a caliditate refrigeratur, huiusmodi
alteratio naturalis appellatur, q(uonia)m frigefactio et mutatio
ad frigiditatem naturae aquae conveniens e(st) illa uero
alteratio q fit ad propriam rei qualitatem reique naturae consen-
taneam naturalis appellatur. Similiter in hominibus ipsis
alteratio q fit ab aegritudine in sanitatem diebus non
convenientibus et ut medici aiunt decretoriis, vio-
lenta d(icitu)r q(uonia)m non fit a natura et propterea a Medicis
Symptomatica appellatur, ut cum aut sanguinis copia

aut sudoris effluxerit, vel in principio morbi vel in augmentatione, talis quidem violenta dr, quia non fit tpe conuenienti; dicitur contra illa ~~declin~~ al-terō dr Nālis q fit in declinatione, qm ~~illa de~~ talis al-terō, quā fit tempore conuenienti et ppterea huiusmodi alte-rō Nālis et Crysis appellatur. Tandem Augmentō alia Nālis, alia violenta. illa quidem Nālis dr quā animantia tpe conuenienti adaugentur, illa vero dr vio-lenta qua aīantia citius augescunt quā par sit vnde si aut foemina aut mas 14. vel 15 anno ad pfectam deuenerit quātitatem pternaturam aucta esse dicunt, et similiter cum citius diminuit quā par sit ut cum dicuntur ad senectutem inclinari, pternātr minui dicunt, cum vero paulatim tpe q debito iminuunt, scdm nām diminui dicuntur, quo fit ut necdum in motu locali sed in quauis specie motus haec dīa reperiatur quod motus alter dr secundum nām et alter contra nām. Quibus rta sit explicatis Ex his dubiis quest. 4 infert ppo-siones quarum pa e q Corruptio nō solum oppo-nitur gnātioni sed etiā corruptioni, nā licet hoc ōi corruptioni commune sit, q qlibet corruptio e pgressus ab esse ad nō esse, tn ut dic Psig ot cor-ruptio q sine tristitia fit, ei opponit corruptioni q cum tristitia fit. quā parte exponemus inquit q Corruptio duplex e altera q cum dolore offr

Altera est mors sine tristitia: quam ante dixit Arist. in lib. de vita et morte
dicens quod in hominibus mors naturalis sine tristitia esse dicitur, quia
tunc temporis domo sua periodum absolvi dicitur, ita ut tri-
stari non debeat nec possit. Mors vero violenta
quae ante periodum debitumque tempus affertur cum tristitia
fieri dicitur, iam vero illi quae cum tristitia fit opposita
dubio illi sese opponit quae ~~cum~~ sine tristitia fit. Quod
si aliquis dicet quamlibet mortem cum tristitia esse
siquidem mors est privatio vitae quae sane sine moerore esse
non potest cum unumquodque appetat permanere ut docuit
Philosophus 2 de gen. text. 49. Huic obiectioni Doctor in
loco respondet Querr. dicens, cum Philosophus de corruptione
et morte reperiri quae sine tristitia fit non intelligere
corruptionem penitus absque tristitia esse, sed compara-
tive propositionem intelligendam fore, quia corruptio
naturalis tempore quae debito contingens, longe cum minori tri-
stitia fit quam ea quae violenta et indebitoque tempore con-
tingens, multo magis enim tristatur iuvenis quam senex
quasi senex ipse iam vitae suae cursum absolvisse videatur
et hoc ~~loco~~ modo locus Arist. de vita et morte intel-
ligendus est cum inquit mortem naturalem sine tristitia esse. 2a
propositio dicitur, quod motui naturali motus violentus opponitur
3a propositio est quod quies naturalis motui violento adver-
satur ut quies terrae in proprio loco quae naturalis est, mo-
tui opponitur terrae quia sursum efficitur.

Ulta. proprio 3 q quies naturalis quieti violentae adversatur, quies n. terrae in proprio loco et quae deorsum est terrae quieti adversatur q sursum iacet et sublimiori loco requiescit. Lectio 12a

Ijs ab Arist. explicatis quae ad Oppositionem inter motum et motum nec non inter motum et quietem attinere videbantur modo Phy. in Cont: 61. nonnulla Dubitata proponit circa ea q dicta sunt ea q sequentib. textibus absoluit. Prima autem Dubitatio q proponitur eiusmodi est. Utrum quies violenta generari dicatur, quam sane in Cont: 61. his verbis proponit Dubitationem autem habet. Si omnis quieti q non semper est generatio sit. Secunda vero dubitatio est Utrum quies q est in termino à quo motui opponatur sicut antea decretum fuit proponit et 3a sub his verbis. Utrum quies violenta motui violento opponatur. Ulto vero ea est, An motus ignis sursum opponatur motui ciusdem ignis deorsum, et an motui terrae deorsum est. qb. sane difficultatibus Arist. eodem ordine singillatim satisfecit et pro difficultatis occursores, ad utramque partem arguere videtur, ostendit n. in primis quietem violentam generari hoc pacto, q non semper est, sed incipit esse post non esse generari dr, id vero quies violenta non semper est, sed incipit esse post non esse — — quoniam incipit esse post motum violentum, ut patet de quiete violenta terrae in sublimiore loco, ergo quies violenta generatur. Ad Negantem partem Arist. ita argumentum ostendens ipsam minime generari, si quies violenta generaretur, ergo à violento motu genita esse diceretur, quoniam quies violenta violentum motum et p. n. insequitur. Sed enim omnis motus generans aliquam quietem sit tardior in principio et velocior in fine

igr motus violentus in initio tardior esset in fine vero velocior, quod cum sensibus adversetur igr dicendum non est quietem violentam post violentum motum generari. Minor illa propositio ita ostenditur, quia omne motum a quo quies aliqua efficitur, in principio in initio velocem esse, in fine vero tardiorem, quoniam quies est terminus et velut complementum ipsius motus, id vero omne generans et omnibus motibus quo vicinior est suo fini et complemento eo potentius et vigorosius esse dicitur, et per consequens celerius agens, igr motus violentus si ab eo quies generetur violenta quo velocior esset quieti, quod est finis ipsius eo celerior esset, sic ultro citroque ab Aristotele rationibus allatis secundum veritatem Problemati satisfacere volens, illud primo animadvertit, quod aliquid generari duobus modis intelligi potest. Primo quidem quia incipit esse post non esse absque intentione ipsius agentis. Alio modo aliquid dicitur generari, quia de novo incipit esse, sed ex instituto ipsius agentis aut rei quae movetur, tunc inquit quod quies violenta generari quidem dicitur primo modo, quoniam de novo incipit esse post non esse, nam si terra dato tempore sursum moveatur, et sublimiore loco detineatur et ibi requiescat quies illa aliquando violenta genita esse dicitur, sed quoniam huiusmodi violenta quies non fit ex intentione aut moventis aut mobilis, non quidem ex intentione mobilis, quoniam terra quae sursum violenter movetur, non intendit sursum requiescere cum superior locus non sit propria sedes et domicilium terrae, neque fit eiusmodi quies ex intentione moventis

qm saepe contingit ut proiiciens terram sursum, ea
non moveat ut sursum requiescat, sed huiusmodi quies
fieri contingit ex accidenti, quia in ipso motu con:
tinue et continue virtus proiicientis languescit, à
quo sursum terra impellitur aut sagitta, qua proiicientis
virtute languidiore facta necessario oritur quies, quam-
obrem uno pacto quies dicitur genita, et alio modo non,
unde hoc discrimine quies naturalis et violenta discri-
dent inter se, quod quies naturalis genita esse dicitur, tum quia
de novo incipit esse et non esse, tum quia fit ex
intentione moventis et mobilis, quies vero violenta
ea ex parte solum genita dicitur, quia recenter incipit esse,
quoniam vero non fit ex consilio aut moventis aut mobilis
hoc pacto non dicitur generari. Et haec de primo. Occurrens
ad 2o problemati. Dicimus quod quies quae est terminus à
quo motui opponatur, nisi quiete quae est terminus
à quo ut quies, quae est terminus à quo incipit motus
deorsum terrae, opponitur perfecto motui terrae deorsum,
illud vero verum est nisi philosophus si comparentur quies
violenta terrae sursum et motus deorsum terrae ex
una parte, et motus sursum terrae, et motus eiusdem
deorsum maiori oppositionis gradu opponuntur, motus terrae
sursum terrae quae violentus est, et motus deorsum, qui est
naturalis, mai quam quies violenta terrae, et motus eius
deorsum. Ad vero quod 3m erat propositum quies
violenta violento motui adversetur non satis

oppositum esse videtur, tamen Aristoteles problema dissolvens inquit, quietem violentam ad duo referri posse. Primo referri posse ad motum violentum quem ipsa quies insequitur ut exempli causa, si gleba terrae sursum moveatur, et postea sursum requiescat, quies illa violenta est quia violentum terrae motum insequitur, respectu huius motus violenti terrae, quies illa violenta ad illum motum oppositionem non habet. quamobrem prima propositio erit ista. Quies violenta illi violento motui non adversatur cuius ipsa quies est. Si vero alterius corporis violento motui conferatur, ad quem quies ipsa violenta non sequitur hoc pacto quies violenta, violento motui sese opponit ut exempli causa, quies terrae sursum, comparata motui ignis violento deorsum, opponi dicitur. Nam quemadmodum motus terrae sursum qui violentus est opponitur motui ignis deorsum qui etiam violentus est, similiter quies violenta terrae sursum, violento motui ignis deorsum adversatur. quamobrem cum quaeritur an quies violenta motui violento adversetur ut inquit Aristoteles asserendum non est omnibus violento motui adversari, sed alicui ut declaratum est, conferens tandem sese Aristoteles ad ultimum problema absolvendum inquit, quod motus ignis sursum opponitur motui deorsum eiusdem ignis motuique terrae deorsum sed non eodem modo, Nam motus ignis sursum opponitur motui eiusdem ignis deorsum duplici oppositionis modo primo Oppositione sortium nam prout motus ignis sursum deor

est violentus et contrarium, motus aut ignis sursum secundum naturam est. Opponitur 2° oppositione terminorum quoniam motus ignis sursum est ad superiorem locum: motus aut ignis deorsum ad inferiorem locum est. Superus aut et inferus locus contrarii termini sunt. Itaque duplici oppositionis modo motui ignis sursum, motui vero eiusdem deorsum opponitur et oppositione secundum naturam et oppositione terminorum. At motus sursum ignis motui deorsum terrae adversatur uno tamen oppositionis modo, videlicet secundum oppositionem, quae fit secundum naturam, quoniam motus terrae deorsum est naturalis est, et secundum naturalem propensionem quoniam terra deorsum sua natura inclinat. Motus vero ignis deorsum contra naturam est, id vero contra naturam et secundum naturam inter se planissime adversantur, sed motus ignis deorsum motui deorsum terrae non opponitur ratione terminorum quoniam uterque motus et ignis et terrae deorsum fiat et ad eundem locum inferiorem progrediatur. Quibus Problematibus hic sic ab Arist. dissolutis brevi verborum compendio colligens quae dixit inquit. quid igitur motus simpliciter unus est et continuus, et de motu et de quiete, quomodo utrumque unum, et quomodo inter se adversentur id satis dictum est. quo Epilogo Arist. 5um suum Physicorum librum claudit in quo sunt tria potissimum explicata fuerunt species motus, unitas motus, et continuitas, nec non oppositio et inter motum et quietem.

Liber Sextus

+

Liber Sextus Physic.

Lectio 1a. Absoluto 5o libro Physic. aggredior modo sextum librum sub cuius initium tria praeambula loco praemittenda et explicanda sunt. Primum est connexio huius sexti libri cum superiore. 2o quaenam sit institutum Arist. huius libri. Postremo partitio et divisio libri in suas partes. Quo ad primum spectat nectitur liber iste cum superiorib. in hunc modum cum in 3o lib. proposita fuisset ab Arist. disputatio de motu, ad cuius exactam cognitionem plurima consideranda erant, ut natura, et essentia motus proprietates, speciesque, et partes integrales ipsius motus. Cum autem in 3o libro Arist. explicasset naturam et essentiam motus, in 4o lib. eius proprietates et passiones explicasset, in 5o vero de motus speciebus pertractasset, discrimenque inter mutationem et motum assignasset reliquum erat de partibus integralibus motum ordine habere, quod facere instituit in hoc 6 libro, ex qua connexione statim oboritur institutum et intentio Arist. in hoc libro ea autem est disserere de partibus integrantibus motum, numquid scilicet motus ex partibus divisibilibus vel indivisibilibus coalescat et componatur. unde ea differentia est inter 5m et 6 librum quod in 5o de speciebus motus quae subiectivae partes appellantur ordo habetur in 6o vero libro de partibus integralibus motus agitur, quae respectu motus non secus se habent ac se habent caput manus et pedes respectu animalis quae quidem non species animalis sed partes integrantes appellantur, quae sane tractatio de partibus integrantibus admodum necessaria esse videbatur, quoniam non

satis conspicuum erat an motus ipse ex partibus
divisibilibus vel indivisibilibus constet et componatur
Habita intentione et Arist: consilio distribuitur 6
iste liber in 4 principales partes. In quarum prima quae
auspicatur a textu primo usque ad Cont. 30 Arist: ostendit
motum non componi neque ex indivisibilibus coalescere, in
2a vero et altera parte quae incipit a Cont: 30.
Arist agit de divisibilitate motus et huiusmodi partis
exorditur a Cont. 30 usque ad 50. in 3a vero
parte quae incipit a Cont. 50. usque ad Cont 86.
Arist: ostendit supra spatium infinitum fieri non posse
motum finitum neque e contra supra spatium inf:
nitum motum finitum fieri posse, in 4a et ulta parte
quae a Contex: 86. usque ad finem libri huius ostendit
et declarat impartibile et indivisibile nullo pa
cto moveri posse; Ut autem contracto ordine illo
et veluti compendiose partes istas percurramus
in prima parte huius probare studet motum ex indivi
sibilibus non componi, et quoniam motus ut dicebat
de numero continuorum est, propterea ostensurus
motum ex indivisibilibus non constare a continuo
auspicatur, probareque videtur continuum ex partibus
dividuis vel divisibilibus exoriri et componi
idque Arist: ostendit probat pro ratione desumpta a
ratione continui sive in medium. Unumquodque ex

Unum componitur in quae dissoluitur quod fuit propositio
Arist. 1o Physic. 65 et 3 Celi 31. at vero Con-
tinuum dissoluitur in semper divisibilia ut patet ex
definitione Continui quae ita describitur Continuum
est illud quod est divisibile in semper divisibilia
in qua definitione et Philosophi et Mathe-
matici coeunt, itaque continuum ex divisibilibus com-
ponitur et coalescit. Ex qua conclusione,
syllogismus erigi potest. motus quia est divisibilibus
componi, Continuum ex divisibilibus partibus constat
Motus est quid continuum, ergo motus non ex indivisi-
bilibus sed ex divisibilibus partibus: constat 2o Phys.
probat Continuum ex divisibilibus partibus constare ratione
ipsius magnitudinis idque Arist. pluribus rationibus ostendit
3o idipsum persuadet rationibus desumptis ex partibus
velocitatis et tarditatis, qua in re demonstranda
plures ponit Conclusiones, quarum prima ea est, mobile
velocius tempore aequali maius spacium pertransit. 2a Con-
clusio ea est velocius in minori tempore maius spacium per-
transit. 3a autem huiusmodi est mobile velocius in mi-
nori tempore aequale spacium pertransit quas tres conclusiones ex
definitione velocis demonstrat namque velocius illud
esse dicitur quod in aequali tempore maius spacium pertransit vel
in minori tempore maius, vel in minori aequale, quia ve-
locius semper citius movetur semperque citius terminum

156

attingit. Quarta Conclo ea est. Oīs magnitudo pariter et tempus divisibilia sunt in semper divisibilia, quo fit ut ex parte velocitatis et tarditatis magnitudo haec est spacium super quo efficitur motus tempus vero non et motus simili mō se se habeant et ex consequenti cum haec tria continua sint ex partibus divisibilibus coalescant, qua conclusione eū iam Arist. pa parte ondisset in 2a parte q̄ à Cont. 31 exorditur q̄ ita legitur q̄ aut mutatur omne divisibile esse necesse e. Hic agit de divisibilitate motus, ondens quonam pacto motus ipse dividatur, ostendens motum dividi tum rōne mobilis, tum rōne temporis, rōne mobilis quidem vel in toto mobili q̄ est subiectum motus, qm̄ sicuti totus mobilis, totus motus est, ita cuiuslibet partis mobilis erit aliqua pars ipsius motus, q̄ est dicere. sicuti totum mobile toto movetur motu, ita pars mobilis movetur parte motus, qm̄ pars mobilis non eo movetur motu, quo totum movetur. 2o Dividitur motus scđum temporis divisionem, qm̄ eū motus tpe metiatur ut dictum fuit in 4o libro, sicuti totus motus toto tempore efficitur, ita pars motus in parte temporis fit, ita ut sicuti totus motus toti tpi correspondet, ita quoque pars motus, parti temporis correspondeat.

et non solum motus ad divisionem mobilis et temporis
dividitur, sed etiam ad divisionem spacii super
quo efficitur, et presertim motus localis qui supra
spacium efficitur, nam ceteri motus ut alteratio et
augmentatio cum supra aliquod spacium minime fiant sed
solum fiant in subiecto quod movetur tempore mensurentur
à spacio divisionem non habent, sed solum ad divisio-
nem mobilis et temporis dividuntur. Motus autem localis
quoniam mobile et subiectum habet cui inheret tempore me-
titur et super spacium efficitur ab his tribus divisio-
nes sortitur, ex quo Philosophus infert hanc conclusionem
quod motus, tempus, mobile, magnitudo seu spacium
pari simulque ratione dividuntur. illud autem hac in
re est animadvertendum, quod discrimen est inter moveri
et mutari et mutatum esse, quoniam aliquid dicitur esse
in mutato esse cum reperitur in termino ad quem
ipsius motus, ita ut mutatum esse nil aliud sit nisi
adeptio ipsius termini motus, qui cum adeptus est,
aliquid dicitur reperiri in mutato esse, ut nomen ipsum
indicare videtur, quia mutatum esse significat terminum
motum acquisitum fore: moveri vero aut mutari
dicitur esse fluxus aut ~~termini~~ progressus ad ipsum
terminum vel ad mutatum esse. Haec autem duo
scilicet mutari et mutatum esse hunc inter se ordinem
habent, quod mutari precedit mutatum esse. hinc est quod ab aliquo

N. Excel.mo Arcang. in 6 Physic.

Lectio 2a

q ab Arist. ponitur Regula ista. Ante quodlibet mutatum esse
precedit ipsum mutari.
Quem ordinem inter se habeant mutari et mutatum esse à
nobis antea declaratum fuit, diximusque ante quodlibet mutatum esse
necessario ipsum mutari vel moveri adinveniri, quare est in re illud
animadvertendum, quod licet in alijs speciebus motus ut in alteratione, motu
locali et augmentatione, movere precedit mutatum esse, ita
quod prius res movetur quam sit in termino motus, qui terminus
motus mutatum esse appellatur, tamen in generatione substantiali, mu-
tari secundum substantiam non precedit mutatum esse, et ra-
tio est ea, quoniam mutatio substantialis non fit successi-
ve nec tempore metitur, unde in mutatione substan-
tiali non reperitur mutari ante mutatum esse, sed solum
mutatum esse adinvenitur - - -
hoc est terminus mutationis cum generatio substantialis tempori mo-
mento et instanti fiat. Sed si in mutatione substantiali precedit
mutari mutatum esse, id ratione precedentis alterationis intelligendum est
nam cum quamlibet generationem alteratio precedit, alteratio vero tempore
tempore mensuretur, respectu huius haec duo distinguuntur mutari
et mutatum esse - Quamobrem in tribus speciebus motus per se
mutari precedit mutatum esse; in generatione vero substantiali
per se non distinguuntur per se mutari et mutatum esse. Sed
solum ratione alterationis precedentis ut dictum est, quandam ratione
precedentis alterationis omnes Arist. autores intelligendi sunt
quibus docet generationem tempore metiri et successive fieri. Quibus
sic expositis Philosophus in Cont. 60 qui ita legitur quoniam autem omne
id quod movetur in tempore movetur etc. De finitate et infinitate
motus pertractat, nonnullaque ponit Theoremata quorum primum
sunt. Impossibile est aliquid moveri tempore infinito per spacium
finitum. et ratio ea est, quoniam tempus, motus et spacium, secundum

diuisione se inuicem consequunt, itaq si motus et spa-
cium sint finita, igr et tempus esse oportet, quo fit
ut super spaciu finitu tpe infinito motus minime fieri possit,
aliogn non ex aequo tempus, motus et spaciu diui-
derentur, sed motus et spaciu esset finita, et secundu
partes finitas diuiderentur, tempus aute in infinitu
pertenderetur, infinitasq partes haberet. 2a. Conclo
ea est impossibile est super spaciu infinitu aliquid mo-
ueri tpe finito, quae 2a conclusio eode innititur prin-
cipio et fundamento, vigt qa tempus, motus, et spaciu
secundu diuisione se inuicem consequuntur. Hinc
Arist: Zenonis redarguit sntiam, qui arbitratus
fuit nequaquam motum existere posse, ea rone potiss.
persuasus, quia si motus esset, necrio fieret super ali-
quod spaciu, quod per ipsu motu ptransire deberet, iam
uero cum spaciu sit infinitu, siquide in eo infinitae
partes reperiuntur, infinitu aut pertransiri no pt
igr neq super spaciu motus fieri pt, et ex conseque-
ti motus non erit. Cui roni occurrens Arist: inquit
ronem hanc ne ullam qldo euidentiam habere cu sen-
sibus aduersetur, qui aliogum comonstrat motu esse.
Ad instantiam aut cum dicebatur si motus fieret procul
dubio sup spaciu aliqd efficeret, et ipsum q locabs
est, id ultro conceditur. cu aut adijciebatur spa-
ciu pertransiri non posse quia infinitu et in eoq par-
tes extant infinitae. Rndet Arist: licet spacium
sup quo motus efficitur, actu finitum esse. in eoq

partes finitas actu continere, ac proinde vas
per motum aliquo tempore pertransiri posse. Sed si in
spacio infinitae partes esse dicuntur, id praesente in-
telligendum est non actu, nam cum spacium continuum
quoddam sit, namque continui ea sit ut sit divisibile in
semper divisibilia, ideirco in spacio quod continuum
est, infinitae partes potentia esse dicuntur, cum spa-
cium corpus sit quod sane quemcumque illud fuerit in natura corporis
terminatum sit, propriisque terminis conditeatur. quod autem
terminatum est, propriis terminis circumscriptum pertran-
siri potest. Et quoniam motus quilibet divisibilis est cum in
quodam fluxu successioneve consistat. super spacium
quod consistat quod divisibile est. ideirco Aristoteles in ultima parte
huius libri quae incipit a Cont. 86. qui sic legitur demon-
strans autem dicimus impartibile nullo pacto moveri
posse etc. ostendit quod indivisibile impartibileve est ne-
quaquam moveri potest, quod Arist. ea propositione ratione ostendit
nam si impartibile movetur, aut movetur cum est in
termino a quo, aut cum est in termino ad quem
aut cum partim est in termino a quo, et partim
in termino ad quem. primum quidem dici nequit quoniam cum
mobile est in termino a quo non movetur, quandiu
non reperitur Socrates domi tamquam in termino a quo
non movetur neque secundum enunciari potest, quoniam cum res vel mo-
bile fuerit ad terminum ad quem non amplius movetur
quoniam adepto termino motus quam primum motus ipse deficit

ut ipsemet Arist. predixit, 8o de generat. 55. dixi
uerbis habitus: Et cum uel formis iam in materia
introductis cessat motus. Si uero terminum declinet ita
ut partim sit in termino a quo et partim ad terminum
ad quem. Ita ut particeps sit aliquo pacto ter-
mini a quo recedit et aliquo pacto termini a quo
accedit, sicuti de aqua contingit dum excalefit et
alteratur quae partim est in termino a quo quia est par-
ticeps frigiditatis, dumque alteratur particeps est
ipsius caliditatis, tunc inquam si indivisibile hoc
pacto moveretur, ita ut particeps esse aliquo pacto
utriusque termini et a quo et ad quem. tunc non
amplius indivisibile sed divisibile esset, quia
si partim esset in termino a quo, partim vero
in termino ad quem, igitur partes haberet. non igitur
impartibile sed partibile foret. quo fit ut indi-
visibile nullo pacto moveri possit, nulla sane specie
motus quod ut Arist. declaravit 1o de generat. Con: 75.
contra Democritum, asserentem indivisibile alterari posse
sed omne quod movetur quavis specie motus divisibile
corporeumque esse debet, idcirco ab Arist. hoc libro.
6. Cont: 33. Statutum est hoc inter se converti Omne
mobile corpus esse, et omne corpus mobile. Et hoc
fuit causa necessitatis cur in materia prima ante for-
mam substantialem quantitas vel terna illa dimensio
ut longitudo, latitudo, et profunditas ab Arist. posita fuerit

ut rõne illi quantitatis mtã redderet divisibilis e extensa, ac proinde reddere habiles ad transmutõne, siquidem sublata quantitate, statim aufert divisio siquidem ex Arist. 5. Methaph. 18. Divisibilitas est passio quantitatis, unde mtã relinqueretur indivisibilis ac proinde ad formam transmutari non posset quamobrem universaliter omne mobile quantum corporeumque esse debet, hinc secundum Arist: complurita intelligentiis quos Angelos appellamus quia cum incorporei sint indivisibilesque moveri non possunt. In qua Conclusione Arist: omnibus aliis sic breviter decursis à nobis postremam manum fastigiumque huic 6 tibi. Physicis imponit, in quo cum ea quae in eo libro continentur non multae frui sint aut utilitatis sic compendiosa omne contractamus, ut cum ea quae graviora utilioraque sint accedere valeamus.

Liber. Septimus.

Qui cum Introductorius sit Sequenti Praeceptori supervacaneum visum est in eo explicando tempus terere. quocirca statim ad Octavum sese accingit

LIBER Octavus

Aggredior Deo opt: fauente librum octauum de Physico auditu sicuti aliorum ordine postremus est, ita alijs prioribus dignitate et praestantia antecellit et praestat. In cuius aditu priusquam ad Arist: contex: accedamus, nonnulla praemittenda sunt quae ueluti viam et gradum parafaciunt ad ea intelligenda quae in hoc uolumine continentur. Haec aut tria praecipue sunt primum quidem quod nam sit Arist: consilium institutumque in hoc 8 lib: Physicorum quod sane usque adeo necessarium est ut liber aut scientia intelligi non possit nisi antea aut libri aut scientiae intentio intelligatur. Secundum in ordine erit quae differentia sit quodue discrimen sit inter hunc 8 librum et primum partem Physicae cuius capitis ea est necessitas, cum utrobique de mouente aeterno, deque substantijs separatis tractatio habeatur, quo fit ut latere opus non sit, quae differentia sit inter utrumque librum 3m in ordine erit huius Octaui libri partitio atque diuisio in suas partes, ex qua diuisione series constabit et ordo eorum omnium quae in hoc 8 lib: Arist: considerantur.

Quod ad primum attinet in ordine propositum controuersia est inter Auerr: et Graecos, censuit n Auerr: in hoc 8 lib: primum Arist consilium esse de motore aeterno ordinem habere, nam cum duo praecipua sint quae in hoc 8 lib: considerantur, motus aeternus et motor aeternus, putauit Auerr: praecipuam Arist: intentionem non esse de motu aeterno sed primariam intentionem esse de motore aeterno, et si de motu agitur aeterno in hoc libro de eo sane agit in gratiam motoris aeterni,. Caeterum haec Auerr: sententia probanda non est, siquidem de eo praecipua est intentio

de hoc 8 lib. Physic. à quo fit libri denominatio
iam uero 8 liber Arist: appellat de Motu ut patet
in lib. de gnat: Cont: 14. ubi declarans eo loci de effectrice
causa aeternitatis gnationis orone habendam non esse
ingt. quia de ea Effectrice cm q est mouens imobilis
dictum fuit in lib: de motu ut pote in lib: 8 Physic.
Praeterea si praecipua intentio non esset de motu aeterno tunc
tractatio de motu manca esset et diminuta, quam tn
Arist: numeris oib absolutam explicare decreuit. Argtm
ita deducitur, quia cum id satis Arist: superius egisset
de essentia motus in 3o. de proprietate motus in 4o
de spebus motus in 5o. de partib. eius integrantib: in 6o.
qm non leuis erat dubitatio an motus esset aeternus
uel factus de nouo, dubito haec tractanda erat et
persoluenda. qd si huiusmoi passio ut pote aeternitas quae
summopere necessaria erat, de motuque demonstranda ab Arist:
nec ostensa nec tractata fuisset, manca pfecto et
diminuta motus tractatio fuisset, qd cum certe dici de
Arist: non possit, eapp dicendum est pri eius consilium
extitisse agere de motu aeterno, non aut de mouente
aeterno ut putauit Auerr: qd tandem ea rone cobari
pt quotiescumque in aliqua facultate haec duo consi:
derantur Causa et Causatum, munquam effecta et causata
consideraunt ppr causam. sed contra causa ppr ipsa
effecta et causata consideratur.

Propositio hec ab Arist. assumitur 1 Physicis Cont. 1.
ubi agit ideo de principijs causisque agendum ut
ex eis rerum naturalium cognitio habeatur, quamobrem
de principijs semper propter cognitionem effectuum in scien
tia tractatio habetur, ita ut huiusmodi res erigi et effor:
mari possit. illud est p̃o consideratum primumque intentum
in scientia cuius gratia cetera omnia considerantur, sicque
in scientia idem est scopus et intentio, iam uero
effecta non considerantur in gratiam causae sed potius
e contra principia et causae in gratiam effectorum
ob eorumque scientiam considerantur, igitur primus motor
cum in hoc 8 lib. consideratur ut causa motus aeterni
igitur de motu aeterno primaria principalisque in hoc 8 lib.
Physices intentio est Arist. institutum. Ex his quoque uerius cum hoc erit
dicendum, Arist. institutum in hoc 8.° nil aliud nisi
agere de motus aeternitate, neque hoc lib. aliud Arist.
instituit nisi demonstrare aeternitatem de motu
uerum quia ex parte aliqua passio de subiecto haud sciri
uel demonstrari potest, nisi cognita et perspecta causa
per quam huiusmodi passio subiecto inhereat, cum scire
perfecte, est scire causam cognoscere propter quam res est
Motor autem aeternus causa sit, ob quam motus sit aeter
nus, huiusmodique passio que est aeternitas motui insit .+
+. propterea secundario de motore aeterno agendum erat.
+. Itaque agitur de motore aeterno in hoc 8 libro ad

secundam causam, et propter quid, aeternitatis motus
primum itaque consideratum erit motus aeternus. Secundario
vero movens aeternum, ita ut non immerito omnes
isti libri a 3° usque ad finem omnes appellentur
de motu. et haec de primo. Quoad secundum
vero propositum ut discrimen aperiatur inter primum
Metaphysicae et 8 huius librum ea distinctio ad memoriam
est revocanda quod motor aeternus separataeque substantiae
bifariam concipi possunt. Uno modo secundum propriam essen-
tiam et substantiam ut potentiae ut intelligentes sunt pu-
rissimique actus et propriis. Alio modo secundum quandam prae-
dicata accidentaria, quod ad eorum essentiam non spectat
ut scilicet movent, movere autem eum ad essentiam non attineat
neque Dei neque aliarum divinarum mentium, eum movere
sit quaedam operatio externa transiens in mobile, Acci-
dentale quoddam praedicatum esse dicitur. Ex qua distin-
ctione duo haec ponimus Theoremata ex quibus differentia
intelligetur primum est Movens aeternum si prospectetur
modo secundum propriam essentiam et praedicata interna in
12 primae philosophiae ab Aristotele consideratur quod ipsemet decla-
ravit 2 Physicorum Com. 26 his verbis quid sit for-
ma separata interest disserere primae philosophiae. Alterum
Theorema illud est si movens aeternum deinde quod est con-
sideretur sub ratione moventis, et in habitudine
ad corpus caeleste quod circulo movet in 8 lib. Physicorum

consideratur. Ex quib: iam patere sit d'ria inter utrunq' librum in 12 .n. Metaph. ut substa et quidem abstracta intelligens purissimusq' actus con sideratur, in 8 aut Physicis sub hac r'one solum ut movens est comprehenditum. Et eod 8 libro an movens aeternum sit substa' non cognoscitur neq' consideratur sed solum q' est movens tpe sempiterno, quo fit ut cognitio moventis aeterni magis sit adumbrata et imperfecta, qm ea est solum sub hac r'one huius praedicati q' est movere. At ea q' in Metaph. est exacta et perfecta magis qm ea est sub r'one substae et intelligentiae. Insuper tractatio de movente aeterno in 8 Physicis est magis concreta mto, qm huiusmodi tractatio habetur in ordine ad motum et in ordine ad mobile. At tractatio q' de eodem per Phil'os habetur est abstracta magis, qm ea tractatio est secundum .q'dam praedicata q' nitam non concernunt ut ipse actum purum et intelligens. Licet itaq' utrobiq' 8. Physic.. et 12 Metaph. movens aeternum consideretur maxima tn' est d'ria inter utrunq' tractationem neq' indecens aut incongruum est, rem eandem diversis locis vario diversoq' tractationis modo considerari.

Habita intentione et instituto Arist: in hoc 8 lib: nec non explicato discrimine inter hunc 8 lib: et 12 Metaph. sequitur 2m Caput de partitione huius libri. Distribuitur in 4 partes, in quarum pa Arist. agit de motus aeternitate probatque motum ipsum aeternum esse tum à parte ante, tum à parte post. quae pars pa incipitur a po Cont: ad 21. in 2a parte Arist: inquirit An detur aliquod corpus quod uno et continuo per se perpetuo moveatur, ostenditque in rerum natura unum corpus naturale adinveniri quod sempiterno per se uno indeficientique motu movetur motu sicuti coelum – quae sane 2a pars incipit à Cont: 21. ad Cont: 53. in quibus sane duabus partibus haec Methodo Arist uti videtur, po n. auspicatur ab aeternitate motus in genere et in universali ostendens motum in genere quibusquib illi sit aeternum esse. progreditur deinceps ad motum in specie, ostendens dari aliquem motum aeternum qui unus numero continuus est et sempiternus. propterea in Cont: 21 et 22. proponit hanc quaestionem examinandam. An detur aliquod corpus naturale quod uno numero motu et continuo perpetuo moveatur. Sed quoniam id demonstrari minime poterat nisi prius ostensum esset, dari aliquod movens aeternum et immobile à quo motus continuus et perpetuus proficiscatur, quoniam si movens aliquod aeternum reperiatur, – .. illud perpetuo eodemque modo semper movebit, idcirco necessarium erat dari movens aeternum et immobile; sed quia id minime ostendi poterat nisi ex motus aeternitate, ideo Arist. prius à motus

Lectio 2ª

aeternitate auspicatus est, a qua tanquam ab effectu progrediens
demonstrauit dari mouens aeternum et immobile ex
quo tanquam per causam demonstrauit postea motum aeternum
continuum perfici ab eodemque mouente aeterno, mobile
illud quod ab illo mouetur sempiterno tempore moueri, ita ut
Arist. a motu aeterno ascendat ad mouens aeternum, progre-
diens ab effectu ad causam, inuento autem motore aeterno qua-
si reuertens a causa ad effectum ex ipso mouente aeter-
no demonstrat dari motum unum continuum et aeternum.
Sed quoniam dubium erat quis nam esset iste motus qui aeternus
esset et continuus, cap. in 3ª parte quae auspicatur a
cont. 53. usque ad 78 Cont. inquirit quis nam sit iste
motus aeternus. An sit motus localis, aut generatio uel al-
teratio, et si motus localis est, cum motus localis in duplici
discrimine sit, alter rectus et alter Circularis, inuestigat
nunquid motus iste aeternus rectus aut circularis sit, tandem
ostendit motum hunc aeternum circularem esse, qui
solus continuus est et nulla quieti intercapedine interceptus
ac proinde mobile quod sempiterno tempore mouetur solum esse cor-
pus caeleste, qua in re illud silentio reticendum non est
quod in 8 Physicorum et caeleste corpus consideratur. verum cum
caeleste corpus triplicem considerari possit, uno modo ut
est corpus semper mobile et in ordine ad motorem aeter-
num a quo in orbem mouetur. Alio modo secundum propriam
naturam. 3º modo in ordine ad ista inferiora prout
scilicet istorum inferiorum causa est et principium.

in 8.

in 8 lib: considerat motu prout e corpus semp mobile e in ordine ad motorē aeternum
secundo vero mō consideratur Celū in libro de Celo
ubi considerat celū ut e corpus simplex neq grave
neq leve ingenitūq e incorruptibile q ad ea attinet
ad nām celi explicādā. sicuti in explicatiōne pi de Celo
id explicatū fuit 3o. tractat Celū in 2o libro
de Ortu e inter: circa finē, ubi considerat celū ut principiū e
causa gnatiōnis e interitus rez inferior ut declara
vit Arist. 1 de gnat: 44. ubi inquirens cām gnatiōnis alternatiōnis
e interitus inqt eo loci ut prīe in po lib. non inquirēdā...
esse cām Effectricē generatiōnis, ... qm ea dicitur
duplex sit. Altera movens imobilis ut Deus est. ceteriq
motores celestes. Altera vero movens semp mobilis sicuti
celū est. De movente semp imobili dictū fuisse
ut in 8 Physicis. propterea dixit eo loci ordine minime
reprehendā esse. De cā Effectrice semp mobili que
celeste corpus est, posterius inqt tractandū esse, quo fit
ut de celo q est cā effectrix gnatiōnis rez inferi
orū sermo dicitur promittit Arist. post pm lib. de ortu e inter:
de quo in 2o lib. ordinem habet. Ut aut eo venerit
tatur ordo cū in 3a parte huius 8i ostensū esset Motū
circularē solū aeternū esse, qm motus iste circularis
a celesti motore ut ab Authore e effectore promanat.
Dubiū aut erat numqd celestis iste motor virtus sit in
mta, atqz virtus corporea e divisibilis, aut potius virtus
sit soluta, e separata a mta e impartibilis
...

ideo in 4a parte huius Octavi, q auspicat a Cont. 78. usq ad fine libri de impartibilitati et indivisibilitate pi moventis Arist: ostendit habet, ostendens movens illud aeternu q circularis motus autor e, dr esse impartibile et a corporea mole liberu atq secretu quo fit ut universa haec tractatio de motu ad movens aeternu tanq ad prima causa resolvatur, in qua primae causae primiq moventis aeternitate et impartibilitate clauditur extremaq manus imponit 8 lib: Physics. Ex qua cognitione moventis aeterni pfecta absolutaq cognitio habetr de motus aeternitate qm sicuti cognita cau rei pfecte et ex parte rei ipsa cognosci dr, ita cognito motore aeterno, pfecta habetr cognitio motus aeterni, intelligitur nq motu aeternu non ob alia cam aeternu esse nisi q a motore aeterno depedet Quib. sic explicatis q pfatio mi loco pmittenda erat Arist sub aditu huius 8i libri statim pponit qstione de motus aeternitate his verbis Utrum aut factus est aliqn motus cum non esset etc Aiu ut dixi in explicanda Arist: intentione pcipuu Arist. intentu e in hoc 8 Phys: disserere de motus aeternitate, eapp sub initio huius 8i lib. qstione hac pponit Utru motus sit aeternus ita ut nuq incepit nec unq sit desiturus, necne aut sit de novo incepturus et aliqe desiturus. Cuius pblematis is sensus est Un corpa Nalia semper aliqua specie motus mota fuerint semperq in futurum

moueri debeant, aut prius corpora naturalia aliquando fue:
rint sub quiete, ita ut corpora naturalia nullo motu mo:
uerentur, sed cum prius quieuerint postea tractu temporis
moueri inceperint et cum longiore temporis interuallo
mota fuerint, ad quietem rursus reuertantur et sub quiete
permaneant. et de hac proposita quaestio et quaestionis sensus,
et quoniam hac de re fuit aliquis consensus apud Veteres
et aliqua Controuersia. Consensus sane is fuit, quod
Veteres omnes qui naturaliter locuti sunt, omnes concordi uoce
motum esse in rerum natura admiserint confessi sunt, cum
alioquin motum esse testimonio sensuum satis perspectum est.
Controuersia tamen apud Veteres fuit de motus aeter:
nitate alii namque asseruerint motum aeternum esse quemadmodum
et mundum et tempus. Alii uero quemadmodum Plato arbi:
tratus est motum de nouo incepisse quemadmodum et mundum. propterea
Aristoteles inter Veteres solus Plato genuit tempus et motum
hoc est motum de nouo incepisse inter Veteres solus
Plato affirmauit. et circa Platonis sententiam Simplicius
et Alex. inter se dissentire uideantur siquidem putauit
Simplicius Platonem cum ceteris Antiquioribus uoluisse
motum esse aeternum, pariter et mundum, et hac in re so:
lum uerbis et uoce ab Aristotele dissensisse, et licet Plato
hoc utatur uerbo dicens motum genitum esse similiter et
mundum, non eius est ea uoce ut genitum esse intelli:
geret ita ut de nouo inceperit, sed accepit

genitum esse quod dependentiam ut sit sensus. Motus mun:
dusque genitum esse dicitur hoc est dependenter origi
nemque trahere a Deo Opt. Max. ab aeterno. quod autem
ab alio dependet aliquo pacto genitum dici potest.
Alex. Aphrodis. ex altera parte voluit Platonem
nedum verbis sed et sensu ab Arist. dissentire,
Platonemque vere censuisse, motum genitum esse et de
novo incepisse, qua in re mihi Alex. sententia magis proba
tur quam Simplicii. quod autem eam mihi persuadet illud est
quia si Plato putavit et ipse motum aeternum esse,
quemadmodum ceteri antiquiores arbitrati fuerunt, tunc cum Pla:
tonis sententia Arist. et faveat opinioni, sicuti et alio
rum veterum sententia profecto Arist. dixisset Platonem cum
aliis antiquioribus censuisse motum aeternum esse. cum autem
Arist. distinguat Platonem ab Arist. aliorumque veterum
sententia dicentium motum aeternum esse, itaque dicendum est
Arist. intellexisse solum Platonem genuisse tempus et
motum hoc est de novo incepisse. appellat autem hoc
in loco Arist. motum esse tamquam vitam omnium corporum
naturalium. nam quemadmodum se habet vita ad corpora ani:
mantia ita se habet motus ad corpus naturale, eam
vero vita ad corpus animatum ita se habet, quod cessante
vita statim animantia collabuntur, et sufficiente vita omnia
animalia supersunt, ita cessante motu amplius naturalia
corpora non sunt. siquidem corpora naturalia dicuntur quod in intrin:
secum habent principium motus, quamdiu ergo corpus

nãlia vim habent ut moueantur, nãlia corpa dicunt165

cui aut amplius moueri nõ possint, nec amplius Nãlia st.

Prea consultò ab Arist: dictum est. motum esse tanq̃

vitam omnium Natura constantium

Proposita fuit ab Arist: Dubitatio in Cont: p° de motus æternitate Lectio 3a

sed qm̃ difficultas est circa hanc ppositam quæstionem, an s. quæstio

pposita sit de æternitate motus in gñe, aut de æternitate motus

cælestis, ideo difficultas ista breuiter expedienda et dissoluenda

ē. Inter Arist: expositores Auerr. et Albertus Magnus existi-

marunt ppositam q̃stionem ab Arist esse de æternitate motus Cæli

ita ut sensus ppositi Problematis ab Arist. sit iste Nunquid

motus cælestis corporis sit æternus aut potius de nouo inceperit

sitq̃ aliquñ interiturus. Huic Auerr. opinioni uerba Cont. 1.

fauere dicunt quib. Arist: inquit motus est tanq̃ vita omnium

nã constantium, igr quæstio ab Arist. pposita ē de eo motu

qui vita est nãlium rerum, iam uero motus cæli vita ē rerum

oïm Nãlium, siquidem eo deficiente nãlia oïa corpa corruere ne-

cessum est, eoq̃ existente nãlia conseruantur et manent, ut docuit

Arist 1°. Meteor. Cap. 1 dicens oportet hunc mundum inferiorem

superiorib. motib. esse continuum, ut oïs virtus mũdi huius inde gu-

bernetur et conseruetur, igr pposita q̃stio ab Arist. de motus

æternitate de motu Cæli esse uidr, cuius sñia ex eo explani

pt, qm̃ æternitas exñs in motu p° competit motui cæli et

per ipsum æternitas competit motib. inferiorib. qm̃ motus cæli

ē causa æternitatis motuum horum inferiorum, ut ipse Arist. docuit

2. de gnat. Cont 65. igr æternitas de motu Cæli primo

est demonstranda quam æternitas de motu in communi

Consequentia ex eo deducitur quia quotiescumque aliqua affectio et proprietas pluribus competit, et alteri per alterum competit tamquam per causam, proprietas illa prius est demonstranda de Causa quam de Causato. Ergo cum aeternitas primo conveniat motui Celi quam motui infe:riorum, igitur prius aeternitas de motu Celi est demonstranda quam de motu inferiorum, ac proinde propositum Problema ab Arist. hoc in loco de motus aeternitate de motu celi intelligendum esse videtur. Sed haec quaeris Alterius magistri nostra ab Arist. dissentit, siquidem quaestio proposita non de aeternitate motus Celi sed de aeternitate motus in communi ut communis est omnibus motibus sive celestis corporis sive infe:riorum intelligenda est. quod primum ostenditur ex verbis Arist. Cont: 1 huius 8.i ubi Arist: inquit Utrum aut factus sit motus. etc.

Cum ergo Arist. utatur illa dictione nihil igitur loquitur ipse de motu in communi omnium corporum naturalium, quoniam si quaestionem proposuisset de motu Celi haec dicendi forma usus non esset sed dixisset Utrum motus aeternus sit aut postquam inceperit et quando defecturus sit ita ut celeste corpus non amplius moveatur, cum ergo Philosophus loquatur de subiecto motus in Universali dicens Utrum motus inceperit interdum ut corrumpatur adeo ut nihil vel nullum corpus naturale moveatur Argumentum est evidentissime ipsum loqui de aeternitate motus in Universali. 2.o ex progressu Arist. ita confirmatur quoniam Arist: in hoc primo Capite ostensa motus aeternitate in Cont: 21. et 22. alteram quaestionem proponit dicit

An reperiatur aliquis motus qui sit aeternus et continuus et an in rerum natura reperiatur aliquod corpus quod in aeternum moveatur. iam vero si in hoc pro capite Arist. loqueretur de aeternitate motus corporis caelestis, ergo Arist. iam ostendisset dari aliquem motum sempiternum ostendisset dari aliquod mobile quod perpetuo moveatur, ergo opus non erat ut in Cont. 22 eam dubitationem proponeret An detur aliquod ~~corpus~~ mobile quod perpetuo moveatur. et aliquis reperiatur motus qui sempiternus sit, esset n. perfecto dubitatio absque ulla ratione et consilio repetita, siquidem Arist. id in dubium revocasset quod antea demonstrationibus ostendisset aliquando statuerat, caeterisque cum graecis nec non cum ceteris Arabibus dicendum est problema propositum ab Arist. in Cont. de motus aeternitate non esse de motu Caeli, sed de motu in genere et in communi, ut sensus propositae quaestionis is sit Utrum in universo semper aliquis fuerit motus in universoque semper fuerit aliquod fuerit corpus quod aliquo motu moveretur, nec fuerit quicquam in universo aliquod corpus adinvenire quod non caruerit a motu, ita ut omnia corpora naturalia fuerint sub quiete. unde Arist. hoc ordine procedit incipit n. ab aeternitate motus in genere et postea transit ad aeternitatem motus in specie et ad aeternitatem motus corporis caelestis. et propterea in Cont. 22. ostensa communi aeternitate motus in communi, inquirit utrum detur aeternus motus naturalis qui nunquam deficiat et aliquod corpus quod perenni tempore moveatur, quam sententiam quoque sequitur Querr.

licet postea mutaverit sententiam in aliamque abierit quae veritate sit dubia, quidem non est obiectis quaerere satisfacere, et ad 3m cum dicebatur Arist. loqui de motu qui est veluti vita omnium naturalium constantium dicendum est utique Arist. loqui de aeternitate illius motus qui est tanquam vita corporum naturalium sed dico non solum est motus caeli sed etiam est omnis motus cuiuslibet corporis naturalis, quilibet enim motus est veluti vita corporis naturalis in quo est, qui tam diu corpus naturale dicitur quamdiu aptum natum est moveri. Unde sicut motus caelestis est veluti vita caelestis corporis ita motus animalium ipsorum quasi vita esse dicitur tametsi motus caelestis corporis dicatur esse vita caeterisque quatenus ab ipso motu inferiores, inferioraque corpora conservantur. Arist. autem loquitur de motu qui est vita aeterna, quinimo est propria affectio cuiuslibet corporis naturalis, qui sicut inest omnibus corporibus naturalibus ita unusquisque motus particularis veluti vita propria cuiusque corporis naturalis cui inesse dicitur. Nec officit 2a obiectio quia licet aeternitas potius tanquam communiter conveniat motui caeli quam motui inferiorum quoniam per ipsum ut per causam ceteri inferiores motus veluti aeternitatem nanciscuntur quia ut habet Arist. 2. de Ortu 56. Motus caeli est causa aeternitatis motus horum inferiorum, attamen aeternitas ut subiecto adaequato competit motui in universum et in communi, id vero cum est aliqua proprietas, quae competit alicui subiecto adaequato et huic convenit per aliquam causam, ordinarius ordo expostulat ut proprietas illa prius demonstretur de subiecto

adequato quod de cãe [illegible] aut aeternitas motus in universum coiat ut subiecto adequato, tametsi motui cęlesti coiat ut cão, eapp aeternitas prius demonstranda erat itaque de motu in universum quã de motu cęli eapp Arist: huic doctrinę ordinĩ inserviens prius quaestionem demonstravitque aeternitatem de motu in gnẽ ostensurus postea inferius aeternitatem motus corporis cęlestis ut a Cont. 22. ad Contextũ 53. Lectio 4a

Proposita qone examinanda ab Arist: de motus aeternitate breviterque expositis de hac re priscorum Phorum opinionib: in Cont. 3o ne temere questionem hanc Arist. suscepisse videretur fructum utilitatemque propositę questionis proponit, inquiens non exiguam propositam qone utilitatem allaturam esse, siquidem ad duo potissimũ conferre videtur. Primum quidem ad contemplationem Naturae 2o ad notitiam et cognitionem primi moventis aeterni, quam utilitatem proponit his verbis Consideratio eius quomodo se se habeat non solum nobis confert sane ad naturę contemplationem tum quia ex explicatione huius Problematis de motus aeternitate, et natura ipsa quid sit intelligetur et etiam rerum naturalium quę natura constant notitia habebitur, siquidem ex hac explicatione intelliget mundum aeternum esse, pariter et cęleste corpus, nam cum ostensum fuerit motum aeternum esse, consequitur mundum et cęlum aeterna esse, quoniam si [illegible] motus aeternus est qui proprietas est cęli et mundi, mundum quoque et cęlum aeterna esse oporteat enim, verbis et ut proposita Dubitatio ad cognitionem de primo movente

aeterno, quoniam ex motus aeternitate cognoscitur primum movens
aeternum esse et ab omni materialitate liberum et separatum
siquidem nec ulla alia efficax extat Methodus aut via
ad ostendendum primum movens aeternum abstractumque fore
nisi motus aeternus, nec ulla alia via aut in 8 Physicorum
aut 12 Metaphysicae ad id ostendendum usus est Arist. quam
motus aeternitate, quae res ut conspicua manifestaque
reddatur quae alioquin aspernanda non est, illud animad-
verti debet, quod aliud est probare deveniendum esse ad unum
primum principium primumque movens, et aliud est probare et
ostendere deveniendum esse in rerum natura reperiri unum
movens aeternum et abstractum a materia, primum quidem
hac via ostenditur, quia cum in causis ipsisque moventibus non
sit processus in immensum et in infinitum, profecto ad unum
primum movens deveniendum est, quod primum principium, primusque
rerum omnium author sit, sed huiusmodi Methodus non ducit nos
nisi ad hoc ut cognoscamus unum primum principium in rerum
natura adinveniri, nec ulterius nos manu ducit quam ad caelum
quia ex hac Methodo quispiam arbitrari asserereque posset
hoc primum principium non esse caelum nisi ipsum, nec praeter
caelum ullum aliud inveniri, sicut plerique homines extiterunt
qui olim arbitrati fuerunt, caelum esse primam causam rerum
omnium et caelum tamquam DEUM excoluerunt, sicut et decla-
ravit Averr. 2o Caeli Comment. 20. Quod vero praeter
hanc corpoream caelestemque molem quam conspicimus circulo
moveri, alia substantia movens aliudque principium reperiatur
alia methodo opus est, et vero id cognoscitur hac Methodo

quoniam celeste corpus ut sensibus patet movetur, cum
autem idem secundum eandem rationem movens et motum esse
non possit, quoniam movens movet ut actu est, quod autem
movetur qua potentia est movetur, cum motus sit actus
entis in potentia, quoniam vero idem secundum eandem
rationem non potest esse in actu et potentia, quia fieri
non potest ut idem sit actu calidum et potentia calidum
igitur idem secundum eandem rationem non potest esse mo:
vens et motum quo fit ut celeste corpus secundum aliam
rationem moveat, et secundum aliam moveatur, igitur in celesti
corpore duae sunt naturae et partes, quarum altera movet, et
altera movetur, et quoniam movere proprium formae est, propri:
um vero materiae est moveri et pati ut docuit 2 de Ortu
Cont: 52. igitur in celesti corpore reperiuntur forma et
materia, quae sane materia corpus est, quod est subiectum motus
Forma vero est movens orbem, igitur in celesti corpore
praeter hoc corpus quod circumfertur, alia est substantia movens
alius movens adinveniatur. quod vero dicitur motor aeter-
nus sit et a materiae conditionibus omnino immunis ex motus
aeternitate ita ostenditur, Motus aeternus est, igitur celeste
corpus motu aeterno movetur, sed quoniam nullo pacto fieri
potest ut caelum aeterno motu moveatur nisi a motore aeterno
quoniam virtus caduca et mortalis aeterno tempore moveri
non potest, igitur motor qui celeste corpus movet aeternus
est. sed quoniam aeternum est ex carentia materiae sicuti
corruptibile dicitur esse propter materiam quam habet, igitur motor

aeternus m̃ta caret, igr̃ abstractus est et a m̃ta sepa-
ratus. Quod vero sit motor separatus sit intelligẽs
et cognoscens hac methodo cognoscitur et adinvenitur
q̃a omnis virtus separata à m̃ta secundum ẽẽ, et non be-
neficio intellectus, non solum est intelligibilis sed et
intelligens, q̃ ex eo patet, q̃m formae m̃ales et quae
m̃ta concretae sunt intelligibiles solae sunt, non autem
intelligentes, .n. vero Elementorum formae plantarum
sensus ipsi qui cognoscentes sunt non sunt intelligentes
quia sunt m̃ales, Ergo si omnes istae formae intelligẽ
tes non st, quia sunt m̃ales, igr̃ e contra adversa forma
quae non est concreta m̃ae sed abstracta intellectus
esse dr̃. Cum itaq primus motor aeternus et à
m̃ta solutus, abstractusq sit intelligẽs quae duae Methodi in
n̄ali Ph̄ia ab Arist: explicantur prima quidem desumpta
ex motus aeternitate in 8 Physicorum declaratur, ubi de-
monstrat ab Arist: motum aeternum esse, et ex qua
eodem libro ostendere primum movens abstractum aeter-
numq esse. 2a vero Methodus ab Arist: declarata
3 de A̅ia 15. ubi ondit q omnis forma à m̃ta
separata secundum esse intellectus est, hinc duo Corro-
laria eliciuntur. Primum est Metaphysicum à N̄ali
Ph̄o haec duo accipere, primum est primum movens
esse aeternum et à m̃ta separatum: alterum vero hoc
movens aeternum et separatum intelligens esse, sive
primum accipit ex 8 Physicorum. 2m vero ex 3o de A̅ia.

o. Excell.mi Archangeli in 8 Physicorum

vnde si quis querat ppter quid Deus opt. et primus mo:
tor est intelligens. Rndes est ppter mtae carentiam et
uacuitatem, et si iter qs querat dec Metaph. de-
clarat q omne carens mta intelliges est, dicendus in 3°
lib. de Aia ubi ab Arist. docet q omnis forma sece-
ta et a mta separata intellectus est, dnide q Arist. in
Metaph. cum acceperit substam mouentem celum abstractam
esse statim infert eam intelligentem fore, nec illud alr
pbat, qm accipit ut pbatum a Nali Pho, omnem
substam abstractam a mta intelligentem esse. Alter
q dicitur est ad nale Phum attinere probare pri-
mum motorem abstractum esse, nam in qstione apud
Phos uerti solet, num ad Phum uel Metaph. pertineat
pbare primum mouens abstractum esse. Veritas aut
huius pblemati ea est, id muneris esse Phi Nalis
nam cum primum mouens aeternum esse et a mta separa
in alio medio ostendi no posset nisi ex motus aeternitate
motus aut aeternitas demonstretur a Pho Naturali
igr et Phi nali interest demostrare primum mouens
abstractum esse. Nam quale est medium talis quoq
est demonstratio, et cum demonstrationis effectus sit
scientia igr ad quam scientiam pertinet medium de-
monstrationis ad eandem pertinet demonstratio con-
clusionis, ut est aperta et singularis sentia Arist.
ut inter alia loca silentio inuoluam pro Rhetor. Cap. 2.
ubi sic inquit si Rhetorica demostraret aliquam

P. Excell: Archang in 8 lib: Physic.

conclusione Rhetoricam quod principium et medium alte-
rius scientiae ut pote poeticae vel naturalis non esset
amplius Poetica tametsi concto. Rhetorica demonstrat
sed illa scientia erit per cuius medium demonstrat
quibus verbis nemo est qui non intelligat Arist. velle
demonstrationem variam, ex varietate medii pari-
ter et scientiam, cum itaque primum movens abstra-
ctum esse demonstretur medio naturali ut pote ex motu
aeterno, ergo demonstratio erit naturalis et ex conse-
quenti scientia qua id demonstratur naturalis erit
ac propterea haud dubie tenendum est demonstrare pri-
mum movens abstractum esse non ad Methaphysicam
ut putavit Scotus et Avic.a sed ad naturalem Philosophum
attinere ut recte putavit Averroes ______

Lectio 5.a Proposita ab Arist. intentione in hoc lib. 8. vist tractandi dis-
serendumque esse de motus aeternitate, ostensaque propositae quaestionis
utilitate in cont. 4 Arist. proposita sua exequi intentionem de-
monstrareque aggreditur motum ipsum aeternum esse, tum a parte
ante tum a parte post, ostensurus autem motus aeternitatem ac-
cipit prius hypothesim hanc, quae futurae demonstrationi sibi in-
serviet, ea autem est, Movens et mobile ipsum praecedere motum, ita
ut motus sine mobili et movente nullo modo fieri potest. Ea autem
de causa Arist hanc sumit suppositionem quoniam ex aeternitate
moventis et mobilis, motus aeternitatem demonstrabit, siquidem
duplici Methodo hac in parte motus aeternitatem Arist. demon-
stravit. Altera quidem Methodo a priori, ut pote ex prin-
cipiis motus, ex aeternitate scilicet mobilis et moventis quae

causae

causis motus. Alteramque Methodo à posteriori, rejt ex
temporis aeternitate, quod quidem tempus dicitur esse passio et proprietas
motus quam 2.a Methodo assequitur et Arist. 12 Metaphy. 29 cont.
ubi ex motus aeternitate quasi ad memoriam revocans omnium
motoris aeternitatem, ex aeternitate temporis motum aeternum esse
demonstravit. Hanc autem Hypothesim quam Arist. hoc cont. 4
assumit, eam probat tum ex definitione motus tum via inductionis
ex definitione quidem motus quoniam motus ut declaratum fuit in 3.o
lib. Physicorum est actus mobilis proveniens à motore, igitur motus
supponit mobile, quoniam actus et perfectio perfectibile necessario supponit
igitur cum motus perfectio mobilis sit, igitur motus ipsum mobile supponit.
Et cum motus à motore proficiscatur ut eam efficiente
igitur motus movens ipsum exigit atque supponit, quod et inductiva
ratione Arist. confirmat, nam in quavis specie motus id conspicimus
alteratione supponere id quod alterari debet, ut lignum aut aquam
nec non et agens à quo ipsa alteratio promanat. quod ita sese ha-
bere in generatione et in motu locali magis clarum est quam ulla
egeat ostensione. quod si res ita sese habent igitur movens et
mobile, motum praecedit. Verum adversus hanc acceptam ab Arist.
Hipotesim . . . statim insurgit Johannes Gramaticus qui
quod acerrime motus aeternitatem labefactari contra Arist.
conatus est, inquiens ex hac ipsa Hippotesi ab Arist. assumpta
statim haberi motum non esse aeternum. quod tamen Arist. ex hac Hippo-
tesi probare conatur. Utitur Joannes Gramaticus hoc
discursu, si mobile est prius motu, igitur motus non est aeternus
siquidem aeterno nihil prius esse potest, quam ob rem inquit Joannes Gra-
maticus cum Arist. accipit Hippotesim ad probandam motus
aeternitatem eam accipit quae potius destruere videtur et demolliri

motus aeternitatem quam ea demonstrare. Sed quoniam huius
distantiae Joannis Grammatici dissolutio ex intellectu huius
propositionis depedet, in quo si sensus sit propositio intelligatur
ab Arist. cum inquit Mobile est prius motu, an si intelligat mobile esse
prius natura an tempore motu capp id a nobis declarandum est, porro
si verba Arist: inspiciamus intelligere videtur mobile esse prius
motu tempore, quoniam inquit ipse in tex. 4. Combustibile est prius
quam comburatur et Comburens est prius quam comburat
certum est autem combustibile prius esse tempore combustione
prius non tempore lignum est quam comburatur. Ex altera parte
Arist: intelligere videtur mobile tempore motum ipsum nequaquam praeire,
quoniam statim sequeretur motum ipsum non esse aeternum, quoniam
illud quod habet aliquid tempore prius aeternum non est. Si igitur motus
posterior esset mobili tempore igitur motus aeternus non esset.
ac propterea ex hoc intellectu Joannis Grammatici ratio adversus
Arist. ad motus aeternitatem maximum robur haberet.
Explicantes autem huius Hippotesis verum intellectum dicimus
Arist: non intelligere mobile esse prius tempore motu, sed natura
non secus ac homo dicitur esse prior risibilitate natura, illud autem dicitur
prius esse altero natura, quod est causa alterius, sed causa effectum ipsum
tempore non praecedit, sicut dicimus Solem illuminatione priorem
esse natura quia sol est causa illuminationis quam tempore non an
tecedit. quamobrem idem est dicere esse prius natura quod
prius causalitate, et quae priora sunt natura simul tempore sunt
cum effectibus ipsis. Cum itaque Philosophus inquit Mobile est prius
motu, intelligit prius esse natura, hoc est mobile est causa motus
quamvis tempore motum non antecedit, et hoc satis est propositio
Arist: quoniam ipse solum probare studet Mobile esse prius motu.

et licet Arist. afferat exem̄ de Combustione et combustibili, hoc maxima vim non habet, qm̄ exemplorum non requiritur verificatio, sed manifestatio quod ad. nam ex hoc exemplo voluit Arist. intelligere q sicuti combustibile tempore precedit combustionem, ita mobile tempore precedat motum. sed Arist. ex hoc exemplo id intelligere voluit q sicuti combustio exigit presuppositum combustibile, et comburens, ita etiam motus etiam exigit presupponit movens et mobile a qb. dependet. qua accepta Hypotesi statim in Cont. s. demonstratione effformare aggredi, ad ostendendum motum eternum esse. demonstratio aut huiusmodi est, motus provenit a motore et mobili, aut vero aut motor et mobile sunt eterna aut de novo inceperunt, secundum perfecto dici non potest in movens et mobile de novo incepisse, qm̄ si de novo inceperunt ergo per novum inceperunt, q consequentia eo innititur principio, quia omne q incipit de novo, incipit per motum et mutationem. si itaque movens et mobile inceperunt de novo, igr inceperunt per motum, ergo ante motum qui presupponitur ab illo movente et mobili datur alius motus prior, quo movens et mobile inceperunt et cum motus ille quo inceperunt motus et mobile, sine movente esse non possit aut illud movens et mobile inceperunt de novo aut sunt eterna, si de novo inceperunt ergo per motum. Ergo necesse est dicere ante motum semper priorem motum adinveniri; qm̄ si ante motum semper alius motus adinvenitur, motus igr eternus est et hic

motus aeternus appellatur secundum consequentiam et successio-
nem hoc est semper ante unum motum semper aliquis praecessit
in infinitum, nec primus motus adinvenerit quod de novo
inceperit antequam nullus aliquis existeret motus prior
Si vero dicatur movens et mobile esse aeterna igitur
universo motus est aeternus, quoniam dici non potest, Movens esse
aeternum et ab aeterno non movisse sed in tempore et de novo
movere incepisse. Similiter mobile aeternum esse et ali-
quo temporis intervallo quievisse, et post de novo moveri
incepisse, quamobrem si movens et mobile aeterna sunt
motum quoque aeternum esse necesse est, et haec in hoc est
posita est Quaesiti demonstratio ad probandum Motum esse
aeternum. Sed quoniam haec demonstratio duo habet membra
duo sunt. Si movens et mobile de novo facta sunt,
ergo inceperunt et facta sunt per mutationem et motum, alterum est quod si
movens et mobile sunt aeterna ergo motus aeternus. Utrumque membrum
expendere oportet. Primum quidem membrum in hoc consistit
et ex hoc vim habet, quoniam hoc est unum Quaesiti principium
quod de novo ex nihilo aliquid fieri non potest. Sed omne quod incipit
de novo vel in tempore incipit per mutationem et motum,
iuxta quod principium et dogma format ipse hanc consequentiam
dicens Si movens et mobile inceperunt esse de novo ergo
per motum. Et ratio Cathegorice ita efformari potest. Omne
quod incipit de novo incipit per motum, Movens et mobile in-
ceperunt ~~per m~~ de novo Ergo inceperunt per motum,
quo principio suffulta est illa propositio Quaesiti sub finem primi
Caeli cum inquit Omne quod incipit corrumpitur. quia omne

quod incipit

quod incipit, incipit per motum, quod autem incipit per motum corru-
ptibile est, igitur omne quod incipit, necessario quoque corrumpitur
Hinc satis constat D. Thomam ab Aristotelis sententia longissime
recedere cum inquit aliquid de novo incipere posse atque
produci sine mutatione et motu, quam quamprimum collaberetur
haec Aristotelis sententia, siquidem cum Philosophus inquit si movens et mobile
inceperunt de novo, ergo inceperunt per motum. Con-
sequentia ista falsa erit, quia dixero movens et mobile
de novo incepisse, non tamen per motum, quemadmodum inquit D. Tho-
mas aliquid de novo incipere posse ex nihilo et sine mo-
tu. Ut ergo consistat Aristotelis consequentia D. Thomae sententia
reijcienda est. Sed licet D. Thomae sententia ab Aristotelis principiis
ipsis longissime recedat, quam maxime tamen accedit ad
nostrae relligionis Christianae dogmata, quibus absque ulla hae-
sitatione tenendum est, aliquid de novo ex nihilo et sine
motu produci posse, atque de facto produci. sicuti est anima rationa-
lis nostra, et licet Aristoteles oppositum senserit diversum habens
principium, cuius sententia ab Ecclesia haec in parte reijcienda est
tametsi excusandus sit Aristoteles quippe qui lumine fidei
minime fuerit illustratus. sed solum naturali lumine incedens
et solum duce sensu Philosophatus alium producendi modum
de novo minime cognovit, quam per motum et per mutationem.
quia ea quae in dies oculis videmus ea per motum et
per mutationem produci apertissime cognoscimus. C

Lectio 6a. Ostensurus Arist. motum esse aeternum a parte ante ea usus
fuit demonstratione nam cum motus sit actus mobilis a motore,
aut motor et mobile inceperunt de novo aut aeterna sunt. Si de novo
inceperunt ergo per motum, ergo ante motum datur alius motus prior
Si vero movens et mobile aeterna sunt ergo motum aeternum
esse necesse est, quoniam vix vigit Arist. aetatis concipi potest Movens
aeternum esse et ab aeterno motum non produxisse sed aliquo
temporis intervallo a motu vacasse, et postea movere incae-
pisse, quoniam cum movens in duplici ordine sit, aliud quidem
absque cognitione sicuti agentia naturalia sunt, ut ignis et lapis
qui absque ulla cognitione operantur aliud vero agens
est cum proposito et cum discursu, Movens illud aeternum aut
est agens naturale aut voluntarium et cum cognitione, Si
vero agens naturale sit cum ea sit conditio agentis naturalis
ut cum fuerit approximatum patienti in illud necessario agat
illudque transmutet, ut de igne patet, quippe qui propinquus
existens aquae in eam necessario agit et si in eam non agit aliquod
impedimentum adesse oportet. Si itaque movens illud aeternum
naturale est aut est propinquum mobili aeterno aut non, si primum
ergo illud necessario movebit. Si vero propinquum non fuerit et
postea illud movere possit necesse est ut mobili propinquum fiat
cum aut appropinquare minime possit nisi per motum Ergo ante
motum illud quo a movente producitur debitus prior motus quo mo-
vens mobili propinquior efficitur. ergo ante motum datur alius motus
Si vero movens illud aeternum voluntarium, vel ratione aut
cognitione agens, tunc aut illud movens recta utitur vo-
luntate aut non, Si recta utitur voluntate ita ut eius

voluntas congrua dispositaque sit tunc movens aeternum necessario movebit quoniam Regula est quod movens voluntate et consilio si recta voluntate utatur atque decenter dispositum sit, ita ut cognoscat aliquid bonum esse ad illud necessario movebit: itaque si movens illud aeternum recta utitur voluntate cum multo melius sit movere quam non movere, quia melior est habitus quam privatio, Ergo movens aeternum quamprimum est, necessario movebit. Propterea Philosophus nequit asserere movens aeternum esse et ab aeterno movisse et aliquid figmento simile. Sed licet haec quaestio demonstrationis aliquam evidentiam aspectu primo habere videatur apud illos qui naturali lumine solum incedunt, tamen apud Christianum
» hominem et Christianae religionis sectatorem nullam quidem
» efficaciam habet, quoniam movens primum qui Deus Opt: est,
» aeternum profecto est, tamen motus non est aeternus, sed sicuti
» post longum temporis spatium produxit mundum ita et motum,
» absque ulla mutatione aut reali aut intentionali facta in eius
» voluntate, quia licet in tempore inceperit movere non facta fuit
» in voluntate eius mutatio ad velle a nolle, sed ab aeterno
Deus Opt: decrevit movere et motum producere non tamen ab aeterno in tempore aeterno sed de novo ut quoniam Exempli gratia quis hodie animo decernat Venetias ire die crastina et postea crastina die Venetias sese conferat, nulla profecto facta mutatione in voluntate ipsius quoniam crastina die voluntatem suam explet, ita Deus Opt. decrevit in tempore motum producere

cui aut[em] p[ro]p[ter]ea nulla p[ro]p[ter] in eius voluntate p[ro]cessit
mutatio e[st] p[ro]inde Arist[oteles]: haec r[ati]o a Christiano homine fa-
cile refelli p[otes]t, q[uia] si q[ui]s r[ati]one expostularet cur Deus ab
aeterno motum non produxit sed in t[em]p[o]re cupit sane Arist[oteles]
huius rei c[aus]am scire q[ui]ppe q[ui] n[atur]ali lumine incedit sed
a Christiano homine huius rei c[aus]a indaganda n[on] e[st], cum eor[um]
q[uae] a voluntate Dei p[ro]cedunt r[ati]o haud inquirenda sit
e[t] p[ro]pterea Arist[oteles]: videns in sacris paginis huius rei r[ati]one[m]
assignari hoc in loco inq[ui]t (figmento simile esse) asse-
rere movens esse aeternum e[t] ab aeterno n[on] movere
nec huius rei aliquam c[aus]am assignare. Ut aut[em] diversitas
principior[um] Arist[otelis] e[t] Christianor[um] religionis a nob[is] intel-
ligatur e[st] advertendum q[uod] s[ecundu]m dogmata Arist[otelis] Deus
Opt[imus] agit ex n[atur]ae necessitate, q[uia] Deus Opt[imus] licet vo-
luntate agat eius t[ame]n voluntas n[ecessa]ria e[st] e[t] ad agend[um]
determinata, ita ut non possit non agere, non secus
ac ignis p[ro]pinquus agens non p[otes]t non agere Ex quo
principio statim sequitur hoc Consequens si primus motor aeter-
nus ergo e[t] motus aeternus. Sed Christianor[um] religionis
principium e[st] q[uod] Deus Opt[imus] libere agat, cuius voluntas
e[st] libere agendi e[t] non libere agendi e[t] p[ro]pterea licet
aeternus sit, cum libere agat p[otes]t agere cum vult. q[uo]d sane
principium a Christiano homine amplectendum e[st] illud aut[em] Arist[otelis]
reijciendum. Sed ex principio posito ab eo qui n[atur]ale

Phiäm ꝑficatur statim et conceditur motum aeternum
esse. Sed quia hoc in loco ab Arist: dr̃a ponitur inter
Agens Nãle et voluntarium, ea a nob breviter expli-
canda est communiter igitur Arist: ponit Agens Nãle et Vo-
luntarium, quia sicut Agens Nãle producere potest contra-
rios effectus sed unum per se et alterum per accidens, sicuti
frigidum per se frigefacit, ex accidenti vero calefacit, ut
contingit per hyeme cum revocat calorem internum anima-
lium ab externis ad internas partes. quando declara-
vit et Gall. pro Aphor. 14. exponens sententiam illam
Hipp. Ventres hyeme calidiores sunt nã, ita et agens
Voluntarium contrarios effectus producere potest unum per se
alterum ex eventu ut exemplo Medicus per se sanitatem
inducit ex accidenti vero aegritudinem et mortem.
-in vero medicus depravata et non recte disposita eius
ratione et voluntate si contrariam per cuius odio aegrotanti
exhibeat Medicinam non sanitatem sed mortem potius inducet
et propterea quia non secundum leges artis, aut non secundum rectam
rationem aegritudinem aut mortem inducit effectum suum
ex accidenti inducere dicitur ~~differre dicitur~~. Differunt autem inter se se
Agens nãle, et Voluntarium quia Agens Nãle per naturam absque co-
gnitione operatur, Agens autem Voluntarium ratione et
discursu sua exercet opera. Caeterum hac in parte ea
oborit dubito, quia Arist: 9 Metaph. Cont. 3°

oriat assignans riter potentias rationales et irrationales, nigt q potentie irrationales determinant ad unum tantum, potentias quod irrationales intelligit ea entia q absq ratione agunt. Et hec agentia nigt determinant ad unum tm effectum, unum effectum ex se producunt contrarium vero ex accidenti, ut frigidum ad frigidum per se determinant, excalefaciunt autem ex accidenti. Sed potentie rationales nigt que ratione utunt. contrarios effectus per se producere possunt. cum aut in hoc 8 libro affirmet agentia naturalia producere unum effectum per se contrarium vero ex accidenti, sibi constare non videtur. Ut hoc iste soluat e advertendum. agentia a consilio cum voluntate agunt q act opposita libera e contrarios effectus per se producere possunt bonum et malum. sed unum quod per se primo. Alterum vero per se non primo sed secundario, et quoniam id quod secundario fit respectu illius effectus qui fit per se primo dr esse ex accidenti, propterea potentie rationales contrarios effectus parere dicunt unum ex se et alterum ex accidenti accipiendo ex accidenti pro eo q est per se non primo, Et hoc pacto intellexit Arist. hoc loco quo fit ut nulla sit repugnantia in dictis Ari-rist. qa potentia a rationalib, tametsi duos effectus contrarios producere possit, qa unum producit per se pro

illud dr producere per se: Aliud vero et contrarium quod producit per se non primo, illud dr producere ex accidenti quatenus aut non servatis legibus artis, aut non recta ratione pravum malumque effectum producit. 1

Cum ex aeternitate moventis et mobilis Arist: declarasset motum aeternum esse de novoque non incepisse. Nunc in Cont: 10 alia Arist. utitur ratione ad eandem probandam Conclusionem quae ex parte temporis desumpta est, qua et ratione usus fuit Arist. 12 Metaph. Cont. Hoc autem discrimine haec demonstratio a priore distinguitur quod prior demonstratio quae data est, quoniam ex movente et mobili allata est quae sunt initia motus. 2a vero est a posteriori et ab effectu quoniam ex tempore proficiscitur quod est passio ipsius motus ut in 4 lib: explicatum fuit. Ad formandam autem demonstrationem hanc duas Arist: accipit in hoc Cont. Hippotheses quarum 1a est prius et posterius absque tempore existere non posse, siquidem prius et posterius temporis differentia esse dicuntur et in definitione temporis in 4 lib. ab Arist: accepta fuerunt, cum dixit est numerus motus secundum prius et posterius. quamobrem prius et posterius sine tempore esse non possunt. Altera Hippotesis est quod tempus aut est motus aut passio et proprietas motus, sed licet in 1a Hippotesi Arist. disiunctive loquatur attamen altera pars accipi debet et ut vera sustineri, vz. Tempus esse passionem ipsius motus, quoniam motus secundum

essentia nil aliud e, nisi actus imperfectus vel potentis Cmixtus. ita q essentia motus in actu et potentia constituta e, Cterdo duo quo ad essentiam ipsius nil aliud includit, et oia alia que in motu reperiuntur accidentia eius sunt et pprietates, sicuti actio et passio que sunt respectus et relationes superaddite ipsi motui qm motus qui actus imperfectus e, ut habet respectum ad Agens Actio dr, idemq motus ut respectum habet ad patiens, passio appellat. Similr et tempus e qd superadditum motui, qm tempus nil aliud e nisi prius et posterius in motu, pptrea licet Arist: hic utatur disiunctione dicens, tempus est aut motus aut passio motus scda pars disiunctive accipienda est, que duas Hippoteses futurae demonstrationi inserviunt, prima quidem ad pbationem assumpti, 2a vero ad pbationem Consequentie. qb sic acceptis demonstratio ab Arist: ita formatur Tempus est aeternum Ergo motus est aeternus, Consequentia ex 2a Hippotesi deducitur, qm si passio est aeterna subiectum quoq aeternum esse oportet sit qd passio sine subiecto consistere non pt. quamobrem si tempus q e passio motus aeternum est, igr et motus q tpis subiectum e aeternus nccio esse debet, id aut q assumitur vzt. tempus aeternum esse ex pa Hippotesi ita demonstratur

quia si tempus non est aeternum sed de novo incepit
ergo prius non fuit. sed quia prius non potest esse sine tempore
ut assumptum fuit, ergo ante tempus quod incepit de novo
aliud tempus antea reperitur. iam vero tempus illud
aut est aeternum aut de novo incepit. si aeternum propo-
situm habetur, si vero de novo incepit ergo prius
non fuit et quia prius absque tempore esse nequit, ergo ubi
prius illic tempus est, ac proinde et si ponatur tempus
de novo incepisse ante ipsum semper aliud extitisse tem-
pus fateri oportet, propter vim huius propositionis quia si de
novo incepit prius non fuit, et ubi prius est ibi quoque
tempus adinvenitur. quod sane antecedens nequit tempus
aeternum esse priscorum sapientum consensu Arist. confirmat
uno tamen excepto Platone quippe qui ut inquit hoc in loco
solus inter veteres asseruit tempus genitum esse, atque
de novo incepisse, tametsi Simpl. ut dixi in exposi-
tione Cont. 11 ad sensum Arist. redigere conetur quod
fieri nequit ut eo loci a nobis ostensum est, ostendentes Platonem
censuisse tempus quidem et mundum de novo incepisse
et a Deo Opt. effectum esse. Insuper in Cont. 11. idem
assumptum nequit tempus aeternum esse alia ratione hoc
confirmat, duas item assumens Hypotheses

quare pa oa est tempus neq consistere neq intelligi possit
absq ipso nunc q tempus pñs appellatur ~~hug~~ cuius ra-
tio illud esset argumentum qui de tpe solum nunc ipsum habetur
cum preteritum et futurum quorum alterum iam preterijt, alte-
rum vero nondum sit, minime sint. Altera autem hypo-
thesis est ipsum nunc vel tempus presens, esse finem preteriti
initiumque futuri, cum sit veluti copula qua preteritum
et futurum una copulantur, non secus ac punctus in
media linea duabus, qui finis est unius partis et prin-
cipium alterius. His sic acceptis ratio ita conficitur
si tempus incepit ergo cum de tpe non habeatur nisi ipsum
nunc, ergo tempus incepit in ipso nunc vel temporis
momento, sed cum nunc sit finis preteriti, ergo ante ipsum
nunc coincepit tempus, aliud est tempus preteritum
cuius finis ipsum nunc est in quo tempus incepit
quaeritur autem de tpe illo si incepit aut aeternum est,
si aeternum propositum iam habetur, si vero incepisse dicatur
ergo incepit in ipso nunc q cum sit finis preteriti ergo ante
illud nunc quo tempus incepit aliud datur tempus preteritum
ac proinde ante tempus semper aliud datur tempus in in-
finitum ita ut tempus aeternum esse necessario sit asse-
rendum. Ex cuius et tpis aeternitate demonstrat Philosophus

motum esse aeternum. a parte post, hoc est nunquam
defecturum, nam sicuti tempus aeternum est a parte ante
ita et aeternum est a parte post nec unquam interiturum
quod ex eo ostenditur, quoniam si tempus deficiet posterius igitur
non erit, sed cum posterius sine tempore esse non possit, igitur
adhuc tempus erit, quoniam ubi posterius ibi tempus, quod sane
etiam ex alia hypothesi demonstratur, quoniam si tempus deficiet
cum de tempore non habeat nisi nunc, igitur in ipso nunc
interibit et deficiet, cum autem nunc sit principium futuri
igitur post ipsum nunc dabitur tempus futurum ac proinde
post tempus semper aliud tempus reperietur. quamobrem
tempus ipsum aeternum erit etiam a parte post, quod si tempus
aeternum est nec unquam defecturum similiter motum aeternum esse
etiam retro nec unquam defecturum verum est, cum
tempus sine motu neque motus sine tempore consistere possit.
Sed forte dicet quispiam Cur Philosophus ad demonstrandum
tempus aeternum esse a parte post non accepit re-
gulam illam ab illo positam primo Coeli qua usus est contra
Platonem non longe a fine, ea autem est quod id quod est ae-
ternum ante. est etiam aeternum retro et a parte post
siquidem quod aeternum est quod incipit omnia pro omni
mensura temporibus omnia aeternum esse necesse est.

cum igitur tempus aeternum sit ante, igitur inferendum erat
ex illa Regula aeternum quoque esse a parte post
ostendo. propterea Arist. hoc in loco ea Regula minime
usus fuisse. quia adhuc ostensum non erat, an id quod
est aeternum a parte ante sit et aeternum a parte
post et e converso. Ergo cum veritas huius regulae
adhuc ostensa non esset, ideirco ne dubio videretur
ati fundamento Arist. hoc in loco regulam illam silentio
praetermisit, aliisque mediis usus est ad id probandum rursus
ex parte posterioris, et ex parte ipsius nunc quod est
temporis momentum.

lectio 8a. Tandem post alias rationes allatas ad ostendendum motum esse aeter-
num a parte post Arist. hac utitur ratione, in qua illud primo assu-
mit quod mobile et motus non simul desinunt, sed post motum ipsum
mobile relinquitur, quo assumpto ita ratiocinatur. Si motus interit
atque deficit cum post motum ipsum mobile supersit, aut ipsum mo-
bile est aeternum, aut aliquando corrumpetur. Si aeternum esse di-
catur cum feriari perpetuoque ociari non possit, quia in rerum
Natura nil ociosum adinuenitur igitur semper mouebitur ac proinde
post motum corruptum iam aliquis erit motus quo mobile ipsum
mouebitur. Si vero dicatur illud mobile tandem corrumpi,
igitur corrumpetur per motum cum corruptio quaedam mutatio sit. Ergo
adhuc post motum illum, quem ponit corruptum esse alius adhuc supererit
motus, quo mobile ipsum corrumpitur. quapropter sine vno

sive altero dicatur m̄o, motum ipsum e ante e retro perpetuum esse fateri oportet. Verum circa Hyppotesi ab Arist. sumpta oritur dubito, nam veritati consonare non videtur q post motum quelibet remaneat mobile siquidem deficiente motu ipsius cordis stati deficit ipsum cor cuius esse in motu consistere videtur, similiter deficiente motu pulmonis statim e ipse pulmo interit, quo fit ut in dictis neque non sit post motum mobile superesse, cum in dictis motus e mobile simul deficiant atque intereant. Ut non: [illegible] ista dissolvatur est advertendum q in animalibus ipsis quorum esse consistit in motu, mobile bifariam concipi potest. Uno m̄o ut animatum est, alio m̄o ut mixtum. Latum n. discrimen est inter esse animatum e mixtum esse, Enimvero mixtum esse e prius e communius est quam animatum, prius n. quoniam animatum esse non potest nec aliquid animatum oriri, nisi prius aliquid mixtum sit e ex 4 Elementis concretum, Communius vero quoniam bene valet si animatum est igitur mixtum, non tamen convertitur, si mixtum est igitur animatum, quia plurima sunt quae sunt mixta ut Metalla q tamen animata non sunt. Cum aut ex Arist. Regula in Post Cathegorijs. Illud [illegible] universalius sit a quo non convertitur consequentia igitur cum neque non sit dicere, mixtum est igitur animatum propterea mixtum non solum prius sed etiam fusius est, quam ipsum animatum. Hoc accepto statuendum est, motum e

mobile non simul deficere sed post motum mobile
superesse. Ad instantiam autem in oppositum allatam
qua dicebatur deficiente cordis motu et ipsum cor defi-
cere, videtur ad motum cordis utique cor ipsum deficere
in quantum animatum est, quia quamprimum desinit motus
cordis illico et cor ipsum destruitur in quantum
est animatum et vivens, sed post motum cordis, rema-
net ipsum cor ut mixtum est, ex quatuor Elementis quod
nil aliud est nisi illud quod appellatur Cadaver quod
postea cor demortuum corrumpitur et in Elementa dis-
solvitur. Similiter et pulmonis motu deficiente, de-
ficit et pulmo ut vivens est et animatus, re-
manet tamen ut cadaver hoc est, ut mixtum quoddam
est ex quatuor Elementis. Quamobrem necessario Arist.
Hypothesi consentire videtur cum inquit Mobile et mo-
tum non simul deficere sed post ipsum motum mobile su-
peresse. Sed licet Arist. haec ratio secundum dogmata
et principia Naturalia concludere videatur motum etiam
retro aeternum esse, tamen si dogmata Christianae Religionis
sequamur, facile dissolvi potest, nam cum inquit cum motus
et mobile non simul deficiunt, sed post motum mobile
superesse, aut mobile est aeternum aut quoque corrum-
pitur. Respondetur quoque ipsum mobile interiturum esse,

cum aut nig. t di corrumperetur, igr per motu
ista Consequentia abneganda e, qm dici pt non om-
ne Corruptione p motu esse, sed q'dam per anni-
hilatione et absq motu. Nam sicuti sedm Christiana
religione aliqd ex nihilo fieri pt sine motu, ita
et aliqd in nihilum redigi, et absq motu corrumpi
pt. quamobre cu mobile illud absq motu corrumpi
pt illud no seqt q ab Arist. infertur, post illud
corruptu motu aliud posteriore dari quo mobile
corrumperetur. Aristi aut no ut pote qui nali lumi-
ne incedit et viab sensum hoc suffulta e principio
q ois Corruptio per motu fiat, sicuti et ois pro-
ductio q de novo fit p motu et mutatione essr,
qui sane pductionis modi ab iis facile credunt
qui lumine naturali viaq sensum non aut lumi-
ne fidei philosophantur. Quib sane rationib: cu
iam satis Arist. se demonstrasse putauerit, mo-
tum aeternum esse. proinde conclusione istam vue-
ram concludit. quod motus tum ante tu retro
sit perpetuus et sempiternus. Sed qm adversus
hoc decretum dur se se offerrebant dubitatones
cappat ab omni ambiguitate vindicaretur Arist.

eas in medium affert, easdemque persolvit. Prima
instantia ea est, Omnis motus qui fit a contrario
in contrarium finitus est, nam cum fiat a termino
a quo ad terminum ad quem necessario finitus
est, quod si terminum habet finitusque sempiternus
esse non potest, cum motus qui sempiternus est termi-
num non habeat. Sed omnis motus fiat a termino
a quo ad terminum ad quem igitur omnis motus finitus
et consequenter corruptibilis. Altera instantia
ea est, Sicut se habet in parvo mundo ita se
habet in universo et in magno mundo, at vero
in parvo mundo, ut patet in animali quod μικρο-
κόσμος seu parvus mundus appellatur motus incipit
de novo post quietem praecedentem, siquidem videmus
cum homo incipit moveri, nullum alium praecessisse mo-
tum, sed post quietem aggredi motum, igitur et uni-
verso magnoque mundo motus incipit de novo post
quietem praecedentem, ac proinde motus aeternus di-
ci non debet. Hae sunt rationes quae motus aeter-
nitatem labefactare videntur. Sed circa rationem
secundam, illud reticendum non est quod dicatur ex philo-
sophis homo parvus mundus appellatur seu μικρο-
κόσμος.

quoniam homo complexus sui velut brevi quodam compendio
ea omnia amplectatur, quae in universo reperi-
untur. Cum vero Elementa in se comprehendit cum
mixtus sit ex quatuor Elementis, ut non et Metalla
in se continere videatur, tum quia in homine lapides
et calculos quosque oriri videmus, ut non ad saepe vi-
sum est per multa quae aut argenti aut Crystalli speciem
praeseferant. Continet quoniam et Stirpes cum in homine
anima vegetativa quae proprie stirpium est contineatur
continet quoniam et et animalia bruta, cum in homine
anima sentiens, quae brutorum animalium est contineatur.
In homine et caeleste corpus contineri dicitur, quatenus in
homine motus circularis qui caelo proprius est contineatur
in vero motus hominis compositus ex recto et cir-
culari quoquo modo mixtus est. Continet etiam
et substantias separatas ut Deum caeterasque divinas men-
tes praeut sed in se homo animam Intellectivam continet,
quae una divinarum mentium est et Dei optimi imago.
ita ut omnes gradus qui sparsim in universo repe-
riuntur ipsorum Entium, in homine ipso colligantur.
Neque est esse quod corporum inanimorum proprium est, vivereque
quod est proprium plantarum, sentire quod est proprium animalium brutorum

nec non intelligere q Dei opti opus proprium est ita ut iure ab Arist. Mikrokosmus seu parvus mundus vocatus sit et ab Antiquioribus breve universi compendium. Ut pote q in homine brevi quodam compendio omnes entium gradus qui passim in universo reperiuntur, in homine simul colligantur atq reperiantur.

Lectio 9a

Duae ab Arist. contra motus aeternitatem allatae fuerant rones quib. Arist. in Cont. 17. usq ad 21. satisfacit et ad primam cum dicebat An motum esse inter contraria ac ppterea omnem motum finitum esse, ita respondet. falsum esse omnem motum inter contraria versari siquidem coelestis corporis motus de contrario in contrarium terminum minime fit, cu sit ab eodem termino ad eundem terminum. Enimvero incipit ab Oriente et ad idem revertitur, ita ut ab eodem in idem coelestis corporis motus fiat. Unde est q coelestis corporis motus finem suum cum principio coniungit qm cum ad finem pervenisse videatur adhuc in principio est ppterea continuus et perpetuus esse dicitur q in motu recto non contingit, in quo fini et principium inter se diversa sunt, ac ppterea motus rectus continuus aeternusq esse non pt. Enimvero cum terra a sublimiori loco ut a termino a quo ad inferum locum movetur, locus superior inferiorq inter se distant, diversaq sunt, quo obrem cum motus rectus finem suum cum principio minime coniungat neq continuus neq aeternus esse pt, nisi per reiterationem ut pote cum a supero ad inferum moveatur atq rursum ab infero ad superum movetur

P. Excell. Archang. in 8 Physic.

ita ut secundum reiteratos vices, ac infinitum repetitas motus terrae alterius esse possit, sed cum hi motus reflexi sint atque contrarii quorum unus est a supero ad inferum alter vero ab infero ad superiorem locum ex sententia autem Aristotelis in hoc 8 Physicorum motus reflexi facti ex quo secundum contraria loca continui esse non possunt quamobrem non recte arreptum esse videtur quolibet motum de contrario in contrarium fieri, sicuti et celestis corporis motus. Ad secundam autem rationem cum dicebat ita sese habere in universo ut se habet in parvo mundo, iam vero in parvo mundo ut patet in animali motus post quietem incipit, ita et in universo rem se se habere putandum est. Premissa maiore ad Aristotelis minor rejicitur. si quod verum non est in animali ipsis motum incipere post omnimodam quietem et nullo alio precedente motu, quod Aristoteles nonnullis illustrat Exemplis quorum alterum illud est, nam cum animal motum secundum locum moveri aggredi, motum dicit secundum locum aliquid precessit motus cuiusque caloris et spirituum ad membra quae moveri debent, non enim animal ipsum ullo pacto motum aggredi potest, nisi spiritibus et sanguine per nervos ad membra delatis quae moveri debent, quo fit quod ut ante motum localem quo animal incepit moveri aliquid precessit motus nempe sanguinis et spirituum motus, sanguinis autem motum

a Excellentissimi Aquisang in 8 Physicorum

praecessit alteratio e cibo genito, et quae sanguinis
spirituumque haud gigni possunt nisi habita concoctione
cibariorum, quae alteratio est cibariis intrinsecus ingestis,
quae absque motu locali fieri nequit. Itaque semper
ante motum alius praecessit motus. Insuper Arist. hoc
alio illustrat exemplo dicens, cum animal a somno
expergiscitur moverique aggreditur perfecto post quietem
nullo alio praecedente motu, motum aggredi videtur
verum tamen hunc motum quo animal a somno incipit moveri
aliquis praecessit motus, videlicet vaporum resolutio quae alteratio
est, spirituumque elatio ad corporis partes, nam sicuti
somnus fit per concretionem vaporumque densitatem a
cerebri frigiditate, quibus sane vaporibus ita concretis
viae ductibusque per quos spiritus ad sensus deferuntur
occluduntur ac proinde sensus ipsi ligantur ex spirituum
inopia ita ut sua munera obire non possint, quibus
sane resolutis beneficio caloris reserantur recluduntur(que)
viae quibus spiritus ad sensitoria deferuntur, ac proinde
solvuntur sensus ac animal expergiscitur. quamobrem ante
motum localem quo animal post somnum moveri incipit
aliquis praecessit motus, et localis spirituum ad membra
et eorundem alteratio, ita ut illud statuendum sit
in animalibus ipsis semper ante motum alium praecedere motum

nec ullo quod ipsius momento, animal aliquo motu mo-
veri quod cum ita in parvo mundo et in animalibus rebus se
se habeat, idipsum in maiori mundo statuendum est
ita ut ante motum semper aliquis praecedat motus hoc est
ut ante motum localem praecedat alteratio, ante alte-
rationem praecesserit generatio, et ante generationem praecesse-
rit aut motus localis aut alteratio et ita in infinitum
et hoc in hoc sensu Arist. contextu intelligi debet,
cum inquit motum in communi aeternum esse, non quia omnis
motus in universo sit perpetuus et sempiternus,
siquidem animalia non semper moventur, neque etiam Elementa,
sed motus in genere aeternus esse dicitur secundum successionem
vel secundum consequentiam, sicut ipsemet Arist. decla-
ravit hoc 8 physicorum textu 9. graeci quoque interpretes etiam
animadverterunt, dicitur autem motus aeternus secundum conse-
quentiam quoniam ante motum semper antea semper reperitur
motus, dicitur quoniam etiam motus retro aeternus quoniam semper
post aliquem motum semper aliquis reperitur motus, quo
fit ut cum motus dicatur esse aeternus, mundus qui etiam
et universum dicatur esse aeternum, nam cum motus sine
corporibus naturalibus esse non possit ex corporibus autem naturalibus
mundus coalescat si motus aeternus est corpora naturalia
necessario aeterna esse debet, ac propterea mundus qui
ex corporibus naturaliter compaginatur atque consurgit.

Sed licet in hac Conclusione Arist: et Plato conve-
videantur, vtpote mundum retro et a parte ante aeter-
num esse, licet circa originem dissentiant, quoniam Arist.
censuit mundum ante aeternum esse, et contra Plato de
novo incepisse. Dissentiunt tamen circa mundi aeternitatem
a parte post, quoniam Arist: sententia fuit, mundum sua natura
aeternum et incorruptibilem esse, quoniam caret principiis
corruptionis atque interitus. Ex altera parte voluit
Plato in Timaeo mundum suapte natura corruptibilem
esse, aliunde vero aeternitatem habere, consequi vero
ex voluntate primi motoris et Dei opt. vnde
loco cito sic ait Plato. Dij deorum hoc est intel-
ligentiae quae caelorum qui Dij a veteribus appellati
quorum opifex ego sum, vos estis propria natura solubiles
sed voluntate mea incorruptibiles estis quo fit vt
secundum Platonis dogmata et intelligentiae mundusque
sua sponte corruptibiles sint sed Dei opt. voluntate
aeternitatem consequantur, cuius sententiam uberiore oratione
refellit Arist: pro Caeli text. sub finem hoc pacto.
Argumento quoniam Corruptibile esse possibileque ab aeterni-
tate perpetuari nequit, quoniam tunc contingens, in naturam
necessarij verteretur quod fieri nequit. possibileque
fieret impossibile, cuius rei illud est Argumento

qm̄ q Corruptibile ē, possibile ē ut corrumpatur atq contingēs cumq nā est ut possit esse et non esse, q si aeternum fiat, cum aeternum sit nērium q non pt aliter se se habere, atq ita impossibile at aliquando non sit, igr possibile fieret impossibile cōtingensue nērium redderet, q cum falsum sit igr et illud ex quo seqr at pote corruptibile ex se ab alio ꝑpetuari posse, ac ꝑinde ā veritate āberrat mundum ex sua nā corruptibilem esse, et ab ꝯctri. seco aeternitatem nancisci.

lib. 8.
Ostensa priore capite motus aeternitate tum ante tum retro solutisq dubitōnib, q motus aeternitatem evertere videbantur. Pdq in Cont: 21. usq ad 27. inquirere ꝑponit An detr in rerum nā aliq corpus q uno per continuoq motu ꝑpetuo moveatr q idē ē ac si qrat an reperiatr unus motus q perpetuus sit unus numero nec unquam deficiat. cuiq instituti et intentionis cā ea est, qm cum priore Capite de aeternitate motus in Comuni ꝑegisset, demonstrassetue motum aeternum esse non quia motus particularium corporum sint
ꝑpetui, sed ea rōne motum aeternum solum successione, ita ut ante motum unum semper aliq ꝑcedit motus, et post unum motum semper aliq subseqr motus. operæpretium esse videbatur ꝑinvestigare An in rerum nā, aliq

corpus naturale reperiatur quod uno motu semper et perpetuo moveatur ac proinde reperiatur aliquis motus qui unus numero existens perpetuo durat. quod in hoc Cont. 21 Arist. facere aggreditur, Circa quod Problema versatur Arist. longa satis oratione à Cont. 21. usque ad Cont. 53. ubi tandem concludit aliquod corpus naturale adinveniri, quod uno motu perpetuo movetur quod caelum est, cuiusque circularem motum perpetuo durare. Sed prius quam Arist. ad hanc Conclusionem sese conferat nonnulla prius iacit, quae huic proposito maxime inservire videbantur atque primum quasdam ponit divisiones eorum quae moventur quibus versatur à Cont. 21. usque ad 27. Summa vero Divisionum Arist. posita est in hoc eorum quae sunt aut omnia semper moventur aut omnia semper quiescunt, aut aliqua moventur et aliqua quiescunt. Haec est prima divisio. Si vero non omnia semper moventur, nec omnia quiescunt semper, sed interdum moventur interdum vero quiescunt, aut illa quae moventur semper moventur et illa quae quiescunt semper quiescunt, aut illa quae moventur quandoque moventur et quandoque quiescunt, et illa quae quiescunt vicissim quiescunt et moventur. Aut 3.º inter ea quae moventur reperiuntur aliqua quae semper moventur et aliqua quae interdum moventur et quae interdum quiescunt. et hoc est quod ab Arist. inquirendum proponitur demonstrabitque aliqua reperiri

in rerum natura quæ semper moventur sicuti cœlestia corpora
Alia vero interdum moveri interdum quiescere, sicuti
ista sublunaria, cum cetera membra illius divisionis
falsa esse dicantur ut puta omnia semper moveri et omnia
semper quiescere, siquidem hæc duo sensibus refragantur
quippe qui evidentem fidem faciunt, nec omnia moveri
semper, nec omnia requiescere semper. Cæterum in Cont. 21
illud est animadversione dignum, quoniam Philosophus inquit quod
cum ostensum fuerit aliquid semper moveri, erit in eo finis
in dubitationibus de motus æternitate nec non finis huius
negotii. quibus verbis Arist. indicare videtur, fine Octavi
lib. Physicorum claudi et terminari in solutione ~~debita~~ dubita-
tionis de motus æternitate, atque proinde cetera quæ
de primo motore in Cont. 53. infra ab Arist. pertractata
ad 8. lib. Physicorum non attinere, quoniam inquit, cum ostensum
fuerit aliquid semper moveri finis erit huius negotii
quæ dubitatio ut solvatur animadvertendum est, ut sub initio
huius 8i dictum fuit in hoc lib. duo considerari et
motum æternum et motorem æternum, ~~quam~~ tam etsi pri-
ma intentio sit de motu æterno, quoniam quæ de
motu æterno duo problemata principaliter investigantur
primo. An sit æternus quod pertinet ad Problema ~~quod~~ An est

2º vero propter quid sit aeternus. Nam cum ostensum fuerit aeternum esse, statim occurrit inquirendum propter quid sit aeternus. i. quae sit causa cur aeternitas insit motui, non secus ac cum ostensum fuerit hominem risibilem esse, statim quaeritur propter quid homo sit risibilis. et quoniam in his duobus consistit plena exactaque cognitio de motus aeternitate idcirco et unum et alterum problema absolvendum erat, sed quoniam quaestio an sit praecedere debet problema propter quid ideo Arist. primum demonstrare aggressus est, motum ipsum aeternum esse, quo ostenso investigare incepit causam huius aeternitatis, et quoniam causa aeternitatis motus, est motor aeternus, a quo aeternitas inest motui propterea de motore aeterno orationem habere aggressus fuit dicens ideo motum esse aeternum quia a motore immobili atque aeterno efficiatur. quia ergo tractatio praecipua in hoc libro est de motu aeterno quae sane ut diximus in his duobus problematibus consistit. propterea postquam dixit cum ostensum fuerit motum aeternum esse respondet quaestioni an sit. et quo ad propter quid, quando dicit esse moventis aeternum tunc erit finis huius negocii i. tractationis de motus aeternitate atque huius Octavi libri in quo duo haec problemata pertractantur de motus aeternitate, esse scilicet motum

aeternum, et causam aeternitatis, et sic germanus est horum verborum Arist. intellectus. His ab Arist. acceptis divisionibus: illarumque quibus videntur reiectis membris, reste omnia moveri semper, cunctaque semper quiescere, atque alia interdum moveri et interdum quiescere quoniam ad ostendendam Conclusionem illam propositam, aliquod corpus naturale adinveniri quod perpetuo movetur aliud principium erat necessarium, illud autem erat, quod omne quod movetur ab alio moveatur, hoc est a motore distincto diversoque a mobili, idcirco Philosophus in Contextu 27 et sequentibus huius propositionis veritatem demonstrare aggreditur. huiusmodi autem propositio illi conclusioni demonstrandae ita inseruit, nam cum demonstrandum sit aliquod corpus naturale moveri semper ut caelum, id autem demonstrari minime possit, nisi antea demonstretur corpus illud moveri a motore aeterno, ideo probandum erat dari aliquod movens immobile et aeternum a quo caelum moveatur, quoniam vero nec id ostendi poterat nisi antea ostensum esset, caelum habere motorem diversum et distinctum a corpore quod movetur, ideo hoc antea demonstrandum erat. Caelum autem diversum habere Motorem ex hac propositione ostenditur quam in hoc Contextu Arist. probandam assumit ut patet, quod omne quod movetur ab alio movetur

ita ut ex fine resolutione hoc sit Methodus et Arist: progressus. Aliquod corpus Naturale adinvenitur ut celum quod uno motu continuo semper movetur, quia vero moveri semper non potest nisi a motore aeterno, ergo celum habet motorem aeternum a quo perpetuo movetur, hic autem motor aeternus a mobili vero distinctus diversusque esse debet, quoniam omne quod movetur ab alio movetur ideo ab hoc principio auspicandum erat omnino. probandumque in primis erat, veluti basis et fundamentum huius Theorema, quod omne illud quod movetur a distincto motore movetur, quo fit ut illud quod est primum in intentione sit ultimum in executione. Enimvero Conclusio ista est in intentione prima, aliquod reperiri corpus quod semper movetur, quia in Cont: 21. demonstranda proponitur et tamen est in executione ultima, quia postremo loco ab Arist. concluditur et demonstratur.

Lectio IIa. Veritas Conclusionis demonstrandae scilicet Aliquod corpus Naturale adinveniri quod semper moveatur — ex eo dependeat principio, Caput huius in Cont. 27. veritatem huius principii demonstrare decrevit id autem ostensurus ostendendo in Cont. 27. Moventium et mobilium divisiones quasdam adfert. Prima autem Moventium divisio ea est quod eorum quaedam movent per se: Alia vero ex accidenti. Illa dicuntur moveri ex accidenti quod non per se existunt, sed quia alteri insunt moveri dicuntur

[margin: et fundamento, quod Omne quod movetur ab alio movetur.]

in quo quae sunt partes existentes in toto, et accidentia
existentia in subiecto. n. vero partes in existentes toti ut
manus ex accidenti moveri dr. siquidem movet quatenus
in toto adinveniri dr. Accidentia vero eiusdem ordinis sunt,
n. vero album et Musicum ex accidenti aedificare aut
agere dicuntur quod ut aedificatori per se inesse dicuntur, qui agit
et aedificat, illa vero per se movere dicuntur quae non alteri
insunt sed per se consistunt. sicuti anima dr esse movens et
per se, et homo cum navim movet aut baculum, quoniam homo per
se existentiam habet et alteri non inest. Similiter quae moventur
alia dicuntur moveri per se alia vero ex accidenti, quae
moventur ex accidenti in duplici ordine sunt, alia n.
se habent ut partes totius. alia vero ut accidentia exi-
stentia in subiecto, nam cum homo vel secundum t oculum vel
secundum aliam partem sanatur, ex accidenti dr sanari atque alte-
rari; ita ut illa quae secundum partem moventur et alterantur
ex accidenti moveri dicuntur quod et declaravit Arist.
in 5 Phys. t. 21 vel 1° Illa vero per se moveri dicuntur quae solitarie per seipsa
existentiam habent haec aut sunt ipsa corpora naturalia Composita. Caeterum
circa divisionem eorum quae ex accidenti moventur illud animad-
vertendum quod licet partes ex accidenti moveantur differenter
tamen ex accidenti moveri dicuntur, quoniam accidentia illa ex acci-
denti moveri dicuntur quod nullo pacto per se moveri possunt
cum accidentia per se consistere non possunt. partes vero ex
accidenti moventur, tamen possunt et per se moveri

dui ex sunt coniunctae toti ex accidenti moueri di-
cuntur ad motum totius. sed separatae parte a toto
ut manum a corpore illa per se moueri dicitur quoniam per se exi-
stentiam habet. Hac posita diuisione eorum quae mouentur
subdiuidit Arist. in ea quae mouentur a seipsis, et in ea quae mouentur ab
alio, illa enim dicuntur ab alio moueri quae ab externo mouentur
principio, illa uero dicuntur moueri ex seipsis quae ab inter
na ui et principio moueri dicuntur, proinde animalia ut ipse
met declarauit in Cont. Itaque a seipso moueri dicuntur
quoniam ab interno mouentur principio. Tandem ea subdiuidit
quae mouentur ab alio, in ea quae mouentur praeter naturam et vio-
lenter, et in ea quae mouentur secundum naturam. Enimuero quae
ab externo principio, et violenter et secundum naturam mo-
ueri possunt, illa enim ab externo principio violenter
dicuntur moueri, quae mouentur contra mobilis propensionem
ut cum lapis sursum ab homine impellitur motus hic ab
externo fit principio, violentusque fit, quoniam fit contra
lapidis propensionem, siquidem lapis ad locum sursum
propensionem non habet, quod declarauit Arist. 3 Ethicorum 3.
Motus est Violentus est ille qui fit a motore externo
non conferente vim passo - - - - - - -
Ille uero motus qui fit a motore extrinseco mobili con-
ferente vim, secundum naturam esse dicitur, ut cum ab homine deorsum
lapis proicitur, huiusmodi enim motus ab externo dicitur prin
cipio et tamen fit secundum naturam quoniam fit secundum mobilis propensionem

qm lapis ad motu deorsum propensione habet.
Ex quo loco illud assumitur q non oib motq q fit
a motore Extrinseco violentq no e, cuiq rei illud
e argum qm Phq in hoc Cont: 27. dividit oa
q ab Externo moventr principio in ea q moventur
violenter, e que secundu Nam, igr aliqua sunt que
ab Externo movent motore e tn sedm nam mo;
ventur, unde illa arist: ppositio 7. Phisicq Cont 10.
q est omnem motu ab Extrinseco factu motore violentu
esse eu eodē loco cito ab arist: glosanda e. ut sit
quotiescunq motus ille extrinsecq pcedns, fit contr
mobilis inclinatione. Quib: positis divisionib: tu
Moventis tu Mobilis Phq declarat qd nam sit illud
q a seipso movet, ingens in hoc gne mobiliu esse
aialia ipsa q a seipsis moventur, e sedm nam mo;
veri dicuntur. Ceterq inqt arist: aial q a nā movet
qm ab interna ui movetur e sedm nam e contr nām
moveri pt diversa tn rone, nam si consideret aial
sedm totu, e ut aial est, semp sedm nam quo quo
versu moveatr, nā aial sive sursu sive deorsu
sive in sinistra sive in dextra parte movens
sedm nām moveri dr, qm aia a qua ipsu aial
dr, est apta ipsu aial moveri sedm oem differentia positionis
e loci, e pcrea hoc distinguit aia a forma corpū
inanimorq. qm forma Elemētorq e Metallorq

ad unam tantum differentiam positionis determinati. Proinde
illorum forma ad unam tantum ~~formam~~ differentiam positionis movet aut
sursum, aut deorsum tantum. Anima vero quoniam non ad unam
tantum differentiam positionis sed ad omnes indifferenter movere
potest, propterea animal ipsum movet secundum omnem differentiam loci
ac proinde animal ipsum quod ab illa movetur quoquo se ver-
tat et moveatur secundum naturam movetur. Ut neget animal
si consideretur ratione corporis quia altera pars corporis animalis
et secundum naturam et contra naturam moveri potest. Nam si animal sur-
sum moveatur licet ille motus sit naturalis animali, quo
animal est, non tamen est naturalis corpori ex quo componitur
animal, quoniam cum corpus grave terrenumque sit, sua natura de-
orsum propendet, et si sursum moveatur contra naturam movetur.
Si vero corpus deorsum moveatur motus dicitur naturalis est
animali, tum ratione qua animal est tum etiam ratione corporis
quo fit ut cum animal movetur sursum motus ille non est
simpliciter naturalis, sed quoquo modo violentiae particeps
ratione corporis, sed cum animal deorsum movetur motus dicitur
naturalis est ~~corpori~~ animali simpliciter tum ratione totius quia animal
est tum ratione corporis. Unde aliquod discrimen est inter
motum caelestis corporis et motum animalis, quoniam caelestis
corporis ~~corporis~~ motus est simpliciter naturalis, tum ratione moventis, tum ratione corporis
quoniam intelligentia movens sicuti est apta nata circulariter movere
ita corpus quod ab illa movetur propensionem habet ut
circulariter moveatur.

at no ita se habet aial respectu sui motus. nam respe-
ctu motus deorsum simplr nalis e. in rone aiis
in rone corpis. qm sicut aia est apta deorsum mo-
uere ita et corpus q aliqn grave e, est aptu
deorsum mouere. At si aia sursum mouetur, motus
hic nalis no est ex ea parte aiae ex ea parte
corpis, nam licet rone aie nalis sit, non tn nalis e
rone corpis q graue e, quo fit ut motus aialis
sursum non simplr nalis est, sed violentie quoque-
modo particeps rone corporis. Lectio 12.

Postus distinctionem ab Arist: tum eorum q mouent, tum eorum quae
mouentur in Cont: 28 pbare aggredi ueritate illius prin-
cipij q.s. omne q mouet ab alio moueat, et qm id q mo-
uet et scdm nam et violenter mouere pt, ideiro Phs
pbat tu in motu violento qua nali, assumptu principiu
uerisst: oe in motu qd violento id clariss: e. quam ut
nulla videat egere demonstrone, pp ea qm oe q mouet
contra nam et violeter moueat ab externo pricipio, ergo
in motu violento oe q mouetur dr moueri a motore
distincto a mobili, sed non solu in motu violeto sed etia
in motu nali id veriss: est, et qm oa q mouent scdm nam
alia aiata sunt, alia vero inanima, ppterea et in ds
et in illis Arist: ondit oe q mouet scdm nam a distin-
cto motore moueri, Enimuero aialia cu mouentur ab
aliquo motore distincto mouent siqdem ab aia ipsa mouet

q̄ à corpe distincta est, nam cū aīalia ex aīa et corpe
concreta sīt. id q̄ mouet in aīali corpg est, qm̄ hoc est
illud q̄ motū recipit, Mouens uero est aīa cuius rei illud
est argtm̄ qm̄ recedente aīa à corpe corpg amplius mo:
ueri nō pt, certū est aūt aīam ipsā à corpe distingui
atq̄ differre, et non secg ingt Arist: mouens et mo:
tum in aīalib distinguūt ut nauta et nauis, Et uero
mouetur nauis à nauta, q̄ reipsa à naui distinguitr
ita aīal ab aīa mouet q̄ à corpe re ipsa distingit
Sed licet aliqua esset similitudo inter nautā et nauī
et aīam et corpus, non tn̄ similitudo undequaq;
intelligēda est, qm̄ Nauta non tribuit esse naui, qm̄
nauis per ppriā formā absq; Nauta esse habet, sed
solum Nauta motū actumq; nauigādi naui impartit
At aīa utrumq; corpi et aīalib pbet et esse et operari
-n. uero à corpe aīa abeunte aīal nec amplius existentia
habet nec quicq̄ operari pt, sed similitudo in hoc so:
lū est constituta, q̄ sicuti Nauta existens in Naui secūdū
substā distinguitur à naui, ita aīa secundū substām
distinguitur à corpore. Sed licet in Animalibg
ipsis id satis euidens sit, cum sciāg nām mouentur à
motore diuerso moueri, res tn̄ admodū dubia et per
obscura est in Elementis ipsis, nā cum in his dubiū
sit à quo Elementa moueant, dubiū qū etiā ē in
his An à diuerso motore moueant, ppterea Phs sub
fine Cont: 28 sic ingt Hac aūt est q̄ dubitatione affert

à quo moueantur aut grauia aut leuia, rs. Enimuero
Elementa ipsa à seipsis moueri impossibile esse in Cont.
29 Arist. ostendit, et inde inquirat à quo nam Elementa
ipsa secundum locum moueantur, quod autem à seipsis non moueantur
ante ea in primis ratione ostendit, siquidem moueri à seipsis
proprie animatorum est, iam uero cum Elementa animata non
sint ergo à seipsis moueri non possunt, maior illa pro:
positio accepta fuit ab Arist. ab ipso Platone in 10
de Legib: ubi Socratem introducit sic loquentem, quae
scilicet à seipsis mouent intrinsecusque motus principium
habent animata sunt, quae uero inanima sunt extrin:
secus moueantur. Hinc fit quod motus ille secundum locum inter
uitae gradus et species dinumerari debet, qui ab interno
fit principio et huiusmodi motus ab anima proficiscitur et
propterea quia animalis opus est uitalis operatio, aut uitae
gradus appellatur et de hoc motu intelligenda est Arist.
auctoritas 2. de Anima Cont. 13 ubi inquit 4. sunt
species uitae, nutritio et incrementum, sentire, intelligere
et moueri secundum locum, accipiendo motum quod fit ab
interno principio, quoniam motus mixtorum inanimorum quo
~~ab~~ cum ab interno principio non fiat non est opus animae
et propterea mixtorum inanimatorum motus inter uitae species
minime recensetur, ita ut hac duo Theoremata
statuenda sint, Motus localis qui ab interno fit

principio, est actio opus animalis, et id solum proprium animalium est. Alter. Theorema est, motus qui ab externo fit principio est actio naturalis et non opus. sicut est motus mixtorum inanimorum, quale est qui a natura quae non est anima proficiscitur. Namque sensum illius sic declaret quod loco maioris ab Arist. accepta est, nam moveri a seipsis nil aliud est nisi moveri ab interno principio et quo ad initium motus et quo ad absolutionem motus nam in motu duo sunt et inchoatio motus et continuatio eiusdem usque ad finem, iam vero illa quae ab interno principio movent et quo ad inicium motus et quo ad continuationem motus illa a seipsis moveri dicuntur, et quoniam animalia huiusmodi sunt, quoniam ab interno principio absque alterius externi agentis auxilio aggrediuntur motum eundemque usque ad finem, vel quousque eis libuerit prosequuntur propterea animalia a seipsis moveri dicuntur. Quod si quis hoc in loco ambigeret dicens haec duo inter se minime cohaerere quae ab Arist. dicta sunt. scilicet animalia a seipsis moveri et omne quod movetur ab alio moveri, nam si animalia a seipsis movent ergo non ab alio. Et e contra si ab alio ergo non ~~ab~~ a seipsis huic ita dubitati ita esse solvendum. Duo haec Arist. dicta inter se minime pugnare, nam cum dixit quod quaecumque movent ab alio moveri non intellexit quod moveant a motore externo, sed quod moveant a motore diverso

a mobili. et hic est sensus primae propositionis. Cum vero adiecit quod Animalia a se ipsis moventur, non intellexit ipsa moveri a motore qui idem sit cum mobili, sed intellexit moveri a se ipsis, a motore interno diverso tamen a mobili, siquidem ab anima moventur quae a corpore diversa est. Secundo Elementa a se ipsis non moveri Arist. hac ratione confirmat, quod a se ipsis moventur possunt inchoare motum cum volunt et ab eodem desistere moverique secundum contraria loca, sicuti de animalibus rebus satis conspicuum est, quae cum voluerint motum aggredi possunt, ab eodemque desistere et ad contraria loca moveri, iam vero Elementa cum volunt motum aggredi minime possunt, nam vero terrae gleba in tegula detenta cum vult motum aggredi non potest, et cum moveri inceperit, non potest cum libuerit ab eodem motu desistere, neque Elementa secundum contraria loca moveri possunt sed ad unum tantum locum secundum naturam moventur, ut gravia deorsum, levia vero sursum, igitur Elementa a se ipsis minime moventur. A quo autem moveantur explorare postea aggrediemur in parte sequenti —..

Lectio 13.

Ostensurus Arist. quod Omne quod movetur ab alio moveatur tam in Elementis quam in animalibus ipsis, inquirere aggressus fuit a quo nam Elementa secundum naturam moveantur, ostenditque Elementa a se ipsis et ab interno principio minime moveri, quia hoc

proprium qualitatem q duob: propositionibus: propositionibus: demons-
stravit, modo inquit cum a se ipsis non moveantur a quo nam
dicantur moveri, cum levia moveantur sursum, et gravia deor-
sum. q sane declaraturus illud accipit in primis q aliquid
dr esse in potentia duob modis, uno modo in potentia ad
actum primum e ad formam. alio modo ad actum secundum
vel ad operationem q ipsius addiscentis demonstrat exemplo
dicens, addiscens in duplici potentia esse uno modo
ad disciplinam capessendam q est veluti actus primus
qui est habitus qui primo recipitur alio modo dr esse in po-
tentia ad actum 2um vel ad operationem hoc est ad actum
contemplandi nam cum scientiam adeptus fuerit non est am-
plius in potentia ad illam quia illam iam actu habet
sed est in potentia ad contemplandum: ita Elementa
duob modis in potentia esse dicit uno modo ad formam
substantialem. Alio modo in potentia ad operandum ut pote
ad motum, prima quidem essentialis potentia appellatur
quoniam respicit formam substantialem q est Essentia rei, Secunda
vero Accidentaria appellatur, quoniam respicit operationem et
motum qui Accidens est. Hac posita distinctione duas
ponit propositiones Enunciationes quarum prima ea est, q Ele-
menta de potentia Essentiali hoc est cum transmutantur
ad formam substantialem ab ipso generante transmutantur
atque moventur, quoniam dum omnes hac potentia Elementa
ad formam transmutantur generari dicuntur.

Lectio 23

qm vero nil seipsum gñare pt. sed omne id q gñatur
et ad formam substãle transmutatur a gñante pdu-
citur et transmutatur. capp Elemẽta dum de poten-
tiã essentiali transmutantur ad formam substãlem
a gñante mouentur. q est dictu Elementa ipsa
a gñante pducuntur quia idem est mutari de ~~potẽ~~
potẽtia essẽntiali ~~de substãli~~ ad formam, q gñari ac in esse pro-
duci. Secunda Enũciatio ea est q Elementa dum mo-
uent de potentia accidentaria hoc est dum mouentur
secdm locum a dub: moueri dicunt uel a gñante uel
a remouente impedimentum. A gñante qdem qm cum
ignis ex ligno gñat ignem sicuti pducit formam essen-
tiale ignis. ita et pducit motum ignis sursum. q ad
formam substãlem ignis subsequitur, siquidem ut Regula
est apud Philm Dans formam, dat etiam consequentia
formam, quia .n. hõiem rõnalitatem tribuit, idem etiam
risibilitatem homini impartit, quae rõnabilitatem con-
sequitur. Cum ergo gñans tribuat Elementis
formam substãlem, idipsum gñans Elementis tribuit
motum localem. sed licet gñans tribuat Elementis motum
localem, non tamen id praestat immediate sed mediante for-
ma substãli, qm cum motus ignis sursum formam substãlem
ignis insequatur gñans non potest igni motum loca-
lem impartiri, nisi antea formam substãlem pducat

ad quam insequitur motus ita ut dicendum sit gravis
Elementis quod motum tribuere sed mediante forma
substantiali ad quam immediate Elementorum consequitur motus
Altera Enunciatio est quod Elementa secundum locum moventur a res-
movente impedimentum, vel ab aliquo proiiciente, nam
si lapis in tegulis detineatur numquam certe deorsum mo-
veri poterit nisi impedimentum ut puta tegula remo-
veatur quod impedimento est quominus lapis deorsum
moveatur. Unde si quis tegulam removeat quae lapidem
detinebat statim lapis descendit, et tamen lapis
moveri deorsum dicitur ab eo qui impedimentum removit.
dicuntur quoque moveri a proiiciente ut si quis lapidem
in tegulis detentum deorsum deiiceret, lapis deor-
sum a proiiciente dicitur moveri. quapropter Elementa
dum secundum locum moventur vel a proiiciente vel a remo-
vente impedimentum moveri dicuntur, ac proinde mo-
veri dicuntur ab externo principio, quoniam tam
proiiciens quam removens impedimentum externum
principium est. quo fit ut nullum discrimen sit inter
principium movens Caelestia et movens Elementa;
Caeli vero principium movens omnino internum est, prin-
cipium vero movens Elementa externum est, quod cum
ita sese habeat concludit Philosophus quod in motu Ele-
mentorum secundum naturam omne quod movetur dicitur moveri

ab alio et ab motore diverso a mobili, qm enim Elementa ipsa moveantur ab Externo movente q vel generans est, vel removens impedimentum, utrumq autem horum ab Elemento diversum sit, igr et Elementa cum moveantur secundum Naturam ab alio et a distincto motore moventur. quamobrem Phs in Cont. 33. concludit principium illud assumptum in quo sibi motu universum esse q omne q movetur sive violenter sive secundum naturam moveatur, ab alio et a motore diverso movetur. q his verbis concludit dicens igr omnia q moventur aut non aut secundum praeter naturam moventur, et q praeter naturam, et q secundum naturam ab alio moventur ut dictum est, igr omne q movetur ab alio movetur q probandum erat. Ceterum qm hoc in loco de Elementorum motu ab Arist. omo habetur ut eius rei plena resolutio habeatur a quo sc elementa moveantur secundum naturam, quod est animadvertendum est, primum est q Elementa motu locali a duobus moveri possunt ab uno in genere causae Efficientis, ab alio in genere causae finalis. Secundo est animadvertendum Elementa quo ad motum localem bifariam considerari possunt. Uno modo quo ad inchoationem motus

2o quo ad absolutionem motus. His sic positis pro huius rei resolutione 4 haec ponimus Theoremata in quibus tota de motu Elementorum resolutio est constituta. Primum est in genere Causae finalis Elementa moveri a loco proprio, nam cum causa finalis illa sit, cuius gratia cetera fiunt: locus vero proprius sit is cuius gratia Elementa moventur, quoniam non ob aliam causam moventur, nisi ut ad proprium locum deveniant, ergo locus est causa finalis ut Elementa moveantur. Et ex consequenti Elementa ex in genere causae finalis ad locum moveri dicuntur: in quo etiam sensu locus dicitur attrahere Elementa, nam sicut finis unumquodque attrahit agens, et amatum et desideratum attrahit desiderans, et quasi ut amantem ut id cuius gratia, ita locus dicitur attrahere Elementa. Secundum Theorema illud est Elementa quo ad inchoationem motus moveri a proiciente vel a removente impedimentum, quoniam numquam Elementa motum aggredi possunt nisi aut sublato impedimento aut aliquo impellente, et proinde quo ad inchoationem motus ab externo moventur Elementa, et in hoc sensu intelligenda est quaestionis propositio in Contr. 33 cum inquit. Elementa non habere principium intrinsecum seu activum motus, inquit quo ad initium motus et penes hoc distinguuntur Elementa ab animalibus

quoniam animalia

quoniam alia quo ad initium motus internum habet
principium actiuum motus, quoniam absque alio impellente
aut ablatione impedimenti; a seipsis, et ab in:
trinseco principio motum aggredi possunt Elementa
vero a seipsis et ab interno principio initium
motus minime possunt. 3 Theorema Elementa
quo ad continuationem motus ab interno principio
et a propria forma substantiali motum prosequuntur atque
perficiunt. vt uero sublato impedimento lapis sua
grauitate descendit, et usque in finem motus pro:
sequitur. Similiter ignis sublato impedimento ~~sursum~~ statim
euolat. et sua leuitate sursum ascendit, itaque quo
ad continuationem motus Elementa a propria forma
" substantiali mouentur ita ut resolute dicendum sit quod a:
" lia et quo ad initium, et quo ad continuationem
" motus ab interno principio et a seipsis moueri. Ele:
menta vero quo ad initium motus ab extrinseco mo:
ueri quo vero ad continuationem motus ab interno
principio ad propria loca ferri atque moueri. :/
Cum Itaque Arist. ostendisset ueritatem illius principii quod probandum acce
perat Arist. quod omne quod mouetur a motore diuerso moueatur
tam in motu Elementorum de quo maxima dubitatio erat quam
in motu ipsorum animalium. modo probat in Cont. 34

R Excell.mi Archang. in 8 Physic.

demonstrare instituit in his quae movent deveniendum esse
ad unum primum mobile quod a seipso moveatur, ut subinde
ostendat propter hoc deveniendum esse ad unum primum movens
omnino immobile a quo motus aeternus ut ab effectrice
caussa proficiscitur. veritatem autem illius conclusionis ita de-
monstrat, nam cum in his quae moventur et movent, non
sit progredi in immensum et in infinitum, ergo deveniendum
est ad unum corpus mobile, quod primum est et a seipso movetur
hoc autem non est nisi ipsum caeleste corpus, quod inter caetera
mobilia primum quidem est et a seipso movetur, dicitur autem
a seipso moveri quoniam ab alio corpore externo minime movetur
sed propterea a seipso moveri dicitur quoniam ab interna vi et
ab interno principio movetur, et omne illud quod ab inter
no movetur principio a seipso moveri dicitur, sicuti corpus
omne quod ita sese habet ut potest quod ab interno movetur
principio animatum esse dicitur. ex quo sequitur caeleste corpus
cum ex Arist. sententia a seipso moveatur animatum esse
quod ex eo confirmatur, quoniam ut in 2o docuit Arist.
cui et consentire visus est Plato a seipso moveri proprie
animatorum est. Sed quoniam aliquod tribus modis animatum
esse potest, aut anima vegetali sicuti plantae, aut anima
sentiente sicuti animalia bruta aut anima rationali sicuti
homo non levis quaestio est Nunquid caelum hoc triplici
genere animae sit animatum, aut ex his tribus: anima tamen
porro caeleste corpus vegetali anima animatum non est

siquidem quod dividi ~~anima vitam~~ spoliatum [?] illud vero nu-
tritur atque augetur, iam vero caeleste corpus neque alitur
neque increscit quod ex eo undique patet, quoniam nutritio non est ob aliud
causam viventibus a Natura est impartita nisi ut quod assiduo
fluore variis ex causis dissolvitur instaurari possit
siquidem nutritio nihil aliud est nisi partium consumptarum in-
stauratio quod et declaravit Galenus 1 Aphor. parte
Comm. 15. dicens Nutritio est illius quod evacuatur re-
pletio vel illius quod evacuatum est restauratio. Cum autem
ex caelesti corpore nihil quicquam dissolvi aut dissipari
possit, cum ex Arist. sententia 1 Cael. Cont. 22 inal-
terabile sit, et ex memoria hominum per longa temporum saecula
ex ipso nihil quicquam imminutum igitur in eo nihil restaurari
aut resarciri debet, ac proinde neque ipsum nutriri.
Sicut et ob eandem causam neque in animis corporibus ut lapi-
dibus neque nutritio commendata fuit, quia cum ex his aut certe nihil
pusillum dissolvatur quod fere nihil est, nihil in eis instaurari
debet ac propterea neque ipsa nutriri operae pretium fuit.
Cum itaque caeleste corpus neque nutriatur neque increscat
igitur neque nutrientem habet animam, et ex consequenti
neque vegetabili anima praeditum est. Neque sentiente anima
animatum esse dicitur, quoniam ut inquit Arist. 3 de Anima Cont. 61.
Nullum corpus simplex sensus particeps esse potest

& ideo ea est quoniam sensus ex temperie & commoda-
tione primarum qualitatum consurgit. cum autem simplex corpus
neque ex quatuor Elementis neque ex his qualitatibus concretum
sit quia tunc simplex esset. igitur corpus simplex sensu
praeditum esse non potest. Jam vero caeleste corpus simplex
est ut docuit Arist. 1 Caeli Cont. 7 & 8. igitur cae-
leste corpus neque sentiente anima praeditum est. Accedit
ad hoc ut loco nuper cito idem docuit Arist. Si sensus
caelesti corpori insiderent, aut esset propter intelligentiam
ipsam aut propter ipsum caeleste corpus: non vero sensus a natura
propter aliquem finem elargiuntur, iam vero non necessarii sunt
sensus caelo propter intelligentiam quoniam intelligentia ut intel-
ligat ministerio operaque sensuum non eget cum per
Phantasmata rerum Idola minime intelligat si-
cuti facit anima rationalis ipsius hominibus: neque necessarii sunt
sensus ipsi caelo propter corpus caeleste, quoniam ut testatum
relinquit Arist. 3 de Anima ad finem sensus animalibus a natura
non ob aliam causam tributi sunt, nisi ut ab iniuria
rerum externarum sese defendant, et insalubria effu-
giant, & quae salutaria sunt amplexentur. Cum
autem caelesti corpori nec noxa nec aliquod impedimentum
accidere possit, cum inalterabile atque incorruptibile
sit, igitur propter salutem incolumitatemque ipsius corporis

nulla sensuum necessitas fuit. quamobrem cum neque
ratione intelligentiae, neque ratione caelestis corporis sensus
necessarij sint, statuendum certe est aethereum corpus neque
sentiente anima praeditum esse, quo fit ut solum anima in-
telligente quae a nobis intelligentia appellatur praeditum
animatumque esse dicatur. quod pulchre declaravit Auer.
12 Metaphys. Com. 36 dicens Ex animae virtutibus
Caelum sola intelligentia, et appetitu ad consequente
animatum est, et in hoc sensu quod posuit Arist. intelligentia
est cum inquit Caelum quod a seipso movetur, animatum perfecto
et minime ipsa intelligentia. Quod si quis contra
istam sententiam ita sese opponeret inquiens regulam esse
apud Arist. quod ubi sunt virtutes animae perfectiores ibi
sunt quoque imperfectiores sed non e contra, nam ubi
intellectus ibi sensus est, et ubi sensus ibi animatum vegetale
talis sicuti conspicimus in animalibus brutis. sed vero
contra non reciprocant, non comparant: nam in plan-
tis reperitur vegetalis non tamen in his reperitur sensus
et in animalibus brutis reperitur sensus in quibus tamen non
reperitur intellectus. Si itaque ubi perfectior anima virtus
reperitur, ibi quoque imperfectiorem adesse opere pretium
est. Ergo cum in caelesti corpore intellectus reperiatur

q. est praestantior sensu, igitur in caelesti corpore sensus quoque adesse oportet. Nodus iste ex quaest. dissolvitur 2 de Aia Cont. 15. ubi negat Regulam illam in Mortalibus intelligendam esse. in diis non. illud verum est quod ubi perfectiores animae virtutes reperiuntur imperfectiores quoque adinveniri. in mortalibus autem regula locum veritatis non habet, quia in diis perfectior animae virtus ut potentia intellectiva absque imperfectionibus ut potentia sensitiva et absque vegetativa consistere potest ut dictum est, quo fit ut sapientissime in sacris paginis illud legatur dum dicit Deus non sunt viae meae sicut viae vestrae. quasi diceret in mortalibus perfectiores animae vires sine imperfectionibus consistere non possunt. at in caelesti corpore quod est Dei domicilium res aliter se se habet, qua in parte

Illud quoque reticendum non est quod extremis animatorum generibus quae caelum sunt et plantae extremas quoque animae partes accomodatae sunt, nam plantis quae aliorum animalium imperfectissimae sunt, imperfectissima quoque anima quae vegetativa dicitur accomodata fuit. Caelum vero quod inter animantia perfectiss. est, atque alterum extremum perfectissimam quoque animam obtinuit videlicet intelligentem cetera vero animantia inter haec duo

ut sunt Animantia bruta et homo quae ab his vires
obtinuerunt, et plures et pauciores secundum plures et
pauciores perfectionis gradus. Nam vero animantia bruta
cum plantis paulo perfectiora sint nedum vegetale
sed et sentientem animam obtinuerunt, quoniam vero homine
sunt imperfectiora, intellectivam animam promereri
non potuerunt. Homo vero qui animalibus brutis longe
excellentior nedum vegetale et sentientem sed
etiam intellectivam a Natura obtinuit, ita quod sicuti
perfectissimus est inter ista inferiora, ita omnes animae
gradus potiri aut habere homini consentaneum fuit.
Cum hactenus ab Arist. ostensum fuisset quod Omne quod movetur
ab alio moveatur, hoc est a motore realiter distincto a mo-
bili, modo in hoc Cont. 34. demonstrare aggreditur, quod in
his quae movent et moventur non est progredi in infinitum
sed est deveniendum ad unum primum mobile quod a seipso mo-
vetur, hoc autem primum mobile nil aliud est nisi caeleste corpus
quod quidem et movet et movetur, movet sane inferiora
movetur autem a motore. Sed quoniam id non sane ostensum
probatumque erat, Capp. 35 hic ostendit quod hoc primum mobile
a seipso ut potest caelum alium motorem habeat diversum a
quo moveatur. Probat autem hac Methodo et via

nam idem movens et motum secundum idem vel secundum eandem partem esse non potest. quod sane principium ita ostenditur: nam quod movet dicitur movere quatenus est in actu, quoniam actio entis in actu refertur, id vero quod movetur dicitur moveri prout potentia est, quoniam motus actus entis in potentia est ut in potentia. Sed quoniam idem secundum idem actu et potentia esse non potest quoniam duae differentiae contrariae sicuti sunt esse in actu et in potentia uni et eidem secundum eandem rationem convenire non possunt: quod si idem secundum idem in actu et in potentia esse non potest, igitur idem secundum eandem partem motum et movens esse nequit. Iam vero celeste corpus cum a seipso moveatur, igitur secundum eandem partem non potest esse movens et motum: quare debet ad duas debebit partes, secundum quarum unam movet et alteram movetur. Sed quoniam proprium movere est formae proprium vero materiae est pati et moveri, igitur caelum ex duabus caelum constabit naturis, quorum altera forma altera materia erit. et haec Methodus est qua Aristoteles probat Caelum moveri a motore diverso a mobili, quoniam caelum movetur a forma quae multo diversa est ab ipsa materia quae dicitur Methodus 2, qua ab Aristoteles ostenditur caelum esse Compositum ex materia et forma. Ex radicibus huius Methodi est ista quoniam movens et motum secundum eandem rationem esse non potest. Unde ut alias diximus fuit

Diuersa est Methodus qua ōnditur Corpa ōnia corruptibilia composita esse ex materiā et forma ab ea qua ōnditur cęlestiā corpa et ipsa Composita esse. namq̄ cpa mortalia ex mā et forma cocreta esse ōndunt, p gn̄atione et mutatione in substā composito uero in cęlesti cpe ex mā et forma per motū localē declaratur. Quod si qs obijceat di- cens Cęleste corpus ab Arist: po Cęli positū esse cor- pus simplex igr Compositū dici non potest. idem namq̄ simul simplex et Compositū dici non potest Rndemus Cęlum concretū esse ex mā et forma tanq̄ ex mouente et mobili, et hoc mō intelligi in hoc 8 lib: Physic. Cū aūt po Cęli decreuit fuit Cęlū esse corpus simplex Arist: non intellexit ita simplex esse at ab omni compositione liberū sit ex mā et forma: sed intellexit ipsū esse simplex qr ut nō coalescit et componitur ex plurib: corpib ut sunt corpa mixta. quēadm ut Elementa quor corpora simplicia dicūt, qa concreta non sūt ex plurib: corpib quēadm sunt corpa mixta. hic igr rōne diuersa Cęlū et Compositū et corpus simplex erit. Sed cū ostens sum fuerit Cęlū Motorē habere diuersum, qbat

postea motorem primum immobilem esse, ac inventa
motoris immobilitate, subinde postea inferre possit
aeterni motus auctorem & effectricem causam esse
et quoniam motor coelestis corporis immobilis bifariam dici
potest, vel per se vel ex accidenti, probat primo
immobilem esse per se, quoniam si per se mobilis esset, tum
corpus esset, quoniam ut decretum fuit 6 Physicorum cont. 32
omne quod per se mobile corpus est, et omne corpus per se
mobile est. quod si corpus esset igitur coelum ab alio corpore
moveretur, et cum corpus aliud ab alio moveatur
aut illud esset mobile vel immobile per se: si per se
mobile esset igitur corpus erit, ac proinde in corporibus ipsis esset
progressio in infinitum, quod est contra id quod antea dictum
fuit, ergo in corporibus et in his quae moventur ad
unum primum deveniendum quod a seipso movetur
quamobrem motor a quo coelum movetur per se immobi-
lis erit. quod vero sit et immobilis ex accidenti
ita persuadet, quoniam si ex accidenti moveretur ergo
poterit non moveri quod ita probat. quia id quod est ex
eventu et ex accidenti potest non esse. quod si posset
non moveri, ergo posset non movere, deducetur
argumentum ex hoc, quoniam non posset movere nisi mo-
veatur, si itaque potest non moveri ergo potest non movere

Ergo qq deficiet à motu, et ex consequenti motus ipse non erit aeternus. Cum aut antea statutum fuerit motum aeternum esse, igr motor est omni ex parte imobilis et perse et ex accidenti, ac proprea dr esse in corpibus, quo fit ut cum motor iste aeternus sit atq undequaq imobilis sempiterno tempore moueat et eodem modo semper moueat, quia cu imobilis inuariabilisq existe, semper vniformiter eodemq mo mouet, sicuti docuit Arist. 2 de gnae Cont. 65. ubi dt Idem in quantum idem, semper facit idem. Cum itaq caelestis corpis Motor imobilis sit eodemq mo semp sese habens, semper eodem modo mouet et ob hanc cam motus Caeli nedum aeternus e, sed et regularis et vniformis ab initio usq ad finem, qm pcedit à motore qui cum imobilis sit sibi similis semper est, ac pinde vniformi similiq uelocitate semper mouet.

Cum antea ab Arist ostensum fuisset caeleste corpus motorem habere diuersum à mobili, illumq imobilem esse, et perse qa corpus nullo modo esse pt, atq ex accidenti qm si ex accidenti moueretur qq mouere non posset. modo hac in parte ppositum et consilium est Arist: ostendere motorem hunc pter id q imobilis est, nrio aeternus esse debet.

cuius sane aeternitatem demonstrat ex perenni successione
generationis et corruptionis istorum inferiorum, nam cum generatio
in inferioribus istis perennis atque perpetua sit, ergo aliquam
causam sempiternam habere debet, a qua continuo sit et sem-
piterne, nam si causa prima horum inferiorum caduca esset
et mortalis, perfecto ad interitum illius esset et ipsam
generationem quoque deficere opere necessarium esset, neque dici potest
generationem in inferioribus istis proinde aeternam et con-
tinuam esse, quoniam moventia inferiora quamvis generabilia
et corruptibilia sint, quia tamen sunt infinita, in infinitum
quin et generationis causa esse possunt, hoc inquam solutio
nulla est, quoniam moventia inferiora aut simul accipiuntur
aut successive, non simul quoniam cum infinita sint simul
accipi et simul actu esse non possunt. Si autem successive
cum generabilia sint continua quadam successione singula
corrumpuntur ac propterea continuae generationis causa esse
non possunt. quo fit ut generationis aeternitas in primam
aliquam causam sempiternam referri debeat, quae sane
non est nisi movens aeternum quod caeleste corpus movet
ex cuius motu generatio in inferioribus istis in infinitum
propagatur. Ex quo illud consequitur Aristotelem in de-
monstrando motore aeterno pro medio termino non uti
aeternitate motus caelestis corporis quin potius huius aeterni-
tatis ex aeternitate primi moventis demonstrationem
nam cum propositum superius ab Aristotele fuerit an detur

aliq̃s motus æternus ostendens in rerum vniuer-
sitate huiusmoi motum æternum adinueniri id demon:
strat ex imobilitate æternitateq̃ primi mouentis ita
ratiocinando. Primum mouens imobile et atq̃ æter-
num igr mobile q̃ ab ipso mouetur ꝑpetuo mouetur
ac ꝑinde motus q̃ à motore æterno ꝓficiscitur æter-
nus atq̃ continuus est, cum itaq̃ motus corpis cele-
stis æternitas sit conclusio quæ demonstratur
ex primo mouente æterno igr non pt esse me-
dium et via ad demonstrandum primum mouens æter-
num esse. sed medium quo Arist. utitur ad demonstrãdum
primum mouens æternum esse, æternitas est motus in
cõi et ꝑsertim gñationis istorum inferiorum ut satis
aperte habetur in Cont: 45. et infra. Ex æter-
nitate autem gñationis ostensa æternitate primi
mouentis an hoc vnum sit uel plura Arist: disiunctiue
loquutur dicens si igr ꝑpetuus motus est. ꝑpetuum
erit et mouens primum. si vnum est, si uero plura,
igr plura erunt prima mouentia æterna hæc Arist.
in 48 Cont: Ne autem ambiguitas hæc insoluta
relinqueretur atq̃ suspensus legentium animus remaneret
instituit hanc ambiguitatem et dubitõnem dissoluere
inquiens vnum esse primum mouens æternum et non
plura, q̃ sane hac rõne ostendit, in Cont: 48

quotiescumque aliquid commode appositeque fieri potest
semper finitum infinito praeferri debet, et unitas mul-
titudini, nam sicuti in artibus quae naturam ipsam imi-
tantur res sese habet: ita in natura rem sese habere
putandum est. iam vero in artibus ita res sese habet
quod si aliquid ars ipsa unico instrumento apte facere potest
pluribus non utitur instrumentis. cuius rei exemplum
in Medicina facile intelligitur nam quod unico instrumento
Medica facultas ad repellendam aegritudinem moliri
potest pluribus remediis et instrumentis non utitur,
igitur in natura similiter sese habet, siquidem natura sicuti
non deficit in necessariis ita non ~~deficit~~ abundat in
superfluis. Jam vero cuncta commode quidem
ex unitate primi moventis servari possunt, igitur
multo satius est statuere unicum primum Movens
quam plura. Consimili ratione usus fuit Arist. Phys. l. 1
Cont. 50. ad probandum rerum naturalium principia esse finita
quoniam rerum naturalium generatio apposite per principia finita ser-
vari potest. Ceterum et alia ratione eiusdem primi mo-
ventis unitatem 12. Met. Cont. 49 Arist. demon-
stravit Ratio autem huiusmodi est Si essent plures primi
motores tunc essent materiales ac proinde corrupti-
biles siquidem quae sunt specie unum et numero multa
materiae concreta sunt diversitas namque et multitudo

secundum numerum ex materia ortum ducit, ut idem Arist. testatur reliquit 7 Metaphys. Cont. 28 inquiens Socrates et Plato et cetera omnia individua sub eadem specie comprehensa ex materia diversa sunt et numero plura: Si itaque plures essent primi motores numero ergo essent materiales, iam vero nequit eo loci primus motor est Entelechia quae est immaterialis et purissimus actus ergo est unus numero tantum, quod ratio ex immaterialitate et abstractione procedit, scilicet Philosophus nequit quia primus motor est purus abstractus et immaterialis ideo unus et non plures, quo fit ut immaterialitas seu carentia materiae sit causa unitatis numeralis quia formae numero non plurificentur sicuti ex adverso concretio cum materia est in causa multitudinis numeralis in formis. Hinc est quod formae abstractae et liberae a materia non sunt numero plurificatae, sed sub una specie unica tantum intelligentia reperitur: in formis vero materialibus e contra res sese habet, nam hae numero plurificatae sunt atque sub eadem specie plura individua plures quae numero formae reperiuntur, cuius sane diversi minus causa in unacunque (?) in materiaque coarctionem

referenda &c. Ostensa vero immobilitate tum
aeternitate atque unitate primi mouentis Arist.
satisfacit ut par erat dubitationi quam proposuerat
in Cont. 22. quaerens reperianturne aliqua corpora
quae semper moueantur, et aliquis motus qui unus
numero sit aeternus atque continuus. eam autem
ita persoluit utique in rerum uniuersitate aliquod cor
pus naturale reperiri quod mouetur semper ac proinde
aliquem extare particularem motum qui perennis
continuusque sit. id autem ita deducit nam cum o-
stensum sit in rerum natura ad primum mouens deue-
niendum esse quod immobile est atque aeternum ergo huiusmodi
mouens proprium mobile sempiterno tempore mouet atque
sempiterno motu, quod animo consequi nequit pri-
mum mouens aeternum esse, et mobile quod ab ipso
mouetur sempiterno perpetuoque motu non moueri
quod si moueat semper huiusmodi mobile quod nihil aliud
est nisi caeleste corpus quod immediate a primo mouente
aeterno mouetur, ergo in rerum ordine utique esset
corpus naturale quod semper mouetur cuiusque motum
perpetuum continuumque esse, caetera uero naturalia corpora
ab hoc non moueri semper, sed quandoque requiescunt
sicuti nec ullus alius motus a circulari perpetuus &c.

sed unuquodque proprium terminum habet et finem et hunc in modum proposite dubitationi ab Arist. satisfactum est.

Cum proposite dubitationi in Cont. 22. an s. aliqua reperiantur corpora que moveantur semper, et an detur aliquis particularis motus et continuus Arist. satisfecisset, statuissetque illud quidem adinveniri et aliquem extare motum qualis est motus in orbem celestis corporis qui perennis atque continuus est, ex eo quia à movente eterno et immobili ut ab effectrice causa efficiscitur. hac in parte rationem reddit cur est quod non omnia corpora naturalia semper moventur sed interdum moventur et interdum requiescunt. Causa inquit ea est, quoniam cetera corpora naturalia à celesti corpore non moventur à motore eterno, et omni ex parte immobili sed moventur à motore caduco et mobili ex accidenti quod si et ista inferiora et ipsa à motore immobili moverentur et ipsa non secus ac celeste corpus perenni perpetuoque motu moverentur, quod sane in Cont. 52. et 53. his verbis declarat. Manifestum ergo factum est ex dictis et quod in principio dubitabamus cur non omnia semper moventur alia vero moventur semper huius n. causa manifesta nunc est quod alia quidem ab immobili sempiternoque moventur quare et semper moventur. ut qua in parte nonnulla pro exacta huius rei explicatione expedienda sunt

quorum primum est quonam pacto primum mobile et celeste
corpus est in hoc 8 lib. Physic. consideremus. 2m est,
cum motus caelestis corporis aeternus sit et ab Arist. decretum
est quomodo sit aeternus an suapte Natura aut potius
ab altero sibi aeternitas suppeditetur. Quo ad 1m
spectat illud est animadvertendum Celeste corpus tribus mo-
dis considerari posse. 1o quidem ut est corpus semper
mobile et in ordine ad motorem aeternum a quo mo-
uetur. Alio modo secundum propriam ipsius naturam. 3o modo
in ordine ad ista inferiora quorum est causa. Si 1o
accipiatur modo celeste corpus in 8 lib. Physic. ab
Arist. consideratur, in uero eo libro ut semper mobile
est et a mouente immobili perpetuo mouetur ab
Arist. contemplatur; Si uero secundo modo spectetur
consideratur in lib. de Celo ubi ab Arist. scribitur
propria natura perpenditur put. q. est corpus simplex
diuersam habens Naturam ab Elementis, neque graue
neque leue ingenitum et incorruptibile, et tandem ab
omni mutatione uno excepto motu locali, liberum
et immune. Sed quando Celeste corpus horum inferiorum
causa est eatenus secundum hanc rationem est considerandum
opere precium erat, eatenus Phys. in 2 lib. de Ortu et

interitu celeste corpus consideravit in ordine
ad ista inferiora prout generationis et ortus horum
inferiorum auctor et principium est, quod sane fecit Arist.
primo de Ortu et interitu Cont. 14 dicens cum
de movente immobili dictum fuerit in lib. de motu
ut patet in lib. 8 physic. de movente semper
mobili quod est celeste corpus posterius inquit dicendum est
Sed cum celeste corpus ut ab Arist. decretum est
in orbe perpetuo moveatur, illud iure considerandum
occurrit an huiusmodi motus sit sua natura, vel ab alio
aeternus, Averr. maximus Arist. interpres ut legitur
apud ipsum in Metaphys. Cont. 41 huius fuit opi:
nionis quod celestis corporis motus sua natura corruptibilis
sit, sed aliunde ut patet ab intelligentia movente
aeternitatem nanciscatur quae sane opinio ab Arist.
sententia longissime dissentit quoniam ut memoriae proditum
primo Celi in textu fine contra Platonem possibile
ex se suaque natura corruptibile ab alio perpetuitatem
adipisci minime potest. Ratio autem est quoniam tunc possibile
et contingens impossibile fieret verum, quod tamen
a veritate abhorret sicut quod unum contrarium
in alterum naturam minime verti potest

Consequentia ex eo deducit quoniam si corruptibile fieret aeternum, cum id quod est corruptibile sit possibile et contingens ut quandoque non esse possit, si ab alio fieret aeternum, cum aeternum illud sit quod est impossibile aliter sese habere, hoc autem verum est, ergo si corruptibile fieret aeternum ab alio, contingens fieret verum et possibile caderet impossibile qua sane ratione eo 1° Celi usus est Arist. contra Platonem ad ostendendum mundum suapte natura corruptibilem non esse, ab alio vero sibi aeternitatem suppeditari ut Plato existimavit. Caeterum Averr. huic rationi satisfacere conatus est, dicens propositionem illam Arist. dicentem possibile esse se aliunde perpetuari non posse, in substantiis quidem veritatem habere et in hoc sensu eo libro ab Arist. contra Platonem allatam fuit, quoniam allata fuit ad probandum mundum ex se alioquin corruptibilem ab alio aeternitatem subire minime posse, mundus autem substantia est ut in accidentibus propositio illa veritatis locum non habet neque in accidentibus: voluit Arist. intelligendam esse, Cum autem motus accidens sit, [illegible] licet suapte natura corruptibilis sit, ab alio aeter,

nitate consequi potest. Sed hoc Auerr: solutio
doctrinae Arist. minime consentit quod ita ostendo
» nam pro Celi Cont: 118. habet Arist quod omne corru:
» ptibile quandoque uero corrumpetur quam propositionem
» declarans inquit propositionem istam in omni predicto
» a ritate habere, siue substantia sit, siue accidens
» igitur in accidentibus: corruptibile uero quandoque cor:
rumpetur, igitur accidens ab alio perpetuari
nequit. Cum autem motus accidens sit sua sponte
ingenio corruptibilis sit, igitur quandoque corrumpetur
igitur perpetuari ab alio minime potest quod etiam clare ad:
modum ex Arist: possum confirmari to Meth. Cont.
26. ubi distinctionem ponens accidentium inquit
accidentium quaedam rebus inesse per se. quaedam uero
ex accidenti, et declarans quod accidentia
per se rebus insint inquit, ut corruptibile et in
corruptibile, nam quaecunque est corruptibile est cor
ruptibile per se non autem ex accidenti. et similiter
quodque est incorruptibile, illud est incorruptibile
per se ex sui natura non autem ex accidenti, et
26. Arist: uerbis in utramque partem potest nil esse

incorruptibile ex accidenti atque ab alio. Si itaque motus celi aeternus et incorruptibilis non ab alio ut putavit quidam. sed suapte natura incorruptibilis et aeternus censeri debet. Statuendum est ergo motum celi aeternum quidem esse atque sua natura non autem ab alio aeternum fore. Sed advertendum quod duplici rei applicatione quod diversa ratione substantiae et accidentia suapte natura incorruptibilia esse dicuntur substantiae enim suapte natura incorruptibiles esse dicuntur quoniam carent materia ex qua componantur quae sit in potentia ad contrarium, et propterea intelligentiae suapte natura aeternae esse dicuntur quia materiam non habent ex qua componantur. Similiter celestia corpora suapte Natura aeterna dicuntur quoniam carent materia quae sit in potentia ad formam contrariam sicuti et contra illae substantiae intrinsecus suapte natura corruptibiles sunt, quae ex materia constant in potentia ad contrarium. At in accidentibus illa dicuntur suapte natura aeterna quae carent contrario, et subiectum habent aeternum cui inhaerent: Accidentia enim non habent materiam

ex qua componeretur sed intam in qua fuit
sicuti e contra accidentia illa sortita ꝑprioꝝ
natam corruptibilia sunt q contrarium habet
quoque subiecto inhaeret q corruptibile est.
Cum aut motus cęli careat contrario, q̄m mo:
tui circulari nil contrarium est ut ꝑ Cęli
Cont. 20 et infra docuit Arist. subiectum
quia et habeat aeternum, qa eius subiectum est
cęleste corpus q aeternum est ꝓpterea motus in
orbe cęlestis corporis suapte n̄ra incorruptibilis
aeternusq esse dicitur. Lectio 18
Cum hactenus Arist. ostendisset dari aliqua corpora q ꝑpetuo naturaliter
moveantur, et aliquem exstare motum qui unus numero existens
sit ꝑpetuus et continuus, modo in Cont. 54. investigare
aggreditur quis nam sit iste motus continuus et aeternus
q sane ꝓponit his verbis est vero et alia facto principio
considerandum quis nam est hic motus aliquis ꝑpetuus et
continuus, et q̄m idem est motus ꝑpetuus et primus, capp.
ingrediens ꝓponit quis sit motus primus, inquiens, Manife:
stum .n. est q si necesse est motum semper esse hic primus
est. ac proinde ꝑquirendum est quis sit hic motus primus.
Posita vero intentione et instituto progressum in explicare
aggreditur divisionem motus ad memoriam repetit

inquiens motum proprie dictum non habere saltari species, in motu secundum locum alteratione atque incrementum, cum si motus in sui amplitudine accipiatur, non 4 subiectas species distribuatur tribus iis iam dinumeratis speciebus motus, generationem & interitum adiciendo quae sunt mutationes secundum substantiam. qua allata divisione, ostendit generationem esse posteriorem alteratione & hanc posteriorem esse motu locali. Generatio quod alteratione posterior est. sequitur generatio absque alteratione fieri nequit, cum forma substantialis quae altera generatione acquiritur in materia haud suscipi possit nisi recte exculta & praeparata ut 2° de Anima Cont. 24. docuit Arist: his verbis Formae in subiecto non recipiunt suscipiunt nisi congruenter disposito. subiectum autem disponi non potest nisi per contrarii alteratione, itaque generatio alteratione posterior est, alteratio vero posterior est motu locali, quoniam nihil quod alterari potest nisi ab alterante, alterans vero in passum agere non potest, neque illud alterare nisi ei sit intimum proprinquumque sit; at passo appropinquari nequit nisi per motum localem, at ex eo igitur alteratio aquam liquido constat, neque sol aut hanc aut illam universi partem alterare potest nisi secundum locum moveatur, quo fit ut motus localis & alteratione & generatione prior sit pariter & motus localis incrementum praecedit, siquidem augmentatio citra nutritionis opem compleri non potest. Cum vero si corpus increscere debet prius ali nutririque debet, nutritio vero haud fieri potest nisi probe alimentum decoquatur.

R Excell Archang in 8 Physicis

decoquatur, q alimenti decoctio qdã ipsius ꝑparo
et alteratio est, at alimentum nequaquã decoq pt nisi in
ventrem ingeratur et degluttiatur, haud in stirpibus
radicibus et ex terra ad vniuersam arborem attrahatur
hoc aut absq motu locali fieri nequit. igr augmentatio
motum localem ꝑsupponit. quãobrem motus secdm locum
oim aliaru spẽru motus primus e, vt ab Arist. decernitur.
Sed cu motus secdm locum ijs prior sit, vnu vero altero
prius tribus modis esse possit. & tpe, et Natura,
& dignitate Capp ꝑhus ꝑbare instituit secdm hos
tres modos, motum secdm locum ceteris priorem
esse. Atq inprimis tpe priorem esse ita ostendit Alter.
um caduco et mortali tpe prius est, iam vero motus
localis aeternus e, ut paulo superius decretum fuit igr
motus localis tpe alios motus antecedit. Priorem vero
Na esse hac rõne ꝑsuadet, sumpta diffinitione pri.
oris. 5 Metaph. Cap. de priori q est prius illud esse
dr Na q sine alijs consistere pt, cetera vero absq
ipso neque consistere neq ꝑseruari possunt. Iam vero mo.
tus localis absq ceteris spẽbus motus consistere pt
ceteri vero absq ipso haud esse et seruari possunt
igr motus secdm locum ceteris Na prior est. minor ppo.
sitio q ad vtramq partem ita ꝑbatur et q ad primam
partem sit, In celesti cõpe reperitur motus localis

S Excellmi Archang in 8 Physi

absq ulla alia speciē motus cum coeleste corpus ab oī alia mutatione excepto motu secundum locum immune sit. ergo motus secundum locum absq aliis speciebus motus consistere potest. Aliis vero motus absq motu locali nequaquam consistere posse ita ostenditur. generatio alterationem supponit, alteratio vero vicinitatem alterantis ad alteratum, alterans autem cum subiecto appropinquari non valet nisi per motum localem. ergo generatio et alteratio absq motu locali expleri non possunt. similis ratione allata ex incremento persuaderi potest quod absq nutritione fieri nequit haec sine decoctione alimenti. Cum autem alimentum attrahi in ventrem debeat attractio autem motus localis est. ergo neque augmentatio absq motu locali absolui potest. quare cum motus localis absq ceteris servari possit ceteri vero sine ipso nequaquam tempore prior motus secundum locum. Nam prior existit. quod vero perfectione ceteris antecellat triplici ostendit argumento. Primum est generatione posteriora perfectiora dignioraque sunt: cuius ratio ea est quia natura ab imperfecto semper ad perfectum progreditur. ergo quae generatione posteriora sunt, perfectiora esse dicuntur. At vero motus secundum locum speciebus motus generatione ceteris posterior est siquidem animalia primus generantur alteranturque et adolescunt, tandem firmis membrorum robur

a lepsa e qualitate secundum locum moventi, ergo di-
gnitate motus localis prior est. 2a vero divisio est
Motus qui solum perfectis competit, perfectior censeri de-
bet eo qui indifferenter et imperfectis accomodatur
iam vero motus secundum locum corporibus iam perfectis solum com-
petit quia animalibus non convenit nisi cum perfecta adultaque
sunt: at ceteri motus et animalibus imperfectis competere
solent, nam vero animantia recenter nata et adolescunt
et alterantur quae tamen non moventur loco. Ultima vero ad
eandem Conclusionem divisio est, motus ille qui nihil ipsi-
sum abjicit a substantia rei, neque quantitate ulla, neque sub-
stantiae portionem perfectior est eo motu qui aliquid
a substantia abjicit aut removet, iam vero localis mo-
tus a rei substantia nihil prorsus abjicit, dum enim animal loco
movetur nec amittit aut secundum quantitatem aut secundum
substantiam deperdit. sed dum alteratur aliquam qualitatem
amittit, dum augetur, secundum quantitatem mutatur et
secundum substantiam transmutatur dum generatur et oritur
ergo motus secundum locum ut potest quod a rei substantia nihil
prorsus abjiciat dignitate prior existit. Ex quo
ab Aristotele concluditur inter ceteros motus
motum secundum locum primum esse ceterosque praeire
et tempore, et Natura et dignitate

Lectio 19.

Hactenus motum secundum locum inter ceteras species motus primum esse ab Arist. ostensum fuit. Verum quia motus secundum locum duplex est, alter quidem simplex et alter mixtus ut dicit Arist. 1 Celi Cont. 6. Simplex autem adhuc bipartito dividitur. alter enim rectus est qui recto itinere fit. alter vero Circularis. ideo ingrediendum erat quisnam motus secundum locum simplex primus esset. An rectus, aut circularis, aut ex utroque compositus. primoque Arist. ostendit motum rectum primum non esse, ad quod ostendendum persuadet ipsum aeternum esse non posse, nam si aeternus non erit profecto aeternus censeri non debet. Et quoniam motus rectus duplex esse potest. alter qui recto itinere solum fit. ut motus deorsum tantum vel sursum tantum. alter vero est motus rectus qui reflexus appellatur, ut cum aliquid a loco infero ad superum movetur locum atque statim a supero ad infimum locum revertitur. hic enim motus rectus est, sed cum reflexione factus. idcirco Philosophus ostendit motum rectum nec uno nec altero modo perpetuum esse, non enim primo modo, ut pote absque reflexione factus, et ratio ea est, motus qui inter oppositos contrariosque terminos fit, diversumque finem habet a principio aeternus esse non potest. quia cum finem habeat et terminum ad quem diversum a principio a quo incipit moveri finitus est et terminatus. iam vero motus rectus inter terminos contrarios fit ut a loco supero ad infimum, vel e contra. diversumque habet finem a suo principio, quoniam inferior superiorque locus qui termini sunt motus recti, inter se maxime distant. Igr.

motus rectus aeternus esse non potest, quia formae et rationes de-
sumpta ab effectrice causa compensari potest. nam motus
rectus a mortali caducoque movente proficiscitur, sicque de
a forma Elementorum quae aliorumque corruptibilium est, origi-
nem ducit, igitur motus rectus aeternus esse nequit. Con-
sequentia ex eo evidentiam habet, quoniam mortalis caducaque
causa, aeternum effectum producere non potest. Quod vero
motus rectus reflexus perpetuus esse non possit unus
numero ita persuadet quia specie diversa sunt continua
esse non possunt, non enim lapis ligno continuari potest,
iam vero motus reflexi inter se specie distinguuntur
quoniam cum motus reflexus fiat inter motum sursum et deor-
sum, motus sursum et deorsum inter se cum contrarii
sint specie distinguuntur, igitur duo motus reflexi con-
tinuari non possunt, quamobrem motus reflexus unus nu-
mero nec continuus neque aeternus esse potest. tametsi
motus reflexus aeternus esse possit secundum reiterationem
et saepe saepiusque repetitas vices, ut si terra ab infero
loco moveatur sursum & iterum revertatur et subinde
sursum moveatur, moxque deorsum ex quibus sursum moveatur
et ita in infinitum motus hic reflexus aeternus erit, sed
non unus numero neque continuus, sed plures erunt motus
in infinitum repetiti et reiterati —

Secto motum reflexum unum numero esse non posse ita persuadet, motus ille dicitur unus et continuus qui nulla prorsus quiete interceptus est, ut scriptum est in lib. 5 physic. a cont. 22. infra, at uero in motu reflexo cadit quies media, uel que sensu percipiatur uel que insensibilis est, nam si corpus ab hoc loco in alterum moueatur locum iterumque ad eum locum moueri
velit
incip unde moueri incepit, id profecto efficere non poterit sine quiete. iam uero, cum motus reflexus quiete interceptus est, igitur non est unus nec continuus ac proinde motus reflexus unus numero perpetuus esse non potest. Quod uero motus mixtus compositusue ex recto et circulari aeternus esse non possit ita persuadet, nullum compositum ex duabus partibus quarum una est aeterna et altera corruptibilis, aeternum esse potest. siquidem id quod aeternum est ex aeternis quoque partibus aeternis compositum esse debet, cuius rei illud testimonio est nam licet equus aut leo componatur ex materia quae aeterna est, et ex forma propria quae corruptibilis est, non tamen equus aeternus esse potest. iam uero motus mixtus ex recto et circulari compositus est, quorum alter est aeternus scilicet circularis, ut demonstratum fuit in 83 cont. huius libri rectus uero corruptibilis est, igitur motus mixtus ex recto et circulari aeternus

nus esse non potest, quo fit ut cum motus secundum locum
plene distribuatur in motum simplicem rectum, mixtum
et circulare, sequitur quod si neque rectus simplex, neque
mixtus, aeternus esse non potest quod motus ille quem statuit
Philosophus in Cont: 53 aeternum esse nullus alius esse possit
nisi motus circularis. Et hoc pacto illi Problemati
quod eo loci ab Arist. propositum fuit, dum quaerebatur quis
nam esset motus ille qui unus numero aeternus et
continuus est. statuitque fuit nullum aliud esse nisi
circulare motum, quod hac etiam possumus ratione confirmat
motus ille qui non fit e contrario in contrarium,
sed ab eodem in idem qui ne diversum fine non
habet a principio ~~principium~~ a quo incipit aeternus censeri debet
iam vero motus circularis secundum totum per ut .s. totum
circuit orbem non est de contrario in contrarium
sed ab eodem in idem, incipit enim ab oriente et ad
idem revertitur, coniungitque finem cum principio
incipit enim ab Oriente, et cum ad idem revertatur
ergo cum erit in fine erit etiam in principio, ita ut in
motu circulari idem sit principium ac finis. non aliter
ac in linea circulari: itaque motus circularis per
petuus atque unus numero et propterea perpetuus est atque
nulla quiete interceptus –

Cui addi alia ro[ne] pot ex parte ~~agentis~~ mouentis superius ab Arist. allatis Cont. 5a quod huiusmodi est motus qui ab aeterno mouente immobiliq[ue] promanat aeternus est, id uero motus circularis a motore aeterno et a Deo Opt. omniq[ue] ex parte immobili, tum per se tum ex accidenti, proficiscitur, ergo motus circularis aetherei coelestisq[ue] corporis aeternus est.

Ex quo Arist. infert motum circularem factum in semicirculo quod totum non impleat orbem et qui fit ab oriente in occidentem aeternus esse non posse nisi secundum reflexionem, ut pote quod ab oriente incipiat ad occidens, et ab occidente per eandem lineam ad oriens revertatur sed motus hic non est unus numero, sed plures et inter se differentes, solum itaque motus circularis qui totum circuit orbem coelestem unus numero perennis atque aeternus est. quo fit ut inter omnes alios motus motus circularis solum primus sit, quoniam aeternum respectu eorum quae caduca atque mortalia sunt primum est. Cum itaque motus circularis intra omnes alios solus aeternus sit, solum itaque omnium aliorum circularis motus primus erit ut inferius ab Arist. cumulatius declarabitur.

Lectio 2a

Inter motus species motum Circulare solum aeternum perpetuumque superius ab Arist: ostensum fuit. Ex qua Conclusione Arist. inferebat solum motum circulare aliorum omnium primum esse quod Arist: nonnullis rationibus persuadet quarum prima quae ponitur in Cont. 75. qui ita legitur quod autem lationum circularis prima sit rursus aut inquam prima ea est perfectum prius est imperfecto iam uero motus circularis perfectus est, quoniam sicut linea circularis super quam motus circularis efficitur perfectior est linea recta super quam efficitur motus rectus, ita motus circularis perfectior est motu recto, igitur motus circularis prior est motu recto, et ex consequenti prior est omnibus speciebus motus, et incremento, quae quidem species motus, motu locali posteriores sunt siquidem quod quidem est prius priore est et posterius posteriore. Cum igitur motus circularis sit prior motu locali recto quod ceteris speciebus motus prior est, igitur circularis motus omnium motuum primus est. Secunda rursus ea est, aeternum nedum tempore sed et dignitate primum est mortali et caduco, iam uero motus circularis ut antea statutum est, perpetuus est atque aeternus. motus uero rectus corruptibilis igitur motus circularis prior est motu recto. Ex quo similiter inferri debet, aliis quoque speciebus motus priorem esse ut antea illatum est. Ceterum propositio illa quod ab Arist: sumitur uera est aeternum ne dum tempore sed et dignitate corruptibili prius esse

Lectio 20.

considerãda ē, nam licet de prioritate temporis evidentiam habeat, de prioritate tamen praestantiae contra se difficultatẽ habet. Nam vero materia prima aeterna est, forma vero materialis particularis caduca et corruptibilis est, et tamen materia prima corruptibili forma dignitate prior non est, quod ex eo probatur, quoniam actus simpliciter potentia perfectior est, multo enim praestantius est id quod est actu, quam id quod potentia ē. Cum autem materia potentia sit forma vero sit ἐνδελέχεια et actus, igitur materia quamvis aeterna sit, corruptibili forma perfectior non ē ac proinde non recte ab Arist. dictum esse videtur, aeternum corruptibili dignitate prius esse. Cui obiectio ita est occurrendum. Arist. propositionẽ ita intelligendã esse quod aeternum prout aeternum est, praestantius dicitur esse eo quod corruptibile est, modo licet materia potentia sit ac proinde hac ratione multo sit imperfectior forma quae est actus tamen materia ea ratione qua aeterna ē, praestantior est forma qua corruptibilis. Potest et alio modo Arist. propositio comprehendi quod aeternum quod actu est, perfectione prius esse dicitur eo quod corruptibile ē, iam vero cum motus circularis actus sit, ~~tapp~~ cum sit aeternus praestantia prior esse dicitur motu recto qui corruptibilis est. Tertia ratio qua Arist. idipsum persuadet in

hoc consistit. Mensura prior est ipso mensurato
siquidem mensuratum et mensuratum est, mensuram ipsam
supponit. iam vero motus circularis mensura est, nedum
motus recti sed omnium aliorum motuum, qui fiunt in hoc
inferiore mundo, ut memoriis ab Arist. proditum. i Meteo
Cap. 1 his verbis Oportet mundum hunc inferiorem superio-
ribus lationibus continuum esse, ut omnis virtus huius mundi
inferioris inde regatur et gubernetur. itaque motus cir-
cularis veluti mensura a qua nedum metiuntur sed et
ceteri motus conservantur omnium aliorum motuum primus est.
Postrema ratio huiusmodi est Motus regularis, qui uniformis sibi
semper similis est a principio usque ad finem prior
est motu irregulari atque difformi: iam vero motus
Circularis regularis semperque uniformis est, sicuti et
intelligentia movens et celeste corpus quod movetur semper
uniformia sibique similia sunt, igitur motus circularis quovis
alio motu prior censeri debet. quam Conclusionem consensu
et Autoritate Empedoclis, Anaxagorae, et Democriti
Arist: confirmat in Cont. 77. Et quoniam motus localis
alter est simplex et alter mixtus. sicuti motus
circularis prior est motu simplici recto, ita etiam
prior est motu mixto. et ratio ea est, quoniam simplex
prius est eo quod mixtum et compositum est. itaque

motus circularis cum simplex sit, motui mixto ex recto e circulari statui debet. quamobrem cum quesitum fuit ab Arist: in Cont: 53. quisnam esset motus ille qui unus numero perpetuus esset & continuus, pariter e primus hoc in loco ab Arist: explicatum est, decretumque quod motus hic nullus alius est, nisi motus circularis qui aetherei caelestisque corporis proprius est. Sed quoniam motus hic circularis primus e aeternus a primo aeternoque movente dependet, nec ignorare oportet caussam e eius proprietates a qua effectus aliquis perficiatur, ea propter hic in Cont: 78. conditiones e proprietates moventis aeterni explicare instituit, an scilicet huiusmodi movens aeternum a quo motus circularis aeternus dependet sit materiae magnitudinique alligatus, sitque impartibilis atque indivisibilis quod sub his verbis nunc cito Cont: proponit quod autem hoc requirit movens aeternum necesse est sit impartibile esse, nullam magnitudinem habere aut ullam nunc dicamus. Hac autem de Movente aeterno Arist: explicaturus, tres primum arripit Hypotheses sibi ad hoc demonstrandum inservientes. Prima est quod movens finitum tempore infinito, movere minime potest. Altera Hypothesis est quod virtus infinita cum aeterna in ma-

gnitudine finita consistere nequit, ob eam sane causam quia inquit sequeretur quod infinita velocitate moueret ac proinde temporis momento, quod cum falsum sit motusque naturae aduersetur, igitur falsum est, uirtutem infinitam magnitudini finitae iugatam et copulatam esse. Tertia Hypothesis est uirtutem finitam in magnitudine infinita haud reperiri posse, ob eam sane causam, quia ut declaratum fuit 3 lib. Cap. de infinito, magnitudo infinita corporisque infinitum in rerum natura non reperitur. sed omne corpus omnisque magnitudo propriis terminis et finibus coercetur, quod si infinita moles non reperitur igitur uirtus finita in magnitudine infinita reperiri non potest.

Lectio XI.

Instituerat Aristoteles in Cont: 78 demonstrare primum mouens quod autor est circularis motus aeterni impartibile esse omnisque magnitudinis expers. cum autem tres illas Hypotheses sibi inseruientes accepisset. modo in Contex: 79. rationem format qua concludit. Primum mouens in magnitudine non reperiri ratio autem ea est, nulla uirtus infinita in magnitudine finita consistere potest. Primum mouens est uirtus et potentia infinita, igitur primum mouens in magnitudine consistere nequit. Ex qua Conclusione statim consequitur primum mouens impartibile indiuisibileque esse. siquidem quod in magnitudine non est, liberum est à materia & quantitate

itaq; indivisibile, proptereà est. cum motus una cum
quantitate divisibilitatis causa sit. Caeterum quoniam hoc
demonstratio satis perobscura est, eaque diligenter ex:
pendenda est, quoniam ex hac maximi momenti resolutio
pendet, ut postea de impartibilitate primi moventis
et quoniam tota difficultas ex maiore illa propositione pen:
det qua dicitur nulla virtus infinita in magnitudine con
sistere potest, ideirco danda opera est, ut haec recte ex:
plicetur. Dubitatio autem in hoc consistit, siquidem maior
ista haud intelligatur de potentia infinita in duratione.
hoc est de virtute aeterna quae duratione infinita appel:
latur, quoniam ad infinita saecula perdurat, sed intellig:
gitur de potentia infinita in vigore, huiusmodi autem
potentia vigore infinita illa est, quae perfinita non est
ad aliquam velocitatem, sed quacunque velocitate mo:
veat adhuc minore moveri potest, ut si spacio .24. hora:
rum moveat adhuc maiori velocitate minorique tempore
movere potest, ut exempli gratia Imperator infinitae virtutis
et vigoris esse diceretur si perfinitam potentiam non
haberet ad conducendam copiam exercituum, sed quo:
cunque militum numero congregato, adhuc maiorem
numerum et in infinitum producere posset: iam vero
si maior illa propositio de potentia infinita in duratione
vel duratione intelligatur profecto falsa esse videtur

quoniam virtus duratione infinita et aeterna, in materia et in magnitudine consistere potest. Enimuero caeleste corpus potentiam habet duratione infinitam, quia aeternum est, et tamen magnitudinem intamen habet, itaque virtus infinita in duratione in magnitudine esse potest. quamobrem propositio si in hoc sensu intelligatur satis ambigua esse uidetur. Si uero dicamus ipsam intelligi ab Arist. de potentia infinita in vigore, ea demonstrationi accomodari non potest quoniam falsus in minore propositione huius discursus inquit primus motor est potentia infinita, quod probat ex hoc argumento quia mouet tempore infinito: iam uero ex hoc quod mouet tempore infinito hoc est tempore perpetuo non deducitur esse infinitae virtutis aut uigoris, sed solum esse aeternum atque incorruptibile: nam si ex hoc quod mouet tempore perpetuo sequeretur esse infinitae virtutis tunc cum intelligentiae omnes citra Deum moueant etiam tempore sempiterno, igitur intelligentiae omnes essent infinitae uirtutis, quod quidem neque secundum ueritatem neque secundum Arist. dogmata dici potest. cum in confesso sit apud omnes esse finitae virtutis. Dubitatio autem solum sit de Deo opt°. an infinitae sit virtutis atque potentiae, cum itaque uel uno uel altero dicatur modo demonstratio Arist.;

instantiam habeat, ergo tota demonstratio redditur ambigua, qua ostendit primum movens in magnitudine non reperiri. usque adeo negotium fecit Averroi haec dubitatio, ut in Comment. 79 huius 8i lib. dixerit huius dubitationis solutionem non nisi summa cum diligentia longiorique tempore habitam esse. puto autem ego propositae dubitationi ita occurrendum esse, quod maior illa propositio dicens virtus infinita in magnitudine reperiri non potest, primaria intentione ab Aristotele non intelligatur de potentia infinita in virtute vel (ut aiunt) in vigore. sicuti ostensum est ex animadversione minoris propositionis sed propositio illa maior ab Aristotele intelligitur de potentia infinita in duratione, et de potentia aeterna, ut sit sensus Nulla potentia infinita, et nulla virtus seu forma movens aeterna in magnitudine esse potest. hoc est in materia ita reperiri non potest ut de materiae sinu educta sit, nam forma quidem et virtus movens aeterna per assistentiam in magnitudine et in materia reperiri potest, sicuti nauta per assistentiam inest navigio, nemo enim inficias ibit, quin Deus optimus primo mobili assideat, eique motum in orbem elargiatur ac proinde in magnitudine et in materia per assistentiam insit. sed fieri quod denegat

ut Deus optimus et quibus alia forma et virtus
aeterna in magnitudine et nulla quae informationem sit
hoc est ut materiam formet, et de materiae sinu traducatur
et id ea est, quoniam si dum in modum in magnitu-
dine esset perfecto esset corruptibilis quia omnibus for-
ma quae de materiae sinu traducitur mortalis et corru-
ptibilis est, quoniam vero virtus ista movens quae in ma-
gnitudine ponitur aeterna est, igitur nunquam corrumpetur
itaque corruptibilis erit quae ut in magnitudine est.
quae vero ponitur aeterna, nunquam corrumpetur, si
vero nunquam corrumpetur, igitur perpetuo resistet, re-
fragabiturque causis corrumpentibus ipsam, quoniam si
corruptibilis est et nunquam corrumpetur id certe
minime fieri poterit nisi quia vim habeat per-
petuo resistendi causis quae ipsam corrumpere possint
sed quoniam virtus quae perpetuo vim habet resistendi causis
corrumpentibus est infinitae vigoris, quoniam si finitae
virtutis esset, quandoque superaretur vinceretur que a
causis corrumpentibus. igitur quandoque corrumperetur
cum igitur nunquam a causis corrumpentibus labefactari
possit igitur erit infinitae virtutis. sed quoniam virtus
infinita hoc est quae infinitum habet agendi potentiam
temporis momento movere potest, itaque de primo ad

ultimum. si virtus infinita et aeterna, in materia magnitudineque consisteret, infinita velocitate, temporisque momento movere posset. cum aut id falsum sit, utique motui adversetur, quippe qui ut dictum est in 6. lib. successive fit tempore metitur, ergo falsum est id quod assumitur ut potentiam formam moventem aeternam in materia magnitudineque reperiri. non obstat instantia allata de celesti corpore, nam celeste corpus essentiam habet. quod ex materia constat, neque in hoc sensu propositio ab Arist. intelligitur. ut scilicet essentia seu substantia alicuius corporis aeterni materiam vel magnitudinem non habeat quia celum substantia quidem aeternum est quod tamen materiam et quantitatem habet sed propositio ita intelligitur. nulla potentia infinita id est nulla potentia activa quae nihil aliud est nisi forma movens aeterna, in magnitudine et in materia reperiri potest ita ut materiam formet et de materiae sinu traducatur per rationem assignatam.

Lectio 22a. Cum satis in lectione quinta aiadversa fuerit maior illa propositio demonstrationis Arist: statuitque fuerit, maiorem illam intelligi de potentia infinita in duratione vel aeterna et quoniam termini sicut accipiuntur in maiore ita accipi debet in minore. ergo cum dicitur in minori propositione primus motor est potentia infinita, intelligitur primum motorem infinitum esse

in duratione hoc est aeternum esse, quod ex probatione facile intelligi potest, qua probat primum motorem esse potentiae infinitae ex hoc quia tempore infinito movet. motus autem aeter-nus virtutem et potentiam arguit aeternam quae infinita in: duratione appellatur. Sed qua non levi contentione cer-tant scholastici. An primus motor praeterea quod est aeternus sit infinitae virtutis atque vigoris, propterea quae hac in re germana fuerit Arist. sententia breviter explicandum est. Latini Interpretes Arist. dogmata ad Christianam religionem trahere cupientes dixerunt, ut D. Thomas et Doctor subtilis primum motorem esse infinitae virtutis, ita ut quocumque voluerit possit velocitate movere, et licet 24 horarum spacio moveat, possit adhuc minori tempore movere. Ex altera parte Averr. censuit primum Motorem finitae virtutis ac vigoris esse, ut apud ipsum legitur in ultimo Cap. de substantia orbis vel de Natura Coeli et plerisque aliis in locis. in 2o lib. de Caelo. qua in re et meam sententiam afferam probabilior est Arist. con: sentanea magis sententia Averr: quam Latinorum quod ius duabus potissimum rationibus ex Arist. probari potest. Primo quod 2 lib. de Caelo. Cont. 35 ubi Arist: inquit quod si caelo adhaeret aliquid tum primus motor eum difficultate moveret

ex eo quod variaretur quodam pacto proportio [aliquo]

inter movens et mobile. iam vero si primus motor

ex Arist. sntia esset infinitae virtutis consecutio illa

nullius esset virtutis [momenti], quoniam etsi celo nec unum sed plura

adiicerent sydera, primus motor absque ullo labore

et defatigatione moveret, quoniam cum primus motor esset

infinitae virtutis, superaret excederetque resistentiamque

ipsius mobilis per additionem astrorum, quoniam virtus infini-

ta quam longissime superat et excedit mobile quod

[resistentiam] potentiam habet finitam. Si itaque Arist. consecutio fir-

ma esse debet dicendum est primum motorem finitae

esse virtutis atque potentiae, ac proinde si primum mobile

maius esset eique sidus adderetur cum labore moveret

Secundo hac ratione ostendit si primus motor esset infi-

nitae virtutis moveret in instanti, quod cum falsum sit

et non motui adversum, quoniam motus tempore metitur, ergo

falsum est id quod assumitur scilicet motorem primum esse infini-

tae virtutis. Consecutio [sic] ita deducitur virtus infi-

nita potest infinita velocitate movere, sed movere

infinita velocitate, est movere temporis momento,

ergo primus motor si infinitae esset virtutis temporis

momento moveret, ... Ceterum Latini interpreter

rone dar ex Arist. descendentes in Com. hoc
79. illi uario mō occurrere conati sunt, Primo qd
sic q tametsi primus motor sit infinitae virtutis nō
tn moueret in instanti, qm non mouet ex nāe
necessitate & in quantum pt. sed libere mouet
& in quantum vult, & proinde licet rone suę virtutis
infinitę mouere posset minori tpis interuallo quā
24 spatio horarum, tn quia ita vult, mouet veloci-
tate 24 horarum spatio. Sed hec rñsio ab Arist.
dogmate dissentit, qm sedm decreta Arist. Deus
Opt. mouet ex nā & necessitate hoc & licet
Deus Opt. per uoluntate agat et p cognitione
attn nēnō agit, ita q eius voluntas libera nō e
sicuti voluntas hois, non secus ac ignis nēnō age-
re dr et sicuti ignis agit in quantum pt. ita et
primus motor cum nēnō agat sedm oes suas vires
agit. et proinde si esset infinitis esset virtutis, infi-
nita moueret uelocitate tpisq momento ~~Capp~~
D. Thomas aliam excogitauit rñsionem dicens
q Deus Opt. tametsi infinitis sit virtutis propria
~~uxqi~~ ipsum nēnō agere non tn mouebit tpis

momento. q̃m non immediate primum mobile mouet sed media alia intelligentia, quæ veluti ministra est. quæ cum sit finitæ virtutis, finita quin etiam mouet velocitate et finito temporis internallo. Quod si primus motor immediate primo mobili moueret profecto rõ allata aliquem momentum haberet. Cæterum nec õfusio ista Arist: consentit, secundum Arist: in 12 Methaph. Cont. est numerum intelligentiarum inuestigabo ex numero orbium inquit. tot esse intelligentias quot sunt orbes. Ex qua Hippotesi illud colligitur cuicunque orbi propriam assidere intelligentiam, quod si primus motor media alia intelligentia primum orbem moueret, igitur primo mobili duæ assiderent intelligentiæ ut pote Deus opt. et altera quæ sibi ministra esset. est. igitur plures erunt intelligentiæ quam orbes. quod est Arist: aduersum, igitur et illud quod dicit D. Thomas Deum Opt: primum mobile immediate minime mouere. quocirca persistit argumentum in robore suo. inquit. si primus motor esset infinitæ virtutis temporis momento moueret. Ergo statuendum est secundum Arist dogmata, Deum Opt. sicuti et quibus alia

S. Excell.mi Archang in 8 Physic.

alia intelligentia finitam habere virtutem atque potentiam movendi quod declarans quaer: 2 Coeli
Com: 62. primo inquit quod omnes formae sive aeternae
sint sive materiae coniunctae in hoc conveniunt quod omnes
sint finitae virtutis, licet inter se postea differant
quo ad durationem, quoniam quae materiae coniuncta sunt, sunt
duratione finitae atque mortales. quae vero a materia solutae
sunt ut Deus et intelligentiae duratione sunt in-
finitae atque aeternae. Sed licet haec secundum Arist.
sententiam verissima sint, tamen secundum Christianam religionem
nostram absque ulla hesitatione dicendum est primum
motorem esse infinitae virtutis liberumque movere
et agere ceteras vero intelligentias finitam
habere virtutem ac potentiam movendi. Lectio 23.a

& ulta
8 Junij
A°. 1581.

Duo ab Arist. demonstranda in Com: 78 proposita fuerunt. quorum alter fuit primum movens omni magnitudine
et corporis mole expers esse. Alter vero ipsum impartibile
et penitus indivisibile esse. cum autem hactenus primo in
ordine proposito satisfecisset: nunc alterum quod ex primo
deducitur explicare instituit. Statuitque Primum Movens
esse omnino indivisibile, quod ex eo deducitur, nam cum
primum movens omnis magnitudinis expers sit, et ab omni
labe materiae solutum, igitur non dividitur neque extenditur

† Excell.mi Professoris in 8 Physic.

ad extensionem & divisionem corporis. Enimvero quanti-
tas una cum materia in causa est, ut formae quae in
materia sunt partes habeant dividanturque ad divisionem
subiecti. non secus ac albedo quae in superficie reperitur
divisa est ad divisionem superficiei subiecti in quo
est. et Arist. statuit Cap. de qualitate tanta est
albedo quanta est superficies. nam quantitas ut docuit
Arist. 5 Metaph. Cont. 18 divisibilitatis causa est,
& qua cuius substantia materialis pariter & accidens partes
habeat. Hinc apud Philosophos recepta est pervulgata illa
sententia. Omnis forma, quae de materiae gremio educi-
tur partes habet, extensaque est ad extensionem
subiecti cui inhaeret. quo fit, ut forma quae a materia
et a quantitate secreta est, impartibilis indivisibi-
lisque sit, ut potest quae careat causa divisibilitatis
quae quantitas est. cui in subiectum non competit neque
ei passio convenire potest. Cum itaque Primum movens a
materiae concretione liberum sit atque solutum, expersque
magnitudinis & quantitatis, igitur et ab omni divisione
liberum atque solutum esse debet. Hinc haec duo Theore-
mata inferri debent. Primum est quod divisibilitas proprie-
tas est solumque communis materialibus formis atque mortalibus.


reliquum vero est, quod indivisibilitas formis aeternis atque abstractis coire dicitur, propterea Arist. statuit primum movens quia aeternum est et a magnitudine separatum impartibile atque indivisibile esse, ita ut non sit totum in toto orbe et pars eius in parte orbis, sicuti sese habent materiales formae, ut anima vegetativa et sensitiva in animalibus ipsis. Vegetativa enim tota et diffusaque in toto corpore animantis et pars eius in parte corporis adinvenitur. declarans autem Philosophus cum primum Movens impartibile sit, in qua caeli parte resideat, inquit, primum movens potissimum illic residere ubi potissimum eius operatio conspicitur. et quoniam eius operatio maxime apparet in oriente propterea ea in parte primum movens residere dicitur quod ut probe intelligatur animadvertendum est, quod cum primum movens incorporeum sit purissimusque spiritus, locum non occupat neque loco circumscribitur, quia loco circumscribi solum rebus corporeis competit. sed primum movens et quaevis alia intelligentia adesse dicitur toti orbi atque ut Philosophi aiunt in loco esse dicitur secundum operationem hoc est quod ibi esse dicitur ubi operatur

quoniam uero in toto orbe suam operationem exer
cet, ideo in toto orbe secundum operationem esse dicitur
Verum quia eius operatio præcipue magis apparet
in una parte quam in alia, ut pote in oriente
magis, propterea philosophus inquit primum mouens potius
in ea parte adinueniri, siquidem ibi celerior
uidetur esse motus in orbem. Hoc Explicato
philosophus obiter in Cont. 84 Dubitationem mouet
de motu proiectorum hoc est a quo nam impellimo,
ueniunt dicentes ea quæ proiciuntur, ut cum sursum
impellitur lapis aut per aere impellitur sagitta
cuius propositæ Dubitationis caussa ea est, quoniam cum
dixisset ibi primum mouens residere ubi præcipue
magis conspicitur motus, hic autem cum celerior
esse uideatur in oriente ea in parte auctor mo-
tus esse dicitur, nam quo motus proximior est mouenti
celerior esse uidetur. hinc oritur dubitatio de motu
proiectorum a quo fiat, nam istarum quo uiciniora sunt
impellenti et proicienti eo celerius mouentur, quo
uero longius distant ab ipso reijciente, eo de-
bilius tardiusque mouentur. quæ nam autem sit hoc

mouens q̃ni non satis constat, ꝓptea dubitatione
hanc hoc in loco Arist. dissoluendam ꝓposuit cui
sanè occurrens inq̃t. q̃ proiecta à duobus mo-
uentib. moueri dicuntur & à ꝓijciente & à par-
te ipsius medij per quod mouentur. siuè illud
medium fuerit aër siuè aqua, à proijciente qd
remotè à parte vero ipsi⁹ medij proximè magis,
quod huno in mod efficitur. sagittam n. impellẽs
simul finitimam sibi et ꝓpinquam aëris parte mo-
uet, haec aut pars aëris mota, vna cum alia aë-
ris parte sagittam ulteri⁹ ꝓpellit, et ita successiuè
ab alijs partib. aëris sagitta ipsa impellitur quousq
debilior facta virtus mouentis desinit motus ipsi⁹
sagittae. quod Arist. in 2° de Anim. gnatione
exemplo gnantis illustrauit dicens. q̃ sicuti se
habet genitor à quo decidit semen ꝓ gnatione
filij. ita se habet ꝓijciens aut lapidem aut sa-
gittam, iam vero genitor inq̃t ita se habet. quod
semen ipsum ꝓduxit e in mulieris matricem eiatus
latu eiq virtutem impartitur, à qua in utero

parentib ex semine filius generatur. quę quidem
virtus in semine existens, agit in virtute genitoris ~~feminis~~
a quo semen ipsum eiectum est nec necesse est
inquit Arist. ut genitor ipsi semini semper presto
sit sed satis virtus a genitore semel impressa
ita inquit se se habet proiiciens in motu projectorum
proiiciens enim sibi proximam partem aëris movet
ipsique virtutem imprimit qua mediante sagittam
~~sagittam~~ ulterius impellit quousque proiicientis
virtus languidior reddatur, quo minus ulterius
sagittam impellere non possit. Qua dubitatione sic
obiter soluta. Philosophus in Cont. 86. qui ultimus est
huius 8i libri concludit quod demonstrandum instituerat
rat dicens. Determinatis autem his manifestum
est impossibile esse primum movens et mobile ali-
quam magnitudinem habere. insuper conspicuum
est impartibile indivisibileque esse. quam in parte
sicuti Arist. omnia quę adhuc pertractavit ad
primum movens, qui rerum omnium Effector est atque fi-
nis ad quem omnia reducuntur. ita primi mo-
ventis impartibilitate Octavum suo librum

tanquam fine sigillare voluit. In quo sanè libro
quot Theoremata præcipua ab Arist. explicata
sunt in qb: tota summa huius Octaui continet. quorum
Primum fuit Motum in gnē et in communi et
ante et retro æternum esse q in po Capite os
tensum fuit. Secdm Theorema illud fuit in rerum
Vniuersitate atque reperiri corpus q semp mouet
ac proinde aliquid exstare motum numero vnum
æternum ac sempiternum. q in 2a parte à Cont
21. ad cont. 53. vsq ostensum fuit. Tertium
Theorema fuit. Motum huius æternum & conti-
nuum nullum aliud esse nisi circulare motum q
ætherei corporis proprius est. quippe q inter cæ-
teros motus solus æternus est atque omnium pri-
mus, q à cont. 53. vsq ad 78 vsq Cont
declaratum fuit. Vltimum Theorema. fuit
Primum mouens q effector et principium huius
motus circularis æterni, ab omni mtis labe
et magnitudine solutum et ac ppterea omni ex
parte indiuisibile ac impartibile q Theorema
à Cont. 78 vsq ad finem ltim declaratum fuit.



Excellentissimi Doctoris Arcangeli Mercenarij de Calore Naturali tractatus.

Anno Domini M.D.LXXIX. Patauij publicè traditus.

Lectio Prima 7 Nouembris.

Cum secundum de Anima librum præcedenti anno interpretarer de Calore innato me uerba facturum pollicitus eram; q. temporis inopia adactus cum nō potuerim, nunc Dijs uolentib. conficiendum mihi promisi. Aggredior itaq. tractatum de calore innato. Cuius cognitio licet sit difficilis, tamen minime aspernenda cum Philosophis et Medicis maxime sit necessaria. A calore nam innato uiuentium omnes operationes dependent, in cuius optime temperato, vita sanitas, et in male disposito febres, varij morbi ac infirmitates, morsq. ipsa ad extremum consistere uidetur. Inde Hipp. uidens utilitatem illius tantam, in eo essentiam animæ ponere nō dubitauit. Quo factum est ut licet Gal. in alijs libris plurima uerba de eo fecerit, tamen et unum particularem librum scripserit. Neq. Arist. et posteriores tam medici quam Philosophi ab ea re fuerunt alieni, quinquam in explicanda illius natura plurimum insudauerint. Quare si vitæ sanitatis ac ualetudinis consequendæ, mortisq. febrium et aliorum morborum fugiendorum ratio habenda est caloris cognitione, cuius beneficio nostri uoti reddimur compotes, non minime nobis fugere debeat, in illiusq. natura cognoscenda plurimum immorari debemus. Ut igitur facilior cognitio nobis esse uideretur eius caloris, et ut tanto magis summa necessitas et utilitas illius pateat, illius totam naturam breuissimis aliquot lectionib. explicare constitui. Sed quoniam in re ardua et difficili, Methodo certa progredi oportet, ideo hac Methodo

progrediar

progrediar, et totam tractationem in 6 partes distribuam,
In prima parte dicam, quo nam pacto de calore innato nobis agendum sit hoc est Si tantum nobis de calore humano, an omnium viventium et plantarum tractandum sit. Quoniam vero hoc postulat doctrinae ordo, ut priusquam explicetur essentia rei explicetur, definitio Nominalis assignetur et adferatur quid nominis ut Latini volunt: ideo secundo loco adferam caloris definitionem, et declarabo quid sit ista vox Calor innatus. Quia vero post definitionem sequitur essentiae rei explicatio: ideo tertio loco naturam essentiamque illius explicabo et quaeram Utrum iste calor innatus sit essentia et natura omnium corporum animatorum: sitque causa omnium functionum corporearum nec ne: id est Utrum sit idem quod Anima et propter quam non refferiantur aliae essentiae operationum corporearum. In 4° loco posteaquam ostenderimus ipsum calorem non esse essentiam animae viventium ipsorum quaeremus utrum sit elementaris vel divinioris naturae. Et haec duo Problemata sunt quae nobis naturam istius caloris patefacient. Et quoniam iste calor innatus habet aliquod officium in corpore vivente ideo 5 loco agam de eius munere et usu. Ultimo tractabo de fonte caloris Utrum ut cor sit verus fons illius ut Galenus et Aristoteles voluit. In Summa haec tota tractatio in sex partes distribuetur.

In 1. ostendam quomodo de calore agendum sit nobis
In 2 quid nominis et definitionem illius adferam.
In 3 ostendam Utrum idem sit quod Anima vel instrumentum illius
In 4. Utrum sit Elementaris vel Divinus explicabo
In 5° Fontem illius aperiam vestigans. Utrum cor sit illius fons
In 6. De eius munere et usu tractationem habebo.

Prima pars. Quomodo de Calore sit nobis agendum

Quoad primam partem cum proponimus dicere de calore innato, non dicimus de calore solum humano sed dicimus de calore omnium viventium corporum Galenus et ceteri Medici

tractantes

tractantes de eo tantum dicunt de Calore humani
corporis, unde idem Gal. in lib. quem scripsit cont. Licum de
Calore innato, agit tantum de calore corporis humani dicens
Calidum innatum in pueris est semen et sanguis in adul:
tioribus sanguis tantum. Nec mirum quod tantum de Calore hu:
mani agant Medici, quia cum tantum circa corpus humanum
sese occupet, non autem circa corpora aliorum uiuentium, ideo
agentes de hoc calore, tantum de humano agunt. Philo:
sophi uero quia uersantur circa omnia uiuentia, non autem
circa humana tantum corpora, proinde tractant de calore ut est
communis omnibus uiuentibus et plantis. Sciendum autem est quod non est
idem dicere calidum innatum, et calor innatus, nam maxima
est inter haec duo differentia. Calidum enim innatum, ut Gal.
con. Licum testatur est corpus calidum, uel affectum corporis ca:
lido innato, uel calore innato, idest primum corpus quod in generatione
oritur, affectum calido et calidum. Calor uero in:
natus dicitur esse forma. Quod et docet in lib. Aphor. 15.
dicit enim ibi calidum esse subiectum cum forma, calore uero tan:
tum formam. Distinguuntur enim inter se Accidens in Concre:
to et Accidens in Abstracto. Accidens concretum subiectum
cum forma significat, Abstractum autem formam tantum. Non pro:
ximus itaque nos dicturos de calido innato idest de substantia
calida innata idest de primis uiuentis corporis partibus,
quae primo in generatione fiunt et augentur: primae enim partes
quae ex semine oriuntur in generatione affecto calore naturali
appellantur partes calidae innatae idest habentes calorem.
sed proponimus a nobis dicendum, de calore qui est forma existens
in partibus primis corporis uiuentis. Neque hoc praetermittendum
duxi quod dictum est ex Gal. in homine scilicet calidum innatum
dici sanguinem et semen. sano enim modo hoc intelligendum est.
nam non intelligit ille quod calidum innatum idest substantia calida

sit semen et

sit semen et sanguis, semen enim et sanguis non possunt
dici primas partes viventis corporis quae in generatione arguuntur
et quae appellantur calidae. Sed cum dicit sanguis et semen
sunt calidum innatum, ita intelligendum est, quasi velit dicere
substantiae quae fiunt et generantur ex hoc semine et ex hoc
sanguine appellantur calidum innatum. Nam quum primum
ex sanguine et semine debent generari caro et os, statim
corrumpitur forma sanguinis et seminis, quae cum sit relinquitur
forma illorum corrupta in ea confirmata, et post corru-
ptionem formae sanguinis et seminis, relinquitur substantia calida
ex hoc sanguine et semine orta, dico calida, id est affe-
cta calore naturali in generatione. Quare sanguis et se-
men non erunt calidum innatum, neque primae partes corporis
viventis, sed potius primordia generationis appellabuntur.
Accipimus igitur hic calorem non pro calido innato, sed pro
calore innato, quod nomen meretur formae.

Secunda pars De Diffinitione Caloris innati

Absoluta iam prima parte, et constituto quomodo de calo-
re nobis agendum sit. Sequitur ut consideremus quid significet ista
vox calor innatus. calor innatus significat calorem nobis insi-
tum nativum primogenitum, qui oritur post a principijs generationis
et qui generatur simul nobiscum. Dicitur innatus ad differentiam
caloris acquisiti, Nam Gal. 3 de Caus. puls: lib: Cap. 6.
declarans verba Hipp. Aphor. 25. dicit quod crescentia plurimum
habent calidi id est innati caloris. Nam duplex est calor
innatus et acquisitus. Innatus dicitur quod simul nobiscum
nascitur, acquisitus autem quod acquiritur ex stimulo, ut in
iuvenibus videre licet. Calor autem innatus a princi-
pijs generationis idem est, quod naturalis et proprius, quia calor innatus
in nobis est non exuberans et temperatus, et propterea naturalis
dicitur. et cum dicitur esse naturalis. dicitur nobis esse simul proprius

tanquam a natura

tanq̃ a nã datus. Sed licet innatus calor, n'alis et ꝓprius sint re unũ et realiter, tñ rõne differunt Innatus dr respectu gñ'tionis, n'alis respectu tempera: ment' q̃ commensuratus et cotemperatus de quo Gal. ita dixit, Calor innatus, q̃ ẽ a principijs gñ'tionis ẽ temperatus tepidus et blandus. persimilis aeri contento in cubiculo. Dr ꝓprius rõne subiecti determi: nati, q̃ licet in quolibet uiuente reperiat' calor n'alis tamẽ non in oĩb uiuentib idem calor ꝓprius. Calor n'alis humanus ẽ q̃ speciei humanæ competit ẽ ꝓprius tm̃ hominib. neq̃ n. equo neq leoni et alijs ui: uentib. ꝓter hoĩe competere pt. Vez licet sit ꝓprius omnib. hominib. comparãdo illũ ad reliqua bruta uiuentia, tñ singulos hoĩes inter se comparãdo, non erit ex equo uniuscuiusq̃ proprius, nã fit uniuscuiusq̃ ꝓprius rõne determinati subiecti, mõ subiecta alr ac alr disposita sint in singulis hominib. in alijs n. regnat humiditas in alijs caliditas. Neq̃ uero singulis hominib. nõ ẽ ꝓprius sed et singulis mẽbris, nã alius ẽ calor in osse alius in carne, cũ utriusq̃ uaria sit dispositio illud n. ẽ siccũ et frigidum, hoc humidũ et calidũ. Et ꝓpterea singulæ partes corpis hñt calorem cõne n'alem q̃ tñ ex equo nõ ẽ omnibus ꝓprius. Quod spectat Arist: 4 Meteor dt. Concoctio ẽ perfectio a calore n'ali et ꝓprio, q̃ n'ali q̃ temperato a ꝓprio cuiusq̃ indiuiduo. Circa hoc id aliud dt sciendũ ẽ, q̃ cũ proponitur agere de calore innato, tunc ista dictio calor innatus duob. modis sumitur 1° mõ uere et ꝓprie 2° improprie et fusiore quodã uocabulo. Proprie sumptus calor innatus ẽ ille q̃ ortus ẽ a principijs gñ'tionis

fusiore aut

fusiva aut vocabulo pro calore influente vel influ:
xo: et pro calore genito in corde et proficiscente a corde
per venas ad singulas corporis partes, hic calor pro:
pagatus dr innatus. sed latiore vocabulo hoc dicit
Gal. lib. de format. foetus. Ubi dix. dicimus calorem
innatum duplicem esse 1o q oritur a principiis gene:
rationis et sic reperitur in singulis membris, 2o q
proficiscitur a corde, et oritur ex nutrimento, et
propagatur ad oes partes corporis. Causam assignat quare
calor innatus ex nutrimento dr innatus cum est
acquisitus et dicit esse innatum, qa conservat calorem
innatum, a principiis generationis ortum. Cum itaqe
agimus de calore innato accipimus proprie calorem
qui est genitus ex principiis generationis

Tertia Pars. Utrum idem sit calor innatus quod Anima vel instrumentum illius

Cum post vocis explicationem et definitionem rei essentia ex:
plicanda sit in natura caloris, ideo explicabo nunc illius essen:
tiam et quaero. Utrum iste calor innatus sit essentia et natura
qe sit anima vel sit additum ad essentiam animatorum. Hipp. fuit eius
sententiae, esse eundem essentiam animatorum, oim viventium et plan:
tarum. et dix. ab eo proficisci vitam, et ad eius ablationem sequi mortem.
Gal. et 1o de vulgar. morb. cap. 1. et 1o Aphor. apho. 15. dicit
q nil aliud qcq de Hipp. sententia corpora nra efformat, adauget, nu:
trit qinos ad mortem propter ipsum calorem innatum. Quare calor
est anima viventium. Potest haec sententia Hipp. fulciri ratione, qa qd
non careat fundamento. Ro aut haec est, illud dr esse essen:
tiam et aiam, et principium cunctarum operationum corporis animati, quo sublato
corpus animatum aufertur, et quo variato, variantur oes animati
corporis operationes. Sed ut experientia ipsa demonstrat sublato
calore innato corrumpitur vivens, servato illo servatur, variato
variatur, nam remisso calore remittitur nutritio, si iste fue:
rit optimus, et nutritio erit optima. Igr calor est essentia

aiatorum

animator et princeps causa operationum. Hoc Aristo
duce Antiq. et testatur Alex: Aphrodi: in Paraphrasi de
Aiā cap: 10. dixerit calorē innatum esse animam, quo corde
sublato, functiones corpis animati auferantur. Et Hipps
q experientia id comprobavit, dare nam caloris fortasse uides
non cognouit aliam formam in viuente corpe pter calorem.
Arist: et in 2 de gnat. Aial: cap. 3. hoc idem sensit in quo
In semine continetur aliquid, quod facit ut fecunda sit semina.
hocq. qd in semine clauditur calor appellatur, quod non est ignis
sed spus, qui in spumoso corpore vel semine continetur.
Aristl: virtute Dei inclusa in semine appellat calorē, spum
naturam, Ergo est ex Arist: calor iste de nā, et essen:
tia corporum animator. Hoc et sensit Gal: licet videatur
esse dubius, nā in 8 de Placitis Platonis dt. Calor
innatus aut est aīa, aut immediatum aīe instrumentum tn
postq se se declinat ad Hipp. sniam. Sntia Hipp. nō placet
Arist., q pter calorē innatum, ponit superiorē formam corpum
animator q est cā oīm functionum corporearum. Nam duplici
siue triplici Aristo pbat calorē nō esse Aīam, sed tm aīe
instrumentum. Et pō hoc pbat 2o de Aīa tex: 14. ubi utitur
hoc pō fundamento. Viuentia oīa nutriuntur, crescunt
et agunt sm contrarias partes, sursum, deorsum, dextrorsum
sinistrorsum, ante et post. Ergo nutritio non fit à calore
sed ~~ab anima~~ à virtute superiore quā calor. Considero
rōnem dantem q in hoc principio fundatur. Oīs motus et actio
q fit sm contraria loca fit ab Aīa, fit à virtute supra ca:
lorem. Nutritio et Augmentatio fiunt sm contraria loca
Ergo non fiunt à calore sed ab anima. Maior pbatur
sic ex rei nā, qa hoc est discrimē inter Aīam et formam
quę nō est aīa. Anima n. nō est determinata ad unum locum
sed agit sm omnes differentias loci, formę aut Elementor
determinata

determinatae sunt ad vnam differentiam loci, forma n. ignis non movetur nisi sursum, terra non movetur nisi deorsum in qua gravis est, sic de aqua et aere dicendum. Huius etiam dixit sunt Gal: in lib: de rigore et palpit: ubi quaerens, qui fiat quod calidum innatum movetur ab intimis corporis partibus ad externas, et e contra, et nunquam requiescat. Et causa huius rei est, quia calidum innatum est causa levitatis et ratione illius movetur sursum tantum, quantum aut revocatur a superiore ad inferiorem partem quod est contrarium naturam, tunc ille calor non movetur deorsum quatenus est calor, sed quatenus est contemperatus frigiditati, frigiditatis n. munus est deorsum tendere. Ut igitur Arist: ratione in unum colligamus, dixit est ille hoc Aristo probare, Calorem innatum non esse Animam. Actio et omnis motus qui fit secundum contraria loca non est a calore, quod determinatus est ad unam differentiam loci. Sed nutritio et Augmentatio fiunt secundum contraria loca, ergo non emanant a calore, sed a forma superiore videlicet ab Anima. Alias rationes duas sequenti lectione explicabimus.

Secunda Lectio Octaua Nouembris

Calorem innatum Animam non esse corporis animati, superiori lectione una ratione probavi, nunc idipsum confirmo ex alio Arist fundamento 2 de Anima tex: 41. ubi Arist. reiiciens priscorum sententiam, qui putarunt essentiam animae in calore innato positam esse hac utitur ratione. Calor ignis apposito combustibili corpore augetur in infinitum, animantia corpora non crescunt nec augentur in infinitum, sed habent terminum magnitudinis et incrementi, igitur inventia corpora non aluntur, nec augentur a calore ignis tanquam a primaria causa sed ab anima, ergo calor innatus non est anima. Si n. esset anima iste calor tunc apposito nutrimento augeret in infinitum, et ita animantia terminum magnitudinis non haberet. Verum aliquis eorum qui forsasse vellet defendere Hippo: respondet huic rationi Arist. inquiens, quod nullam habet efficaciam, nam Arist: ratio videtur

concludere

concludere de calore ignis elementali, q consistit in temperamento, et consurgit ex mixtione Elementorum Hipp. aut loqt no de calore ignis sed de calore innato q no e elementaris sed divinus et celestis. Et hunc calore Hipp. vult esse aiam quae postea insequitur calor elementaris. Et proinde dissensus Arist: nullus est. Quo pacto doctiss: Fernel. in lib. sua Patholog. in tractatu de Calore innato voluit videre huic rom, ego sane nescio, ubi dt Calore innatum sem Hipp.m esse divinum et hunc esse aiam no aut Elementare, ut Arist: voluit. Ista n. vsiosi p Hipp.te afferatt nulla e siqd Hipp. 1o et 6o lib. de morb. vulg. cap 1o voluit calore innatum esse calore Elementarem. Nam na e essentia caloris innati est temperamentum, q declaravit Gal. lib. 3. de Temperame: Cap 4. ubi inqt q na e essentia, quae humanum corpus adauget et format e calor innatus, q temperamentum e, temperamentum aut resultat ex mixtione Elemetoz. Sed qm huius temperamenti efficaciss.a e qualitas calor, tanq q ceteris aliis qualitatibus p dominatur, determinatioq semper fiat a superiori: ideo co: temperamentum humani cpis et alior viventium appellatur calor innatus. Unde patet voluisse Hipp.m et Gal.m calore innatum esse calore Elementare. Ergo cu Arist: coclu(dit) calorem igneum no esse aiam, con Hipp.m et Gal.m coclud(it). Vex licet ita res se habeat, tn ro Arist: apud me est dubia et suspecta, et nulla pene contra Hipp.m q an: tequa explicavero adfero propones huiz roms. Aristoteles accepit has duas ppones. Maior e Calor ignis apposito combustibili crescit in infinitum. Minor e Animantia natura constantia no augentur in infinitum, Ergo hoc augmentum non promanat a calore tanq a primaria causa alioqn ista aiantia crescerent in infinitum, Sed hoc

augmentum

augmentum promanat ab anima, calor igr non est a aia
Maior propositio pt habere duplicem sensum. Primus est
q calor ignis appositi combustibili crescat in infinitum, ita ut
ignis et illud q augetur ab igne progrediatur in infinitum
nec habeat terminum magnitudinis. Secundus sensus
est q calor ignis appositi combustibili crescat in infini:
tum et respective in tam vastam mollem, ut ista molles
respectu corporis animati sit infinita. Istorum duorum sensuum
prior est falsus, qa ait Arist: 1 phis: cont: 37 habet
corpora naturalia habent terminatam magnitudinem
secundum maximum et minimum; si hoc est, Ergo ignis qui
numeratur inter corpora naturalia habet determinatam mollem
Ergo non pt augeri in infinitum. Secundo comprobatur pri:
mum sensum falsum esse ex ipso Arist, q 2 de generatione
tex: 35 ait iri ad Augmentum est ire ad formam, nam
augmentatio non secundum materiam fit, sed secundum formam, materia
enim recedit nec manet. Si Augmentatio fit secundum formam
forma aut est causa terminationis quae terminatam quantita-
tem requirit, ut Arist: 3 phisi: 60 tex: testatur. Ergo
homo et omnia corpora naturalia q formam habent naturalem et habet
determinatam quantitatem, ignis calor est corpus naturale
Ergo habet determinatam quantitatem; si hoc est non
poterit dici infinitus. Intelligitur igr propositio in 2o
sensu quod crescit corpus in tam vastam mollem, ut ista mol-
les comparata animatis corporibus videatur esse infinita.
Et hic est sensus Arist. Calor ignis appositus combustibili
crescit in infinitum quod in maximam mollem, q infinitati
similis esse videtur. Sic intellecta maiore ro non
concludit contra Hipp.um nam cum ait Arist: Calor ignis crescit
in mollem infinitam, neque est hoc de calore, ut igne reperitur
modo caloris ignis existens in corpore animato est remissus
temperatus, nam in vita continue remittitur, licet in ado-
lescentibus crescat et augeatur. Cum igr calor in iuventibus

sit remissus

sit remissus. ergo adauget corpus in mediocre quan-
titate, non in maximam mollem. Concludit igr rō hec
tantu hoc q calor igneus excedens intensus adauget in
infinitu, et in maximam mollem. Ergo hoc nez e dice-
re de calore, ut e in igne nō aut ut est in cpe aiato
propterea ego dubito de rōne Arist. Proinde Arist.
in tex: 50 2 de Aia, alia rōne utitur ad probandum
istum calore non esse aiam, et inqt in corpore uiuete
reperiuntur quor qualitates contrariae frigidu caliduz
humidum et siccu, sed si pter calore non reperitur in
cpe aia, sed tm hae qualitates, sequetur elemeta distrahi
in uiuente cpe, et peti sua loca ppria. Cum aut elemeta
4 contineantur, unita in cpe uiuente q petut sua loca
ppria, ergo pter 4 elemeta et pter calore innatum
reperitur aia, q continet haec elemeta simul unita, aliogn
grauia tenderent deorsu leuia sursu sua sponte et ita
dissiparentur. Quare concludamus in uiuente cpe reperiri
uirtute superiore uest animam. q hec Elemeta cotinet.
Sed cont hac nram determinatione posset aliqs obijcere
dicens. Tu dicis in uiuente corpore, nullam aliam esse
uirtute, q contineat Elemeta pter aiam. hoc aut uidr
esse dubiu, qa pt continere haec ra Elemeta forma
mixti uel forma elemeti, q si esse pt. Ergo no simplr
aiae haec uirtus adscribenda e. Auerr. et Simpl. satis
faciunt huic dubitationi et dicunt neq formam mixti, neq
formam Elemeti posse continere elementa pter aiam ipsam.
Non elemeti qa si hoc erit tum forma elemeti uel erit
grauis, uel leuis. Si leuis tunc no detinebit elemeta
grauia, si grauis no continebit leuia, facile n. leue uo-
labit ad suu locu ppriu, neq et leue poterit cotinere
elementu graue, cu sua na facile feratur ad centrum.

Ergo hoc continens

Ergo hoc continens non pt esse forma elementi non mixti, q forma mixti determinatur ad unu differ loci uel sursum uel deorsu rone Elementi pdominantis ut dt Arist. 1o celi tex: 7. igr si huiusmodi continens erit forma mixti tunc mouebit uel sursu uel deorsu rone pdominantis elementi. Si fuerit grauis mouebit deorsum. si leuis sursum. Ergo erit distractio elemta Anima igr est sola quae continet hoc Elementa. Haec sunt tria fundamenta, qbs Arist: pbat contra Hipp. Calorem non esse aiam et essentiam corporum aiatorum sed esse instrumentum tantum additum aie p exercendis opationibus illius. Hoc habet Com. 41. 2 de aia. Calor igitur no e aia sed illius instrum. Et 2 de partib. Aial cap. 7 ubi agit de cerebro dt. importune putat illi, q dicunt calore innatum esse aiam, cu tn sit instrumentum p opationibus illius administrandis. Et si qs calore dicat anima perinde e ac si dicat malleu et serram esse fabru qui nesciunt illi q d sit tribuendum instrumento et qd efficientis. Sed offert sese dubiu aduersus hoc. Nam de snia Arist. statuimus e calore innatu esse instrumentum aie, istis aut Arist. 2 de partib. Aial: cap. 1o dixit Quod calor et alie qualitates in gnatione uiuentium concurrunt ut mta. Sed unu et id non pt esse instrumentum opandi et mta, nam mta et efficiens non coincidunt in unu, efficientis e agere, materie pati, si igr idem et unu esse no pt mta et instrumentum, ergo calor no pt dici instrumentum, si dr mta, uel si dr instrumentum, non pt dici mta amplius. Dissoluitur hoc facile Nam calor innatus et ceterae qualitates, licet pcipue calor concurrit in gnatione uiuentium. ut instrum erunt mta. Quod concurrat ut mta pbatur, qa forma no pt in mtam introduci, nisi congruenter fuerit disposita. Nam 2 de Aia

tex. 24.

tex: 24 dt Arist: Actus activorum recipitur in materia
bene disposita, hac autem dispositio fit per qualitates et
calorem. Et in lib: de morte et vigilia dt Generatio
viventium est participatio animae a calido naturali. Respondeo
hoc, per calidum naturale, aut intelligit qualitatem, aut materiam
dispositam atque affectam calore et qualitate. Nostri in
1. part: Aphorismorum apud Galenum Calidum duobus modis sumi
pro calore et pro ~~calido~~ subiecto calido. Jam vero dici non
potest quod Arist: per calidum intelligat calorem, quia anima non
est forma ipsius accidentis, nam est perfectio corporis naturalis,
ergo accipit calorem pro subiecto calido quod est pro materia dispo:
sita et affecta qualitatibus. Ergo calor naturalis cum sit dispo:
sitio materiae pro introductione animae concurrit ut materia.
Quia ut Themist: 3 de anima tex: 36 et Aver: in eodem
loco dt Natura utitur semper imperfectiori ut loco materiae
Quam sententiam sequitur, dt in Peraphrasi Messays cap. 1.
cum dt Vegetativa est quasi materia sensitivae animae, non quod sit re
vera materia, sed dicitur materia, quatenus disponit materiam pro
introductione sensitivae, quae dt sensitiva disponit materiam
pro introductione intellectivae. non autem putandum est, diversis
temporibus tres animas advenire homini, uno namque tempore infunditur anima
intellectiva, quae tres inferiores sub se continet, sed hoc tamen intel-
ligendum est de operationibus illarum, nam vegetativa disponit instru-
menta quibus operari possit sensitiva. et ideo cum prius operari
incipiat Vegetativa quam sensitiva et hac quam intellectiva, di-
cuntur una pro alterius introductione materiam disponere. Unde sciendum
omnem comparationem materiae se habere ut materiam, et omnia quae se tenent ex
parte materiae, se habere ut materiam, Itaque calor innatus concurrit
ut materia et facit adunationem animae cum corpore, cum pro eadem intro-
ducenda disponat materiam. Et quamvis anima non solum vult uniri corpori

sed vult

sed vult conservari, conservari aut non pot in corpe nisi p dispositiones, tamdiu n. reperitur in corpe, quamdiu e debita mensura calidi, igr calor q disponit mtam, ad conservatione aie in corpe confert. Cum aut aia introducta in mta vult operari (tunc n. e perfectu e cu in oper versatur dis n. forma absq operone imperfecta e) no pot aut opari, nisi mediante calore innato tamq instrumeto, ideo calore concurrit ut instrum agendi et operandi ut dicit Arist: 2 de aia 41. Concurrit igr calor ut et mta ut e instrum. ut mta quatenus e dispositio pro introductione formae, ut instrumentu quatenus inservit operationib. Quod pulcherrime declarat Arist: in lib. de respirone inquens, differt na et ars in usu caloris. Ars utitur calore ut instro no ut mta, nam faber volens facere gladiu, utitur calore tamq instro agendi ad molliendu ferru. Sed aut na, qa utitur calore tamq mta et tamq instro. Unde scitis calore innatu 2 modis posse considerari 1. respectu formae generandae 2 respectu formae genitae et respectu opationu. Si 1o mo concurrit ut mta, si 2o mo ut instrumetu. Ad Auctoritatem Arist: agens et mta non coincidunt, dicamus e, id de vera mta tantu intelligi, mo calor innatus ex sua na e agens, similitudinarie aut sortitur nomen mtae. Veru occurrit hic adhuc unu considerone dignu. vzt si calor innatus concurrit ut instrum aie, cur na illu fecit, ut calor iste adhiberetur ad exercendis opationib. illis vzt nutritione, augmentatione, et gnatione, qd in ca e q aia non potuit exercere has operones sine calore. Scimus q ca huius necessitatis ex eo habetur qa aia ipsa ut habet Arist: 2 de partib. Aialis cap. 6 hoc officia habet vzt, ut nutriat generet et incrementu faciat non pot aut nutrire q convertere nutrimentu in substam carnis 7 carne gnare nisi pcedente alteratione. Neque n. pot

nutrire

nutrire, nisi concoquat nutrimentum, quae concoctio nil aliud est nisi alteratio nutrimenti, igitur anima si debet nutrire augere et generare, prius ut nutrimentum alterat operetur: cum est. Cum autem omnis operatio fiat inter contraria requirit n. ibi agens et patiens, non agens et contrarium patienti ut testatur Arist. 1° de Ortu et interitu cap. de Actione et passione tex 55. simile n. non agit in simile. Ergo anima si debet nutrire augere et generare debet concoquere non facit hoc nisi alteretur quae alteratio debet esse inter contraria igitur et anima debet esse contraria nutrimento quod alterat, cum quod illa sit agens hoc patiens. Sed anima non est contraria nutrimento quod alterat, substantia n. substantiae non est contraria ergo non potest immediate anima alterare nutrimentum. Ideirco opus erat ut anima haberet instrumentum per quod haberet contrarium. Causa necessitatis huius 1 de sensu et sensato partic. 40. assignatur ab Arist. cum quaerit quare ignis ut ignis ut est substantia non agit, et tandem, quia omnis actio est ratione contrarij, ignis autem ut ignis non habet contrarium, Ergo et non agit ut ignis sed ut calidus. Calor n. habet contrarium uz frigiditatem. Sic nos dicimus quod anima non habet contrarium Ergo non potest alterare nutrimentum, ergo habet medium calorem quo mediante agit. Haec igitur fuit causa quare calor naturalis adhibeatur animae ut instrumentum. Quare totam hanc lectionem perstringamus 3. theorematibus. primum est calor innatus non est anima sed illius instrumentum. 2. calor innatus concurrit ut materia et ut instrumentum 3. est de causa necessitatis caloris innati, quia anima non potuit agere in nutrimentum, tamquam quod substantiae non sortitur sicut est illa, nihil autem agit nisi in contrarium, Ergo calor erit tamquam medium et instrumentum illius, quo mediante anima nutritionem et alias operationes suas absolvit.

Tertia Lectio

Tertia Lectio. Decima Novembris.

Duę pro Hyppocrate sntia ad pbandum calore innatum aiam esse
in Externa lectione allatę fuerunt rones. Quarum prima hui
erat. Illud ad cuius ablationem aufertur, et positione ponitur
et variatione variatur effectus dr esse pa causa illius, sed
ad ablatione caloris innati auferuntur et variantur opera:
tiones corpis aiati, Igr calor innatus e prima causa opera:
tionum aiati corpis, et per consequens iste calor est anima.
Huic roni 2 de part: aial: cap. 7 rndet Arist, sed eo exiis
uerbis, ita ut vix eius solutio intelligi possit. Dicit n. ibi
Arbitrari calore innatum aiam esse perinde e quasi dicamus
serra uel malleum aiam esse. Arbitrari aut inqt Arist,
aliqs poterit, ob id aiam esse calore, qa dn opetones a ca:
lore pdent, et sine eo no operentur, q absurdu e. Ubi solu:
tio Arist: e consistuta in hoc q non ualet ista Consequentia
Opeones viuentis corpis, nutritio et augmetatio, et gnatio
fiunt a calore innato. Ergo calor e aia: Et illa q no valet
hec sicuti et non ualebit dicere, Scamnum et gladius fiunt
a malleo et serra ~~ea pinde et~~ Ergo sunt principes causę
gladius malleus et serra, et pinde et non posse ob
id dici calore aiam esse, Alexan. Aphrod. in Paraphrasi
de Aia Cap. 10 accipit hanc solutione dices Prisci Philosophi
putarunt calore innatum aiam esse, qa nutritione au:
gmetatione et gnatione ab eo pfici viderunt. Ut aut
solutio clarior fiat maior limitanda e et sic intelligenda
Illud ad cuius ablatione tollitur et variatur effectus
po per se et principaliter, illud e principium et ca opationum
aiati corpis. Sic intellecta maiore minor e falsa, nam
ad sublatione caloris, no po et principaliter auferuntur hee
opeones. Cum n. corrumpitur Compositum, corrumpitur po
et per se.

est per se ad corruptionem animae non caloris, nam hoc fit ex accidenti quatenus ipsius corruptione non potest servari anima in corpore. Quae res et haec solutio sumpto ab arte exemplo illustrari potest, nam rei evidentia ostendit, quod ad variationem serrae variatur effectus fabri lignarii. Si enim serra qua utitur faber lignarius ut instrumento ad molliendum scamnum obtusiores habeat dentes, faber lignarius male mollitur scamnum: si vero acutiores habeat dentes, conficit negotium ex sua sententia, variatur itaque effectus ad variationem serrae, sed non per se et principaliter, sed tamen instrumentarie. Unde Regula est. Si aliquae operationes mediante aliquo instrumento, promanant ab agente, eaedemque variantur, tunc illa variatio fit ratione instrumenti, non ratione agentis et principii. Quae regula ex superiori exemplo et ex hoc patet. Anima est principium a quo promanant operationes, nutrire, augere, et generare mediante caloris instrumento. Si hae operationes aliquando variantur non ob varietatem animae hoc accidit, quia nunquam remittitur anima, nam substantia non suscipit magis nec minus. semper manet eadem. sed variantur hae operationes ratione instrumenti caloris, nam si calor fuerit remissus, ut in morbis evenire solet, anima remisse agit, quia instrumentum videlicet calor remissum est. Et ideo istae operationes corporis animati auferuntur ad ablationem caloris, sed non per se sed instrumentaliter. principaliter vero auferuntur ad ablationem animae. Secunda ratio erat ex Arist. 2 de Anim. Cap. 3. ubi dicit In semine reperitur aliquid, quod foecunda facit semina, et hoc vocatur quod calor qui spiritus est, et natura quae in hoc semine reperitur, quae non est ignis sed proportione respondens elemento stellarum. Unde cum appellat calorem esse spiritum et naturam, natura autem est essentia rei.

rei et primum principium motus. Ergo si calor calor est
nãa, est essentia corporis ãiati. Ut intelligantur ista
verba Arist. sunt explicãda. Appellat Arist. calorem
in semine spũm et nãm, unde sciendum est q. de sñia Arist,
idem est calor nãlis et spiritus realiter, rõne tñ differunt
Calor n. innatus quatenus nutrit conservat et sibi simile gñat,
appellatur calor innatus et nãlis: quatenus aut permeat
totam seminis massam, et ex ea efformat oẽs partes
viventis cpis, appellatur iste calor spũs q.a permeans est
Et ideo 2o de gñatione .22 ab Arist. ob eandem rõnem
ventus et aer noĩe spũs appellantur, q.a ut aer permeans
est sic spũs et ventus. Iste aut spũs a Gal.o appellatur corpus
non qualitas, quia 6 de usu partium spũs ita definitur.
Spũs est exhalatio vel vapor, q. ex benigno et tenui con
surgit sanguine, et innascitur, Jam vero exhalatio et
vapor est corpus, vapor n. ille q. ex terra madefacta
a sole in supremum tollitur est corpus. Sed notandum q. cum
dt. Gal. Spũs est substã vaporosa orta ex tenui sanguine,
loquitur nõ de spiritu innato, q. est ortus a nativitate ex se:
mine et a principiis gñationis, et est pars cpis similaris
sed loquitur de spũ influente, q. est substã vaporosa orta
ex sanguine in corde, et dissipata per totum corpus. Quod
si igr sumatur spiritus pro calore innato, tunc ille calor
innatus est a principiis gñationis, Unde sciendum duplicem
esse spũm innatum et influentem. Cæterum licet sm Galenum
spũs non sit unus tantum sed triplex videlicet Nãlis, vitalis
et anĩalis. Nãlis oritur ex sanguine tenuiori, et
inservit nutritivae animae, vitalis consurgit ex spũ
naturali et inservit nãli. Anĩalis originem ducit a vitali

et inservit

et inseruit sensitivae animae: tn̄ de s̄ntia Arist. nō dāt̄
haec multiplicitas sp̄ūm, sed vnus tm̄ calor n̄ālis est, et
vnus sp̄ūs. Istarū duarū Opinionū, ut vera fatear Arist:
ē probabilior quā Gal. Nam sicuti de s̄ntia Medicorū
vnus calor n̄ālis innatus inseruit sensitivae et nutritivae
ad earū operōnes exequendas: ita et eadē rōne, vnus
sp̄ūs inseruit dictis potentijs. Et si nō sit vnus sp̄ūs inser:
uire dictis operōnib. tunc p̄ diuersitate operōnum ā̄iae
dari oportet plures n̄āles calores. Cum aūt non op̄ꝫ
ē dari plures n̄āles calores innatos, ergō et sp̄ūs nō
debent plures dari. Si ergō vnus calor ē n̄ālis vnus et
erit sp̄ūs. Itaqꝫ cum Arist: dt In semine reponitur
calor spiritus et natura, sciendū ē q̄ ista uerba du:
plicem sensum habere possunt. Pr̄o qa calor innatus
est Anima est natura, sed non formatr, qa calor inclu:
sus in semine nō sit ā̄ia et n̄ā formatr dici sed tm̄
virtualr, qm̄ ille calor ē virtualr generans, qa effor:
mat corpus viuens, et p̄ducit membra diuersa. Quod
patet ex Arist: 3 de Gñal: ā̄ium Cap: ulto. cum dt in
terra gn̄āntur plures stirpes et ā̄ialia, nedū ex semine
sed et putri mā̄, calor aūt q̄ est cā gn̄ationis illorū
ā̄ialium, efformat illa corpa animata, ita ut quoddā
modo plena sint ā̄iabus omnia, qa calor ille celestis, cum
p̄ducit in illis ā̄iam, virtualr dr̄ esse anima. 2° sensus
ē magis ad uerbū, considerando s̄ntiā Arist. Arist. nō
simplr dt calorē innatū esse nām, n̄ā n. hui9 caloris
nō ē ignis et iste calor in semine, nō hēt n̄ām caloris
elementaris ignei, qa is comburit, sed ē persimilis
n̄āe corpis celestis sicuti diceam9. Cum n. dr̄ n̄ā ignis ē
calefacere.

calefacere, tunc putandum est quod facultas et potestas ignis est ut calefaciat. Quare ex Arist. iam patet. Calorem animam non esse

Quarta Pars. Utrum calor innatus sit diuinus uel Elementaris naturæ.

Cum iam ostenderimus Calorem innatum non esse animam, sed tantum illius instrumentum: restat propter prosequendam naturam, naturam istius caloris ut disceniamus. Utrum iste calor innatus sit igneus, sit elementaris, vel dicamus esse cælestis naturæ et supra naturam Elementarem. Fernel: vir summi ingenii in lib. suæ Physiologiæ tract: de Calore innato, et lib: de Abditis rerum causis 1 dialogo in eam fuit sententiam, Calorem istum innatum non esse Elementarem igneum, sed diuinum, quod non oritur ex Elementis sed simpliciter dicitur esse cælestis. Rationem habuit pro sua sententia; quia videbat quod ea quæ attribuuntur ab Arist: et Gal. calori innato, non possunt conuenire calori Elementari, sed cælesti et ideo cælestem esse dixit. Attribuuntur autem Calori innato, nutrire, augere, generare sibi simile, vitam conseruare, hæc autem calori igneo non possunt ascribi; quia comburit, corrumpit non autem conseruat. Ergo calor Elementaris et innatus inter se differunt, neque potest dici innatum Elementaris sed diuinus. Habuit etiam pro sua sententia non debilia argumenta alia quorum primum est hoc suppositum. Multæ sunt stirpes, plantæ, et animalia in quibus prædominatur frigidum, calidum autem ab eo vincitur et superatur, ut in mandragora serpentibus papauere clarum est, hæc enim imbecillum calorem habent, et ideo serpentes sese condiunt in cauernas tempore hiemis. Hoc supposito dicit Actio in quolibet mixto fit a prædominante, et ab eo quod vincit non quod vincitur, quia a maiori fit actio, sed in stirpibus et serpentibus prædominatur frigus vincitur autem calor. Ergo istæ operationes nutritio, augmentatio, sibi similis generatio non possunt prouenire a calore Elementari, cum superatur

a frigido

à frigido. Jam uero uerum est et manifestum, quod stirpes et serpentes nutriuntur et augmentantur, licet in illis predominatum frigidum, Ergo haec nutritio et augmentatio non à calore Elementari, sed à diuino promanat. Secundum Argumentum Reperiuntur inter stirpes et frutices quaedam quae plenae sunt calore elementari, et tamen in illis non reperitur uita, neque calor innatus, Ergo cum in illis non reperitur calor Elementaris innatus aut non, sequitur calorem innatum non esse Elementarem. Praeterea in cadaueribus partes continentur unitae à calore, quod calor quamprimum corrumpatur cadauer et statim dissoluitur, igitur ille calor in cadauere aut est innatus aut Elementaris. Non innatus quia esse dat uiuere, cadauer autem non uiuit ergo est Elementaris. Cum autem Elementaris non dat uiuere, innatus autem dat Ergo alius est calor Elementaris et alius innatus. Et per consequens calor innatus dans uitam erit diuinus non autem Elementaris. Et quod hoc uerum sit, videlicet calorem innatum et Elementarem non esse unum et idem Probatur hoc ex Arist. 2 de generatione animalium cap. 3. ubi inquit in semine reperitur calor, quod germinare facit, is autem non est ignis nec ab igne originem ducit. Ratio est quia calor ignis comburit et corrumpit. ex quo discursu possumus colligere hanc rationem Operationes diuersas et specie differentes, arguunt causas et formas specie differentes, sed operationes caloris innati et elementaris sunt inter se specie diuersae, nam calor Elementaris comburit, innatus autem saluat, Ergo non est utrius quod una et eadem natura sed inter se differunt. Confirmo et ego duobus Argumentis hanc sententiam Fernel. Primum est Argumentum ex animantia rei sumptum, A calore solis diffuso in terram generantur illa animalia, quae ex putri materia oriuntur ut sunt mures, ranae. etc. Calor ille quod est causa generationis horum

animantium non est Elementaris nec igneus, nec mixtus ex elementis, ille n. propterea quod produceret haec animantia, sed potius perderet et comburet. Ergo calor diuinus et caelestis est causa generationis horum animantium. Cum autem innatum calorem nos dicimus diuinum esse, et hoc idem probamus Ergo calor innatus non est Elementaris. Non possunt igitur haec animantia produci et generari a calore Elementari. Secundum Ex-emplum. Patet hoc quia ex putrescente cadauere oriuntur vermes in sepulchris hoc autem fit vel a calore caeleste vel a calore Elementari, Non ab Elementari et igneo quia calor ignis non habet hanc potestatem ut possit agere in superiorem speciem, et ut possit eandem producere, est n. multo inferior quam species animata, et ideo non potest producere speciem animatam. Nec potest dici quod calor Elementaris existens in cadauere sit principium generationis illorum animantium, quia in cadauere non reperitur anima, cuius beneficio hoc fiat. Ergo ille calor est diuinus et caelestis qui habet vim efformandi corpora ex putrescente cadauere. Itaque non solum secundum rei naturam, sed et secundum sententiam Arist: concludit Fernel: illum calorem esse caelestem, et diuinioris naturae quam Elementaris. Huc accedit Donati Altimari hominis sapientis: lib: de Medendis febr: Cap: 7. sub finem, ubi declarans naturam caloris innati, et Arist: hunc calorem innatum dixisse diuinum esse. Quare ex his omnibus patet Calorem innatum diuinum esse non Elementarem.

Quarta Lectio. Undecima Nouembr.

Fernellij sententia fuit calorem innatum elementarem non esse, sed diuinum et caelestem, qui non ex Elementis originem trahit, sed caelo demissus est animantibus, quam sententiam nunc expendendam duxi. Ut autem in illa expendenda nulla in nobis oriatur confusio. Ad tria Theoremata reducemus illius sententiam. Primum Theorema erit, in quo calorem

innatum

235

innatum esse ~~coelestem et alterius naturae~~ ortum a nativitate non aut Elementarem esse dicit. Secundum in quo calorem innatum esse coelestem et alterius naturae ab elementis ostendit, seque inter se differre affirmat. Tertium Theorema spectabit ad originem caloris innati dicit enim quod calor iste Elementaris non oritur ab elementis sed a corpore caelesti. Haec igitur tria Theoremata considero, cum et apud Philosophos et apud Medicos maxima eorum sit utilitas, spectant enim ad cognoscendam naturam et originem caloris innati. Aggredior primum Theorema in quo dicit Fernel. Calorem innatum non esse Elementarem quod igneum vel aereum. Quae sententia illius non potest dari in ullo pacto comprobari, immo recedit a veritate. Arist. et Galenus illius sententia. Quod a veritate recedat probo. Calor innatus est a nativitate nobiscum omnibus continue, et statim sub ipso initio generationis incipit dissolvi, quoniam vero numquam eius est ut perduret et conservetur non potest autem perdurari et conservari nisi restauretur. Ergo restaurandus est ut possit conservari et durare, alioquin nisi restauraretur citissime omnia animantia corrumperentur. Non restauratur autem nec conservatur nisi a calore elementari. Nam calor naturalis in foetu conservatur a calore genito ex sanguine, lacte vel nutrimento. Calor autem sanguinis lactis et nutrimenti procul dubio est Elementaris ut 2 de Anima tex. 28 Arist. testatur inquiens Animalia nutriuntur calidis, humidis, frigidis et siccis rebus. Caloris igitur est nutrimento quod Elementis affecto igne, aqua aere terra Quamobrem calor innatus conservatur, fovetur augetur, a calore Elementari. Hoc stante formo rationem hanc. Omne illud quod augetur et conservatur ab aliquo, conservatur et augetur a sibi simili secundum naturam, quia nil potest adaugeri et conservari ab aliquo sibi dissimili secundum naturam. Sed calor innatus conservatur ab Elementari tamquam sibi simili secundum naturam. Ergo potest unum esse idem. Nec obstat si restauratione hanc caloris innati aliquis dicat posse fieri a ~~sola~~ chilo pane, et aliquo eiusmodi nutrimento, quia caro et omnes partes corporis viventis, non adaugentur a chilo et pane in quantum est chilus et panis. haec enim non conservat dominus simpliciter sumpta, sed conservatur a viventes quatenus sanguis

panis chilus

panis editus est conversus in substantiam carnis. Hoc docet Arist. 2 de Anima 44 et 45. Corpus vivens inquit non nutritur a nutrimento in quantum dissimile, sed quatenus est factum simile carni, hoc autem fit quando sanguis similis factus est carni; similiter quando cibus vel panis vel aliquod aliud nutrimentum conversum est in substantiam carnis. Hoc est primum argumentum contra Fernel. Secunda ratione hoc ipsum probo. Calor innatus si debet esse causa generationis animatorum et operationum corporis animati debet esse temperatus, quia calor incommensuratus, etiam si fuerit celestis comburrit, corrumpit, ut in aestate evenire solet, nam calor celestis eo tempore corrumpit. Sed calor iste innatus non potest esse contemperatus nisi a frigiditate, nam omnis remissio fit ratione contrarii. Ergo calor innatus est contrarius frigiditati. Hoc stante formo hanc rationem. Contraria communicant in una natura univoca. 10. Metaphs. 26 dicit Arist. Contraria esse illa quae sub eodem univoco genere continentur. Calor innatus contemperatur frigiditate, igitur illi est contrarius. Sed frigiditas est elementaris. Ergo et calor innatus est elementaris. Tertia ratione hoc ipsum probo ex rei natura. Consentiunt omnes Medici et Philosophi quod quotiescumque aliquid fieri potest commode et bene, semper unitas praeferenda est multitudini, nec sunt multiplicanda entia absque necessitate, ut Arist. testatur et Aver. 58 Comento 1 de Anima inquit. Cum natura potest moliri aliquid uno instrumento non facit pluribus, sic et ars quae imitatur naturam in quantum potest. frustra enim fit per plura quod potest esse per pauciora. Sed calor Elementaris concoquit et digerit, hoc idemque innatus calor efficit, Ergo sunt unum nec differunt, neque diversi statuendi sunt calor Elementaris videlicet et innatus. Quod autem calor Elementaris et innatus unum sint probatur. Nam sicut in arte si calor ignis fuerit immoderatus, cibaria igni apposita destruit: idemque calor ignis si fuerit commensuratus a coco, eadem cibaria digerit et concoquit, non autem amplius destruit: ita et in calore Elementari et innato idem videre est, nam calor Elementaris si intensus fuerit combuit destruit: si autem fuerit commensuratus, cuiusmodi in viventibus corporibus reperitur

digerit

digerit et concoquit, et iste proprie vocatur innatus calor. Ergo calor Elementaris commensuratus digerit. Quare si calor innatus est ille qui nutrit corpora et concoquit, et calor elementaris hoc idem facit, ut in igne Elementari videmus, Ergo idem sunt calor innatus et Elementaris. non igitur multiplicandi sunt isti calores.. Sed si aliquibus rationibus in his rationibus non est contentus, id est ex Arist: ostendo et probo Fernelii sententiam ab Arist: discrepare. Arist: 2 de Anima 41. perpendens sententiam Antiquorum opinionem, qui dixerunt quod calor ignis Elementaris, erat simpliciter per Autor nutritionis et incrementi dicit inquiens Hic calor ignis et Elementaris non est causa principalis nutritionis et incrementi ut vos Antiqui putastis. sed est instrumentum animae et est quodammodo concausa, non tamen simpliciter causa. Considero hanc sententiam, et ille dicit calor ignis est concausa nutritionis, ex quibus verbis formo hanc rationem. Calor innatus est Autor et causa nutritionis et incrementi. sed secundum Arist: calor ignis est et concausa quodammodo et Autor nutritionis et incrementi. Ergo idem sunt calor ignis et innatus. Hoc idem probatur 1 et 2 tex: 4 Metheororum nam in 2 tex: proponit agere de generatione corruptione et concoctione plantarum animalium ipsorumque partium. Unde autem isti effectus scilicet generatio, concoctio proveniant declarans inquit in 1o tex: quod proveniunt a calore qui est causa ignis. Et ideo Arist: sub ipso statim initio 4 Metheororum dicit. Quoniam 4 sunt qualitates Elementorum. Calor frigus humiditas siccitas, quarum qualitatum duae sunt agentes ut ignis et aer. et duae patientes ut aqua et terra, Agendum est de operationibus ipsarum et de Concoctione generatione etc. Colligamus rationem ex hoc discursu. Calor innatus est ille, qui est causa nutritionis viventium concoctionis et generationis, Unde Gal: primo Aphor: partic: 15 dicit. Calor innatus est causa generationis concoctionis et est ille qui efformat corpora, et addit. Nil n-

aliud

aliud qdq̃ efformat viventia corpa, p̃ter calorẽ hunc innatum. Sed per Arist: calor Elementaris est causa nutritionis aĩalium et viventium, Ergo nõ distinguitur ab inato Unde satis colligitur ex Arist: sñiam aberrasse Donatum Al: tomar. 1 lib. de febrib. cap: 7 ubi agit de Calore innato in illo loco n. dicit q̃ ẽ Diametro dissẽtit Arist. cum Platone Plato n. dixit Calorẽ innatum Elementarẽ esse et igneum. Arist. aut eundẽ calorẽ innatum divinum appellat, quãq̃ etiã 2 de Aiãl: generatione dixerit, Calorẽ in semine nõ esse igneum nec Elemẽtarẽ. Cum pace viri tanti dixerim nõ estasse [illegible] sñiam Arist: Et qa nititur hoc eodem modo ad dicẽdum Platonem dissentire ab Arist. q. a. s. Plato calorẽ innatum Elemẽtarẽ esse dixerit. Arist. aut divinum, ideo oñdẽdum Et nunc eius sñiam esse falsam neq̃ Arist. à Platone dissen= tire ea de causa cum ẽ Arist: calorẽ innatum igneum appellet. Duo sunt p̃cipua loca huius rei apud Arist: vbi ẽ q̃ calor innatus igneus appellatur sedm suam nãm. Primus locus ẽ de longitudine et breuitate vitæ, vbi dt aĩa nil opãtur sine igne, igr̃ ignis ẽ instrum aĩæ, vt 2 de aĩa 41 tex: Habetur apud Arist: q̃ ignis nõ ẽ cã principalis nutri tionis et incrementi, sed tñ instrumentum animæ. Alter locus lib: de respiratiõne Cap. 4. vbi dt in principio capitis Dicimus n. aĩam non posse contineri in cõe sine igne, et nil opãtur sine igne. Ergo opãtur et conseruatur in corpe mediante igne. Si Plato igr̃ dixerit calorẽ innatum Elemẽtarem esse, quia eum igneum dixit, igr̃ eum cum Arist appellat igneum dt elemẽtarem dt non igneum divinum. Ideo nõ dissentit Plato cum Arist: Ostendo nunc eiusdem Fernel: sñiam pugnare cum Gal. vest q̃ Gal. di cat calorẽ hunc innatum Elemẽtarium esse. Gal. 1 Aphor. partic. Apho. 14. definiens febrẽ dt febris ẽ conuer sio caloris innati in calorẽ igneum, tunc n. fit febris qñ calor innatus fit febrit ignis. Vt intelligamus hoc

oportet

oportet scire, quae sit ista conversio in definitione posita. Declarans seipsum Gal. 8 Meth. medendi dicit Febris fit cum calor innatus plus iusto adaugetur et fit immoderatus et incommensuratus. Et non satis est inquit quod calor intendatur plus iusto, ut febris fiat sed oportet ut iste calor adauctus hominem offendat et actionem laedat. Et propterea quando homo incalescit et non offenditur ab illo calore non dicitur febris. Conferamus haec duo loca Gali et ita alter primum explicabit. Cum dicit febrem esse calorem innatum conversum in igneum, intelligendum est quod haec conversio est plus iusto adauctus immoderatus et incommensuratus. Unde quando calor innatus est moderatus, dicimus eo tempore daporem sanitatem. Sed si est immoderatus laedens operationes nostras tunc dicitur febris. Ex hac sententia Gali colligo hoc fundamentum, Calor innatus in febri convertitur in calorem igneum, ista conversio secundum Galenum est ~~conversio~~ adauctio caloris innati, Ergo in febri calor innatus et Elementaris differunt tantum secundum magis et minus. Sed scimus quod magis et minus non variant speciem, nam calor remissus et intensus non differunt specie. Ergo cum tantum secundum magis et minus differant non differunt inter se nisi sola ratione. Quare circa hoc primum caput Fernel. aberravit, qui dicebat calorem innatum non esse Elementarem.

Quinta Lectio Duodecima Novembris

Primum illud Fernelij pronunciatum, videlicet calorem innatum Elementarem non esse, falsum esse ostendi, nunc reliqua ut alia duo Theoremata breviter perpendamus. Quorum alterum erat Calorem elementarem non esse eiusdem naturae cum corpore celesti. nam dixit quod calor innatus viventium non est Elementaris sed celestis, quod verbum indicat calorem elementarem esse diversum à corpore celesti. Hoc Theorema falsum est, quod ostendo ex hoc de sensu, ipsa rei evidentia docet, quod si calori celesti e diametro opponitur speculum, et ante illud speculum brevi quodam loci inter

vallo

uallo apponatur stupa uel aliud corpus facile inflamabile, illud dico experientia probamus, quod a calore celesti ex illa stupa oritur ignis. Sed quoniam nullo pacto calor solis et celestis ex illa materia cremabili apposita speculo potest ignem generare, nisi a calore celesti illa materia disponatur, et postea introducatur forma ignis, quae praecedit generationem alterius. Ergo si calor celestis ex illa materia speculo apposita debet generare ignem, debet eam disponere, non potest autem disponere illam materiam, nisi in eam introducat calorem. Itaque calor celestis in illa materia generabit calorem. Et iste calor celestis erit dispositio materiae pro generatione ignis. Ex hoc discursu habemus, quod calor celestis disponit materiam per introductione formae ignis. Dico igitur qualitas quae est dispositio per generatione alicuius formae, dicitur esse qualitas illius consequens formam, patet hoc calor nam quod est dispositio in ligno per generatione ignis est qualitas insequens formam ignis. Sic calor hominis est qualitas hominis insequens formam illius. Jam uero ut ex discursu patet, calor celestis stupam disponit per introductione formae ignis, igitur calor celestis est elementaris et sunt unum et idem.

Hoc ipsum confirmo ex rei natura. Ratio et firma est propositio in philosophia quod quae sunt eiusdem definitionis sunt eiusdem naturae, siquidem definitio est essentia rei: si autem est essentia rei, ergo quae sunt eiusdem definitionis, sunt eiusdem naturae et eiusdem essentiae. Calor celestis et elementaris conueniunt in eadem definitione, ergo sunt eiusdem naturae. Minor propositio consistit in definitione caloris, quod est ille qui congregat homogenea, et segregat heterogenea, sicuti frigidum est quod opponitur caliditati est illud quod congregat homogenea et simul heterogenea, ut Arist. 2 de ortu et interitu 8. et 4 Meteor. tex. 1 testatur. cuius definitionis si Deus placebit sensum explicabo in 4 Meteor. Cum haec igitur definitio caloris omni calori conueniat ubicumque ille reperiatur: tum celestis calor quando generat ortum ex putri materia congregat homogenea, detrahit autem minus idonea ad eorum generationem. Sed hoc ipsum etiam facit calor elementaris, ergo eadem una est definitio utriusque caloris. igitur sunt eiusdem speciei. Quod si sunt diuersae speciei ut dicit Fernels. adferatur utriusque definitio diuersa. sed haec dari non potest, nam utrique generat ... nec potest propria

assignari

assignari caloris definitio nisi hoc coio. Sed occurrit hic quaedam obiectio. Celestis calor nō comburit, Elementaris aut comburit, ergo inter se differt. Sic ille germinare oia facit iste non, ergo non sunt vnu et idem. Rndeo vtrumque calore pari conditione vrere. Si n. celestis calor plus iusto fuerit intensior et corrumpit, vt in aestate fieri conspicimus. Si aut fuerit moderatus et commensuratus, generat et foecundat. Hoc idem de Elementari dicendu e, si n. fuerit incommensuratus comburit, si aut fuerit contemperatus digerit, concoquit, cuius rei rō patet ex igne vt dixi superius de cibis. Ergo calor celestis et elementaris, generat, comburit si vterque intensus vel commensuratus accipiatur. Vnde cōcludendu e quod omnes calores siue celestis siue elementaris siue oim mixtorum sunt eiusdem speciei eiusdem nāe qa participant eande definitione. Sed si distinguuntur calor celestis elementaris et alior mixtorum. tunc hoc fit rōne agentiu et subiectorum. quibus insunt. Rōne agentiu, nam calor quatenus e instrtm corporis celestis dr celestis iuxta hanc regulam instrtm accipit nome ab agente principali cuius e instrtm. Vt aut iste calor regulatur ab aia, aialis appellatur. vt vero e instrtm Elementorum dr Elementaris. Ratione subiectorum Calor n. vt reperitur in igne vt in subiecto dr igneus, vt aut in viuentib reperitur dr vitalis. Sic albedines oes sunt eiusdem speciei eiusdemque nāe essentialiter et intrinsece, qa oim albedinu vna e definitio. Distinguuntur aut accidentaliter, quatenus reperiuntur in subiectis, q distinguuntur specie, rōne quorum dicuntur specie distingui. Quare cōcludimus calore celestem esse eiusdem nāe cum calore Elementari, rōne tantu eorum distingui. Tertiu Theorema Fernelij erit de Origine Caloris innati. Vtrum calor innatus oriatur ex mixtione Elementor, vel tantum pmanat a celo. Dicebat Fernel. calore innatu nō oriri ex mixtione Elementor sed pmanare a celo. Pro resolutione difficultatis, nō e absque distinctione dicendu. Nam calor innatus est duplex. Pr. oriendu

omnium.

238

omnium quę ex semine oriuntur, siue sint homo, siue alia animantia ut plantę stirpes 2° est eorum q ex putrescēte limo terrę oriuntur ut ranę, mures, et quędam stirpes Tunc qn dt Calor innatus oritur à cęlo non ab Elemētis, uel loquitur de Calore uiuentium quę ex semine oriuntur, uel de calore eorum quę ex putri mta proueniunt: uel uniuersaliter dicendo. Calor innatus oīum uiuentium siue sint orta ex semine siue ex putri mta oritur à cęlo. Si loquatur p° mō, sntia illius ē falsa et à Gal° aliena. Nam Gal°. lib. de hoc calore innato cont. Hieron. dt, Calor innatus in pueris et iuuenibus est calor genitus ex semine, si est genitus ex semine, ergo non à cęlo ut Fernel. dt. Si aūt Fernel: uniuersaliter loquitur sntia illius est falsa, qa licet uerum sit q calor secundum acceptionis caloris animalium uel uiuentium genitorum ex putri mta fiat à cęlo, quatenus à cęlo et sole, q illud terram putridam calefacit, et reddit competentem disce animantibus, tn de ijs quę ex semine oriuntur hoc dici nō pt. Et ideo dicendum puto q dum qritur de Origine caloris unde oriatur distinctione ē opus. Calor innatus hominis et aliorum uiuentium quę ex semine oriuntur, oritur ex temperamēto 4 qualitatum q in semine reperiuntur, ex q° temperamēto 4 qualitatum calor q erat exuberans fit fit temperatus à frigiditate hoc dt Auic: 1° 1e Calor ignis transit à pprietate elemētari et à statu intenso ad naturam caloris innati ē ad consumationem. Quasi dicat calor igneus est feruens, et sic nō ē aptus generationi uiuentium, sed frigiditate temperatus fit aptus. Gal. dt 1° Aphor. particula 14 idem habet inquiens, Febris ē calor innatus mutatus in igneum, et ideo in sanitate transit calor igneus ad calorem innatum, in morbis aūt transit calor innatus ad igneum. Si uero loquamur de calore innato eorum q oriuntur ex putri mta tunc dicendum cum fernelio illum calorem pmanare à cęlo. Et cum hac distinctione loquendi habebitur resolutio q consistit in trib. Theorematib. 1°. Calor innatus uiuentium ē igneus et Elemētaris temperatus. 2°. Calor cęlestis nō ē alterius nīs ab elementari. 3. Calor innatus uiuentium ex semine originem ducit ab Elemētis, ex putri aūt mta à cęlo.

Concludentes.

Concludentes itaque dicimus, quod calor innatus nihil aliud est
nisi qualitas orta a natiuitate blanda et temperata, partim
dimissa et genita a calore cœlesti, partim ex mistione primarum
qualitatum. Oriuntur ex semine ista calor innatus ortus est
a cœlo. Oriuntur autem ex semine ab Elementis, quod calor non
est anima sed instrumentum illius. Sed notetis, quod ista definitio caloris
est pro qualitate et forma, sed si accipiamus calidum innatum
in concreto est subiectum affectum qualitate et calore innato. Definit
n. sic a Gal. in lib. de Calore innato dicit Calidum innatum nihil
aliud est quam sanguis et semen. Sed haec definitio est Ambigua
quia efformato corpore in utero matris, non remanet semen nec san-
guis menstruus, quomodo igitur calidum innatum potest esse sanguis
et semen? Aduertendum quod Galenus sententia hoc sentit, quod calidum innatum
in viuentibus dicitur esse sanguis et semen, non formaliter, sed dicitur sanguis
et semen quia substantia illa derelicta a semine et a sanguine, post
utriusque corruptionem, Dicit enim puer debet generari ex sanguine
et semine, oportet ut perdat formam sanguinis et seminis et re-
cipiat formam hominis. Et proinde dicit Gal. Calidum innatum
hominis nihil aliud est nisi sanguis et semen, Unde ista praedicatio
Gal. non est formalis sed Causalis. et in hoc sensu ut dixi
est intelligenda propter confusionem euitandam in Gal.

Lectio Sexta. XV. Nouembris

Cum antea decretum fuerit a nobis Aduersus Fernel. Calorem
innatum in viuentibus eundem esse cum calore Elementari
nunc ut nostra sententia sit firma, breuiter rationibus Fernelij satisfacio.
Prima eius ratio in hoc constituta fuit ad ostendendum calorem innatum
elementarem non esse. Calor enim Elementaris non potest esse causa
vitae, igitur praeter Elementarem calorem in viuentibus ponere oportet
alterum calorem innatum, qui sit Auctor vitae et operationum vitalium.
Sequella valere videtur, quia si calor Elementaris non est sufficiens
in viuentibus pro conseruanda vita, ergo alius calor dandus esset.
Antecedens autem ostenditur et operatio in quolibet mixto perficitur a
praedominante, quia semper actio in mixto ad praedominans referri
debet. Sed in plerisque animantibus ut in quibusdam plantis papa-
uere Mandragora serpentibus calor elementaris vincitur

frigore vero

frigus vero predominatur, ergo nutritio et vita in his ani-
mantibus a calore non provenit, tanquam ab eo quod vincitur, ergo
datur aliquis calor in his viventibus qui sit effector operationum vita-
lium. Ut formiter nodus iste dissolvatur, negatur antecedens videlicet
quod calor elementaris non possit esse causa vitae et operationum vitalium.
Ad probationem. Actio debet provenire a predominante, calor ele-
mentorum non predominatur ergo. Ad hanc maiorem dico quod sit
intelligenda, omnis actio debet perfici a predominante vel secun-
dum gradum vel secundum virtutem. Dicitur aliquid predominari se-
cundum gradum, quando plures habet gradus qualitatis, tamen
aliquando remissiores gradus habet, cum predominatur aliqua qua-
litas secundum virtutem, at enim predominari qualitas secundum
virtutem, quando maiorem habet vim quam suum contrarium.
In viventibus potest calor his duobus modis predominari, vel secundum
gradum et virtutem vel secundum virtutem tantum. Ut res ista
notior fiat do exemplum. Si accipiantur ista duo flamma et fer-
rum candens ignitum et accensum, procul dubio caliditas in
flamma est intensior secundum gradum quam in ferro, nam ferrum
incenditur per flammam, quoniam igitur flamma plures habeat gradus
caloris (ratio enim est omnium philosophorum consensus in igne reperiri calidi-
tatem in summo) ergo maior est caliditas in illa quam in ferro;
tamen in ferro candenti maior est caliditas secundum virtutem
quam in flamma. Si enim admoveatur manus flammae non statim
comburitur, a ferro autem candenti statim, unde videmus
potentiorem caliditatem esse in ferro quam in flamma licet videatur
esse remissior. Unde colligite conclusionem quod potentia in agendo
de qua est dissensio apud philosophos, non semper insequitur multitudi-
nem graduum et non sequitur ut ubi sunt plures gradus calo-
ris, ibi etiam maior potentia in agendo reperiatur, possunt
enim esse plures gradus, tamen maior potest esse virtus. His stantibus
ad maiorem dico eam esse limitandam videlicet quod licet actio debet
promanare vel secundum gradus vel secundum virtutem, minor calor
in stirpibus serpentibus non predominatur secundum gradum, quia habent
exilem calorem licet tamen remissus sit in illis calor secundum gradum
dominatur tamen secundum virtutem. Quia ut scitis in qualitates

Elementorum

Elementor, caliditatis maxima et potentia agendo, et ideo licet remissior esse videatur frigiditate quae ~~debet plures gra:~~ dus tamen maior est illius virtus quam frigiditatis, quae debet plures gradus. Et hoc modo scire unusquisque verum poterit, in quo sensu illa propositio apud Arist. sit intelligenda. Omne mix: tum est a praedominio calidi, sic intelligi debet sit a calidi praedominio, non secundum gradus, quia mixta quaedam sunt in quibus praedominatur frigidum, sed secundum virtutem. Ideo Arist: 4 Meteor. tex. 1 ait Generatio et transmutatio passiva: rum qualitatum facta a calore praedominante, et si non praedomi: natur calidum est imperfecta generatio, quod licet non secundum gradus sit, tamen secundum virtutem intelligendum est. Erat 1a ro in Arsenico et Sulphure reperitur calor Elementaris imo superat in illis calor omnes qualitates Elementorum, et tamen in his non reperitur calor innatus, quia est calor vitae alioqui viverent, Sic in cadavere reperitur calor Elementaris, non tamen innatus qui est causa vitae. Ergo calor Elementaris non est innatus Utinam Fernel. hanc rationem non attulisset cum levissima sit supponit unum quod calor innatus et nobiscum natus ex seipso sit causa vitae et nutritionis et concoctionis, quod falsum esse patet, quia calor innatus quicunque fuerit ille, ex se causa non vitae nec nutritionis, sed est causa vitae beneficio animae. Praesentia n. animae est causa vitae, absentia mortis, Ideo calor innatus est causa vitae beneficio animae. Pro resolutione dicamus Calor innatus est causa vitae ex opinione omnium Autor, non ex se sed ex praesentia animae, hoc constituto facile solvitur Argumentum. Cum probat de Sulphure et Cadavere dico ibi calorem reperiri elementarem qui est innatus, sed tamen ibi non est causa vitae sine anima. Calor in cadavere cum fuit adhuc in eo anima tribuebat vitam, remota anima non est amplius causa vitae nec nutritionis et concoctionis. Et proinde haec ratio nulla est. Tertia ratio haec efficacior paulo est ex Arist. 2 de Ortu Animalium Cap. 3. ubi dicit Dicimus n. quod calor qui in semine est et in animalibus continetur non est igneus

non e ignis nec ab igne originem ducens, igr no est ele:
mentaris sed duxit originem a corpore celesti. Cum ostensum
fuerit a nob supra, q calor innatus in semine et viuentibus est
& elementaris, nunc reuocabo 2 de Aia 41. te xtum ubi inqt Arist.
Fuerunt qdam Antiquores, q dixerunt calorem ignis esse principalem
causam nutrimenti, quam sententiam no probauit Arist. dic n. calor
ignis non est principalis causa nutrimenti secundum Veteres, secundum
Arist. no est principalis causa sed instrumentalis et concausa.
Ergo idem est calor elementaris et innatus. Unde oportet perpen-
dere hunc locum, ne videamur sibi esse contrarij Arist. Et p° con:
sidero pmm dictum eius dt. Calor in semine no est ignis. Sciendum
q, non intelligit in hoc sensu q calor non sit Elementaris, sed uult dicere
q, calor ille in semine, non est calor ignis, nec qualitas q est con:
ueniens igni, non est calor in ea mensura q competit igni. Nam
calor q est proprietas ignis dr esse intensus. Quod p° probam
ex Auer: dde ex Arist: Auer: 3 de Celo Com: 67 dt. Ignis
non est ignis nisi per calorem in summo. Arist: aut 2 de Ortu et
interitu cont: 17. et 19 inqt. Ignis est feruor et exuberantia
caloris. Exuberantia aut nil aliud e nisi calor intensus. Calor
igr ut est qualitas, ignis est calor intensus, et qn e intensus
dr esse calor ignis. Hoc stante dico Calor q reperitur in viuen:
tibus et animantibus non est in summo, est moderatus temperatus
est blandus et lepidus per similis aeri in cubiculo, ut Gal.
scriptum reliqt. Quare eius sit calor in viuentibus consensu ratione
igr non est conueniens igni Elementari. Recedit igr a quali:
tate Elementari ut Auic: 1° 1° docet inquiens Calor est ille q
ducitur a proprietate Elementari ad qualitatem viuentium. Frigiditas
in summo est proprietas aque sed no animalis, Calor agit in frigus
in mixtione, agendo aut calore suo refrenat exuberantiam
frigiditatis: illa frigiditas temperata no est amplius proprietas
aque sed transit ad qualitatem conuenientis animantis. Hoc
habet Gal. 1° Aphor: partic. 14. Febris e qn innatus calor e
intensus. Calor igr naturalis et igneus differt secundum magis et minus

ergo cum dt

Ergo cum dt Arist: Calor nõ ē ignis, dt. q. nõ ē calor
ille ut competit igni; sed est temperatus. Cum vero dt Arist.
Nec ab igne originem ducit. ista verba duplicē sensū habere
possunt 1° q. calor in viventibus nõ moderatr à forma ignis
sic n. combureret, 2° sed calor ignis moderatur ab aīa
et ab eadem regulatur cuius beneficio nutrit. Obiectio tu dicis
Arist. dicere moderari calorē innatū ab igne hoc est extor:
tum qd. Solutio dixi differt calor intensus et temperatus
Intensus est qualitas conveniens igni: temperatus est quali:
tas viventium. Calor intensus et summus ducit originem
ab igne et à forma ignis. Ab igne quidē nã calor in summo
qui introducitur in lignū combustibile generatur ab igne, qui
generat ignem ex ligno, ignis n. producit hoc ut coburatur
lignum. Originem dt trahit à forma ignis, nã forma ignis
generanda ex igne est causa caloris in genere causae finalis,
nam caliditas et oēs dispositiones introducuntur in materiam
ratione formae, q. a forma substantialis nõ introducitur in materiam
nisi disposita fuerit, Ergo forma ē id, cuius gratia introducitur
calor in materiam, sed quia forma ignis expostulat calorē intēsum
hinc fit q. introducitur in gratiam formae ignis summus calor
summus. omne n. agens propter finem agit. Ergo causa caloris intēsi
dr esse ignis et forma ignis. Causa vero caloris nãlis
viventium, oritur à virtute generante et ab aīa ipsa, nã si debet
introduci aīa in corpus, debet corpus esse temperatum, Ergo
anima ē causa caloris temperati. Patet producendo semen
generat simul et calorem temperatum, et proinde bene dt Aristot.
q. calor seminis non oritur ab igne, q. ē temperatus, pro:
ducitur ergo à generante. Erat 4. rõ Operationes spē diversae pro:
veniunt à formis specie diversis, sed operationes caloris Elementaris
sunt multo differentes ab animato, Ergo proveniunt à diversis spēbus
Elementaris calor comburit, hic nutrit et concoquit. Concedendo
maiorē propositionē dico. Operationes spē differentes proveniunt
à formis spē differentibus; ad quam propositionē hoc addo vel ab
eadem forma et ab eodem agente, diversa ratione movente

Nam una ē.

244

nam et una et eadem forma et agens diverse considerata et diversa ratione movens, potest esse contrariorum operationum causa 2. de Ortu et interitu tex: 55 dicit Arist: Sed semper idem non facit nisi idem, sed consideratum diversimode contrarias producit operationes, Sol. n. est unus, sed secundum diversas operationes et considerationes diverse, contraria facit. Est causa corruptionis rerum ob suam absentiam, est causa vitae ob suam presentiam. Hoc habet Arist: 2 Phisi. cont: 30 cum dicit idem potest esse causa contrariorum effectuum. Dicimus igitur nos quod limitatur haec propositio 2 de Ortu 55 quod idem manet idem producit diversas res sed secundum diversam considerationem et diversimode consideratum sic limitata maiore ad minorem dico, quod proveniunt ab uno et eodem comburere et vivere. Comburere provenit a calore intenso, nutrire provenit a temperato calore commixto animae. Et proinde istae operationes diverse proveniunt ab una forma diversimode considerata. Et ideo diversitas operationum licet proveniat ab uno agente, tamen reducitur ad aliquem effectum in causa. Exemplum. Comburere et vivere proveniunt ab una causa videlicet a calore. Quod etiam patet ex artefactis. In arte, calori ignis si apponantur cibaria comburuntur et concoquuntur ab eodem calore sed diversimode si. n. calor ignis fuerit exuberans destruit cibaria, si autem fuerit contemperatus idem ignis concoquit. Unde iste operationes diverse proveniunt ab uno igne sed diversimode considerato, non arguunt itaque diversitatem formarum dicte operationes, cum ab una forma prosiliant.

Lectio Septima Decima nona novembris

Ex dictis quae pro Fernelio allata fuerunt ad ostendendum calorem innatum elementarem non esse duo adhuc sunt examinanda. 1 Animalia quae ex putrescente limo terrae oriuntur a calore caeli, qui calefacit putrescentem terram, et producit calorem in terra, quod disponit terram pro generatione vermium. Igitur calor celestis disponit terram pro generandis animalibus ex putrimonia, sed calor qui est dispositio alimenti nostri, est qualitas ipsius, cum igitur calor celestis est dispositio terrae putrescentis pro generatione viventium, igitur calor celestis est illorum viventium innatus. Respondeo quod calor celestis dicitur esse dispositio

terrae putrescentis

terris putrescentis p gn̄atione illoꝝ aĩantiũ que ex ter-
ra p̄ducuntur, et per consequēs calor innatꝰ eoꝝ ē celestis.
Cum aut̄ inferebatur, ergo calor innatus est alterius n̄re à ca-
lore celesti. Negatur quia ut antea dixi, idem sunt calor
elementaris, celestis, innatus, et febrilis, rōne tn̄ distinguuntur
rōne agentium, et rōne subiectoꝝ. Et ideo licet calor ani-
mantiũ innatus sit Elementaris, nō ē tn̄ alterius n̄ae à celesti.
Nec difficiliorẽ solutionẽ habet secūa rō 4 Metheor. cap.
de putred. ubi inquit Arist. q ex corpore demortuo et cada-
uera nōnulla p̄ducuntur aĩalia imperfecta, ista aĩalia
uel p̄ducuntur à calore Elementari illius cadaueris, uel
à corpe celesti. Non ab Elemētari siquidem calor Elemen-
taris non habet vim, ut cũ nec anima sit, nec virtus aĩa,
possit p̄ducere corpus animatũ, nil n. pt agere ultra pro-
prium gradum et genus, Calor Elementaris nō est anima
nec virtus aĩae, Ergo non pt esse causa aĩaliũ q gn̄antur
ex putri mt̄a. Ergo oriuntur à calore celesti, et cũ ge-
nerantur à calore innato, qui est ille q conseruat corpora
ut Gal. uoluit, ergo ille calor celestis ē. Colligitur solutio
ex textꝰ Aristo loco citato ubi infine capitis de putredine de-
clarans à quo gn̄antur aĩalia, q ex putrescente mt̄a oriūt
dt segregata et dissoluta caliditas cadaueꝝ facit constare
humidum cum sicco, et ex tali vnione humidi cũ sicco corpa
gn̄antur, ut apertiatur sn̄ia Arist. sciendũ ē q scribit ipse in
principio 4 Metheoꝝ. Viuentia et mixta oĩa perfecta ge-
nerantur è vnione humidi et sicci tanq̃ ex mt̄a, ista vnio
fit à calido p̄dominante, largitur n. humido et sicco mixturã
caliditatis debitam, ex qua vnione gn̄antur corpora mixta. Nã
gn̄atio mixtoꝝ est vnio passiuaꝝ qualitatũ facta à calore
p̄dominante. Cum igr̄ dt in Metheoꝝ. caliditas cadaueris
dissoluta facit constare siccũ cũ humido tunc putandũ est
ex parte putrescente in cadauere dissolui calorẽ, q cũ sit
sit. calor cadaueris q in putredine illa dissoluitur, quia pu-
tredo ē corruptio caloris. Sic calor in quantum qui dissolutum est ille

est ille, qui permiscet humidum cum sicco, et ex tali permix-
tione facta a calore cadaueris q. dissoluitur generantur huiusmodi
animalia. Et proinde dt calliditas cadaueris dissoluta facit
constare humidum cum sicco. Ex quib. verbis patet haec aialia
generare a calore cadaueris, q. calor cadaueris e elementaris
itaq. haec aialia generantur a calore elementari. Potest etiam
dici q. haec animalia generantur a calore cadaueris qui est cae-
lestis et elementaris, quia pro uno duos calores sumimus. Ad in-
stantiam. Calor elementaris no pt habere vim generandi aiam
Dicendum q. calor virtute propria non producit animam sed in
virtute alterius. unde dicemus q. cum omnia ista inferiora st
velut instrumenta superiorum, tunc calor ille Elementaris exns
in cadauere est causa illorum aialium, non in virtute aie, quia
in cadauere no reperitur, sed in virtute corporum caelestium.
Quare ex dictis patet, q. calor innatus viuentium est Elementaris
et non est alterius nae a calore caelesti, q.a.st. vnius speciei.

Quinta Pars. De officio et vsu caloris

Sed qm putandum no e calorem innatum q in viuentib. repe-
ritur otiosum esse sed aliquid agit ideo agendum e de offo
illius q sit illius munus. Ne immoremur sciendum e. q calor innatus
dupr consideratur. Primo in quantum calor e. Secundo vt est
calor innatus viuentis, vel vt est aie instrumentum. Si consideratur
1o modo vt calor sic tantum calefacit et rarefacit et sursum
mouet, nec ullam aliam operationem habet. Si secundo modo
longe praestantiora facit opera, nam vt est instrum aie primum con-
coquit, secundo nutrit adauget, generat, efformat viuentia corpa
mouetq ipsa viuentia secundum oes differentias loci, sententia
ista e Arist. 2 de Aia 41. Calor innatus vt aie instrumentum
concoquit nutrit et agit secundum oes differentias loci, vt habet tex. 2 de
Aia 14. Verum dices. Dictum e q calor vt instrumentum est aie
exercet ista opera q videtur falsum, quia calor vt aie instrumentum
est 1o calefacit, non tamen nutrit. Sciatote q calor vt instrumentum
animae non 1o calefacit sed nutrit, aequiuocatio stat in dictione
primo, nam aliquid dr agere duobus modis, 1o vt dt prioritate
originis. 2o vt sciat principaliter primo et per se prioritate intentionis

Tunc dico

tamen dico, q si sumatur p° modo, verum e q. calor in:
natus ut aiae instrumentum p° calefacit, neq. n. sine calefa
ctione nutrire pt. Secundo mo p° et per se nutrit, secun
dario aut calefacit, quatenus non pt concoquere nisi calefa
ciat, sed prima intentio est aiae nutrire generare. etc.
Unde si qs verum intelligere vult q ossa habeant calor per se:
ipsum. et q non habeat per seipsum, sed beneficio alterius,
Oportet memoriae mandare hanc distinctionem caloris, ut e
calor et ut est instrumentum aiae. Sed difficilis dic e dubitatio
Dictum e n. q calor innatus ut instrum aiae concoquit nu
trit, auget, etc. Instrum de sua ratione e movens motum
et de aia so. agens principale est movens non motum.
Instrumentum aut movens motum, et non movet nisi moveatur
Sed si calor innatus est aiae instrumentum, non pt exercere
haec opera, nisi moveatur ab anima. Ergo cum calor e in:
strumentum animae, et non moveatur absq. aia, quaero
quomodo aia movet calorem ad agendum, utrum motu locali
movet anima calorem ad agendum, vel motu alterationis, vel
motu augmentationis, vel motu generationis. Cum nil horum
dicendum, quomodo ergo calor erit impedimentum aiae! Dubitatio
haec e gravis et a nemine quos ego legi animadversa. Quamvis
difficillimum sit hoc solvere dico tamen q sentio. Et pro solutione ani:
madvertite, q ab ea virtute calor, vel aliquod aliud a qua habet
esse, ab eadem habet operari, quia tribuens esse rei dat etiam fa-
cultatem operandi. Deus tribuit esse omnibus rebus. igr et ope:
randi ptatem. Calor innatus habet esse a subiecto .i. a corpe vivente
in quo est corpus vivens habet esse ab anima, Ergo si calor innatus
non habet esse nisi a subiecto, Subiectum aut ab anima, igr calor
innatus consistit mediante anima, ergo et facultatem operandi habet
ab aia. ita ut dicendum sit aia que est forma viventium sicut dat
esse calori, ita ab eadem aia calor innatus habet operationem. Hoc
stante cum dr instrum non movet nisi motum ab agente principali
intelligitur hic non de motu locali neq. de aliqua alia specie motus

sed de instro

sed de instrumento coniuncto cum agente, quia quod de instrumento
principali non agit, nisi moveatur ab agente principali, et tunc
calor innatus accipit virtutem operandi ab anima. Dixi instru-
mentum coniunctum non sine causa, nam instrumentum est duplex
primo coniunctum cum agente principali, 2 separatum et extrin-
secum, ~~ut de malleo dicendum~~ Exemplum in artibus reperitur
instrumentum agentis principalis sed non tamen non coniunctum
agenti sed separatum et extrinsecum, ut de malleo dicendum est
Malleus enim est instrumentum fabri, et non est coniunctus fabro
separatum enim ab eo qui usus erit ipse. Et sic loquendo de his
instrumentis externis, dicendum instrumentum non moveri
re nec agere nisi moveatur ab agente motu locali, nam malleum
Artifex movet motu locali; Verum loquendo de instrumento intrinseco
coniuncto cum agente, aliter dicendum est, movetur enim calor ab
anima non secundum motum localem, sed tamen movetur qualenus ac-
cipit virtutem operandi ab anima. Neque vero illud praetereundum
est, cum enim saepius dixerimus, ab hoc calore innato dependere
vitam nostram, quis usus illius in generatione viventium opus est
ut dicamus. Neque vero ex nostra sententia eundem Auctorem
esse vitae nostrae diximus. sed ex ipsius Arist. sententia, nam lib:
de respiratione cap: 2 docet Animam et vitam nostram contineri
calore. quod etiam in aliis plurimis locis testatur, cum dixerit genera-
tionem nostram et vitam esse participatione animae a calore
naturali. Unde Notandum quod calor iste triplicem usum habet
in generatione viventium. 1°. quoad unionem animae cum corpore
quia dicit Arist. anima non iungitur cuilibet corpori, sed bene
disposito. Et in aliis locis inquit 2 de Anima 26. anima recipitur
in materia bene disposita. Actus enim Activorum requirunt bene dis-
positam et dispositam materiam. Et ideo iungitur anima corpori
sufficienter disposito. Modo haec dispositio fit qua mediante iun-
gitur anima ipso corpori, ipse calor ut in morte et vigilia Arist.
scriptum reliquit. Unde Antiqui considerantes modum animae
unionis cum corpore, calorem naturalem spiritum appellabant
licet autem anima unitur corpori mediante hoc calore, non

tamen

tamen simpliciter intelligendum est, per solum calorem fieri
hanc dispositionem, nam ad hoc etiam aliæ qualitates requi:
runtur, verum hoc totum attribuitur calori, quia in mixti:
one calor naturalis, maximam et supremam habet aim, et dominatur
tur in omnibus alijs qualitatibus. licet aliquando remissior sit secun:
dum gradus, ut superius docuimus. 2. Usus caloris est quo
ad conservationem animæ cum corpore, tamdiu non conservatur anima
in corpore, quamdiu debitus quantitas et commensuratio caloris re:
peritur. postea quam calor diminuitur vel labefactatur, statim
et anima operari nequit, et eo dissoluto anima perit. Tertius
Usus est, quoad operationem animæ, quod satis abunde ex superioribus
quæ diximus patet, Ostendimus non ex libris de longitudine
et brevitate vitæ animam operari mediante calore, et ex 2
de anima tex 41. ubi calorem instrumentum esse animæ demon:
stravimus. Calor igitur iste innatus, inservit animæ tanquam instru:
mento pro exercendis operationibus illius. Et hæc attinebant
ad officium et usum caloris.

Sexta et ultima pars. Quis sit fons Caloris innati.

Absoluto officio et usu caloris innati, nunc superest ut fontem
caloris huius innati videamus. Fontem caloris innati Arist:
3 de part: Anial: cap: 7 esse ait Cor et iecur, quæ quidem omnibus
animalibus sanguine præditis necessaria sunt. Alter propter caloris innati
originem ut pote cor. Alter cibi concoquendi gratia ut iecur
et hæc duo sunt necessaria omnibus viventibus. Hoc habet Gal.
lib: de format: foetus dicens, Dotata sunt animalia cor
propter calorem. Quare idem sentiunt Arist: et Gal. sed in eo
differunt quod Arist. solum posuit cor fontem caloris quod est domicilium
specierum animæ sanguinis et spiritus. Gal. autem non vult cor
esse principium sanguinis sed Hepar et ideo Cor et Hepar
sunt prima principia caloris innati, principaliter tamen cor secundario
Hepar, quia in eo generatur sanguis. Et ideo dicebat
Calor innatus consistit in sanguine et spiritu. Hipp. tamen
dixit

dixit. Calorem innatum consistere in spiritu. Proinde calor innatus dum consistat in spiritu et sanguine, dicimus eum sedem habere in corde. Sed sciendum quod haec sententia Galeni et Arist: maximam habet contra se instantiam. Si calor innatus originem habet a semine, a principijs generationis quomodo a corde est? Si a corde originem habet, ergo fit post generationem partium. In corde reperitur calor innatus qui est fons caloris innati cordis, et proinde non est consentanea eorum ratio. Ut intelligatur eorum sententia est animaduertendum id quod docuit Gal. lib. de formatione foetus quod calor innatus accipitur duobus modis. Primo pro calore innato proprie orto a natiuitate qui est insitus et complantatus singulis partibus uiuentis corporis. Secundo innatus proprie pro calore influente, qui non oritur a principijs generationis, sed ex nutrimento. et ideo si caloris differunt. Innatus a generatione oritur ex semine, influens ex cibo. Ad sententiam itaque illorum dicendum quod sententia haec non est intelligenda de calore primo modo sumpto, iste enim calor oritur a semine uel ab aliquo proportione respondente semini, sed de calore influente accipiendum est. Dicitur calor influens, quia a corde influit ad singulas partes. Verum dices quare calor influens appellatur a Gal. innatus cum tamen sit acquisitus? Dico quod calor influens ex nutrimento genitus appellatur genitus, quia conseruat calorem innatum et a natiuitate ortum. insitum singulis corporis partibus. Immo ex sententia Gali calor influens appellatur forma caloris innati et illius qui a natiuitate ortus est. Regula est Conseruans habet rationem formae. Hoc stante dico. Calor ortus a natiuitate conseruatur a calore qui generatur ex cibo et iste calor oriens ex nutrimento dicitur esse forma caloris innati, quia conseruat innatum calorem et a principio genitum Et ideo appellatur innatus, quia conseruat calorem innatum.

Sed dices.

245
193

Sed dices q est necessarius caloris influentis? an non sufficeit calor innatus à natura? Caussa ab Arist. assigna: tur in lib: de Iuvent. et Senect. Cap: 3. ubi dt Calor in: natus se habet ad instar flammae et fluvij. Et quo flamma et flumen confluit, ita et calor naturalis, sed ita latenter ut à nobis non percipiatur, et si animantia debent lon: gius durari, debet calor ille naturalis servari, si enim non servabitur statim pereunt viventia. Est igr alius calor influens qui conservat innatum calorem, ortum à principijs generationis, et de hoc calore influente debet intelligi sntia Gal: qn dt Calor innatus modo foras egreditur modo interna loca petit, nam calor innatus est complantatus cordi, neq movetur ad externas partes, sed iacet in corde et in alijs partibus, in quibus est à natura quiescens. De calore igr orto ex sanguine hoc intelligendum est. Et quoniam calor est accidens et ipsum accidens non pt moveri sine sub: iecto, subiectum aut ipsius caloris est sanguis, igr iste sanguis, petit sursum, petit deorsum. Itaq sciendum q calor innatus generatur ex semine, in his que ex se: mine oriuntur, calor aut genitus ex sanguine oritur in corde.

Finis huius tractatus.



✝

Accuratissima libri quarti Metheororum Incomparabilis iudicij viri D. Archangeli Mercenarij. In Academia Patauina Ordinarij in secundo loco Philosophiae Professoris explicatio. Anno Dñi M. D. LXXIX.

Est DEVS in nobis agitante calescimus illo.
Sedibus aethereis spiritus ille uenit.

Definiens Arist. in primo textu generationem ita loquitur, generatio est transmutatio humidi et sicci a predominante calido et frigido. Definitio generationis.

I Sed haec definitio non videtur esse bona. Nam generatio fit in substantia, obiectio.
sed humiditas et siccitas non sunt substantiae ergo non generantur sed

II potius alterantur. Secundo dicit idem Philosophus ibidem quod generatio fit a calido et frigido predominantibus ipsi humido et sicco. sed hoc verum non videtur de omni mixto et de qualibet parte mixti. Nam os iuxta Medicos est frigidum et siccissimum, item in genere stirpium Mandragoras, papauer, hyosciamus sunt frigidissima ergo in ipsis non predominatur calidum et frigidum sed tantum frigidum. Item si hoc verum esset daretur Complexio frigida et calida simul, quod fieri nequit dicente Avicenna Complexionem calidam et frigidam inveniri est impossi-

III bile. Tertio contra idem aliud quoque dubitatur. Nam cum dicit Arist. calidum et frigidum generare dicit et frigidum quod tamen Medici negant dicentes frigiditates non ingrediuntur operationes naturales, vide Avicenna prima primi Galenum 4 de simplicibus sed et ipse Arist. saepius dicit calorem esse principium

IIII vitae, et quidem solum. quorsum ergo dicit hic frigidum generare. Quarto iterum dubitatur quare Arist. soli calido et frigido tribuat actionem cum tamen omnes qualitates agant, et castigent se mutuo cum in extremo misceri non possint. Quoad primum Contenditur, dari

Resolutio. transmutationem non debere dici generationem sed potius alterationem. Respondeo generatio dupliciter accipitur. dupliciter accipitur generatio formaliter, et causaliter siue antecedenter. Formaliter si definiam omnino nihil aliud est generatio quam introductio subita ipsius formae in materiam. Causaliter uero accepta generatio nihil aliud est quam via et praeparatio ad generationem proprie dictam nisi n. materia primo bene disponatur, multa mutentur et alterentur non fit generatio, dicamus ergo quod Philosophus definit hoc loco generationem non formaliter sed antecedenter, nam ut diximus, hoc si voluit definire generationem formaliter, debebat dicere quod est productio formae sed definit causaliter prout est aggregatum quoddam ex generatione proprie dicta, et alteratione praecedente, prout si Eclypsim definiens

Formaliter quod est introductio subita ipsius formae in materia.

causaliter est via et praeparatio ad generationem.

dicam

dicam Eclypsis est interpositio terrae, inter aspectum nostrum
et lunam. Haec definitio est causalis nam perinde est ac si dicam
Causa Eclypsis lunae est terra interposita. Eodem modo si dicam
Eclypsis est privatio luminis lunae, formalis definitio non cau:
salis. Ita igitur et generatio hoc in loco causaliter definitur esse mutatio
humidi et sicci a calido et frigido s. tanquam a causa.

Quoad secundum Dicunt hic quidam quod in omnibus mistis prae:
dominatur calor freti ista auctoritate. Sed quid dicent ad Metalla
quae procul dubio frigidissima sunt et a frigiditate sumam indura:
ri solent. Alii vero dicunt quod in omnibus mistis praedominatur quidem
calor, sed potius in viventibus. verum duplex est calor in quibus
dam, Innatus et Influxus. Innatus quo semper calemus dum
tangimur. Influxus qui in corde generatur beneficio sanguinis et spirituum
et propagatur in membra, unde si Aromatica comedimus, aut vinum
potens bibamus maxime calebimus, calore nempe influxo. Dicunt
ergo isti quod innatus calor in omnibus mistis praedominatur, sed influxus
minime: ut in plantis et serpente. Hi licet videantur aliquid
dicere tamen decipiuntur, nam non loquitur hic Aristoteles de calore in
fluxo dum dicit quod est principium generationis sed de alio. Dicamus itaque
nos quod calor dupliciter consideratur, primo secundum gradus, secundo iux:
ta potentiam agendi et virtutem. Si primo modo, dicimus quod non
in quolibet misto eodem modo praedominatur calor, si secundo modo di:
camus quod in omnibus mistis praedominatur calor, praesertim autem in viventibus.
Sed adverte quod habenda est ratio passivarum qualitatum respectu
quarum dicimus praedominari calidum et frigidum, nam haec passivae
semper patiuntur quia vincuntur. Activae vero semper agunt quia
vincunt. Sed quod ad gradus diversi sunt excessus. Dices potentia
agendi sequitur gradus id est si in mixto plures sint gradus
alicuius qualitatis, magis operabitur quam si sit in remisso. Ergo
si praedominatur debet praedominari propter graduum excessum, nam po:
tentia summa fuerit a gradu summo. Postulat hic ratio ut
videamus num semper potentia agendi sequatur gradus. Dicimus
ergo hoc universaliter non esse verum. Nam interdum pauciores gradus

Calor dupliciter consideratur
primo secundum gradus.
2° iuxta potentiam agendi et virtutem.

plus operantur

plus operantur quam plures, ut in flamma adsunt 4 gra-
dus caloris, et tamen aqua feruens magis aduret licet non ha-
beat tot gradus caloris. Similiter si accipias humiditatem aëris
et aquae aqua minus est humida quam aër, et tamen magis percipit
ipsius humiditas quam aëris. Id autem aduertendum quod cum dicimus
calorem praedominari in mixtis secundum uirtutem et potentiam. Non
debemus illud dominium intelligere per proportionem Arithmeticam
sed geometricam. Pro quo dicendum quod proportio Arithme-
tica nihil aliud est quam id quod alio nomine dicitur aequale, ad ius-
titiam comutatiuam, ut das mihi centum denarios et ego tibi centum.
Geometrica uero proportio ea est quam alio nomine dicimus aequale
ad pondus seu aequale ad iustitiam distributiuam. ut si Socrates
est honoratior quam Plato. Ergo duplum debet illi honoris uel pe-
cuniae exhibeamur. Dicimus igitur ad propositum resolute quod calor
non praedominatur in mixtis proportione Arithmetica. Nam in alia
proportione habet cor caliditatem quam cerebrum et ossa, et leo
quam serpens, unde recte ait Auic. quod calor secundum maius et
minus praedominatur uiuentibus et membris. Summa ergo Conclu-
sio haec esto. Calor et frigus praedominantur in mixto non secundum
gradus, nec Arithmetica proportione: sed Geometrica, et secundum
potentiam agendi in ipsum mixtum. Id est calor et frigus ma-
gis agunt, perficiunt, disponunt, uniunt: humidum uero et siccum
perficiuntur uniuntur, nec ualet dubitatio de Metallis. Nam et ibi
generatio ipsorum fit ab actiuis praedominantibus ipsi passiuo.

Quoad Tertium Querebatur quorsum Arist. numeret fri-
giditatem inter qualitates generabiles, cum frigiditas non ingrediatur
opus nostrum. Communiter Philosophi et Medici respondent quod generatio fit quidem
a calore et frigore sed tantum mixtorum: non uiuorum. Nam animatorum
et uiuentium generatio procedit solum a calore, frigus uero per Accidens
generat, in quantum nempe contemperat calorem et commensurat,
quia calor intensus non poterat esse causa sufficiens generationis
animalis alicuius nisi contemperetur a frigiditate et ita utraque
qualitas est causa generationis. Calor quidem per se: frigus uero per accidens.

Haec resolutio

Haec ratio fallax est. Primo quia in ipsa mistione remittuntur elementorum qualitates, et non in generatione. Dicit enim Arist: quod mistio est elementorum alteratorum unio. Ergo si alterantur elementa certe reducuntur ad temperamentum et per consequens non necesse est ut amplius ad temperamentum reducantur, et denuo alterentur. Unde patet illos errasse, qui dicunt quod in generatione hunc usum habet frigiditas ut temperet calorem. 2°. Isti qui hoc modo respondent frigiditate caliditatem contemperari, At Arist. non hoc dicit sed quod temperat humidum et siccum. Et dicit enim quod quando frigidum et calidum praedominantur humido et sicco, et illa disponunt tunc fit generatio, ita ut frigidum non ratione calidi aliud habeat Arist. sed humidi et sicci. Respondeamus itaque nos aliter quod in generatione frigiditas non hunc habet usum, ut contemperet calorem, quia illud in mistione iam factum fuit, sed concurrit ad generationem tanquam altera causa efficiens minimum uti calor. Verum adverte quod duplex est generatio aut in quantum introducitur tantum forma in mixtum, aut in quantum praecedit alteratio. Si primo modo, dicimus quod calor tantum est in causa generationis. Si secundo, dicimus quod et calor, et frigus. Quod ut melius intelligatur sciendum quod in omni alteratione requiritur etiam consistentia alteratorum. Caloris est alterare rarefacere et disponere, frigidi vero continere illud quod est alteratum et dispositum contrahere, et firmare ne dissipetur et evanescat. Dicimus itaque utrunque requiri in generatione, calorem quidem tanquam operantem et artificem, frigiditatem vero tanquam retinentem et custodem eorum quae disposita sunt. Quod ad autoritatem frigiditas non ingreditur opus naturae, dicimus hoc intelligi ratione operationis animae. Nam quod ad Elementa in illis locum non habet, item neque in generatione Metallorum. Nam adeo ingreditur opus naturae in generatione Metallorum, frigiditas ut per se generet metalla condensando et uniendo. Intellige ergo frigiditas non ingreditur scilicet de operationibus animae vegetantis, ut augmentatione, nutritione quae calor praestat. Arist: autem dum semper dicit calorem generare loquitur de introductione formae quae fit per alterationem. Item frigiditas duplex est. Excedens et temperata. excedens est causa corruptionis. Nam ab uno in quantum unum non provenit nisi idem. Ita a frigido uno et eodem non provenit.

Mistio quid.

+ frigidum ..

Generatio duplex.
Aut in quantum introducitur tantum forma in mixtum.
Aut in quantum praecedit alteratio.

utrunque requiritur in generatione
Calorem tanquam operantem et Artificem
Frigiditatem tanquam custodem eorum quae disposita sunt.

non proveniret gn̄atio et corruptio, sed in quantum aut est mo-
deratum aut immoderatum. Quarto et Ult.o quaerebatur
quomodo dicantur duae qualitates agere et duae pati, cum tn̄ oes
agant et omnes patiantur. R.ndeo iam dictum est in gn̄atioe
duo debere attendi, mistionem quae praecedit gn̄ationem: et ipsam gn̄atio-
onem, quod ad mistionem dicimus omnes illas agere et omnes pati:
sed in gn̄atione ipsa duae sunt passivae: duae activae; in oībus mixtis
aīatis et inanimatis. Nam in mixto omnia Elementa debent uniri
et unita agunt inse invicem et repatiuntur, eo usque donec fiat ex
mutuis illis actionibus complexio et temperatura, ita ut ex istis
postea temperate se habentibus et considerantis fiat et nascatur res
quaedam et perfecta forma: sed ita ut a calido et frigido intro-
ducatur et perficiatur illa ultima forma. Primo nempe in mi-
stione Elementorum sunt inimica sibi mutuo frigus et calor; nam
se mutuo attemperant. In gn̄atione vero coniurant ambo, con-
tra humidum et siccum.

Dubitatur ex praesentibus Ph.i verbis, quis nam sit ille calor qui dr ab Arist: esse causa gn̄ationis. R.ndendum utique quod ille calor non est alius nisi igneus et elementaris, nam Arist: recensens quatuor primas qualitates quae constituunt Elementa quatuor addit postea, quod ex istis duae quidem faciunt gn̄ationem, tanquam [illegible] efficientes; duae vero patiuntur, sed tn̄ in gn̄atione tota praecipua causa est caliditas uide Ph.um 2 de Aīa Ubi dt Veteres quoque in hac fuisse sntā quod calor est praecipua causa gn̄ationis et concoctio-nis, sed tn̄ Arist: hoc dicere absolute non audet quod calor est prin-cipalis causa, sed dt esse aīam cuius instrumentum est calor.
Sed dicat aliquis calor est Accidens, Ergo nō est cā efficiens gn̄a-tionis, quia substā non producuntur nisi a substā, mixtum est substā Ergo, uide i Physicor. 55. Nam omnino univoca causa gn̄ationis hominis est homo, si vero calor gn̄et, equivoce perficiet, mixtum efficiat. R.ndemus Licet gn̄et calor, non tamen gn̄at virtute propria ut est accidens, sed virtute illius substę cuius bn̄ficio operatur, nempe animae. ut calor caelorum

Calor qui ē cā gn̄ationis, est calor Elemētaris et igneus.

Arist: dt calorē nō esse cām principalē gn̄ationis sed aīam cuius instrm̄ ē calor.

ut calor cælorum producit quidem ranas et uermes in terra non ui sua sed uirtute corporum cælestium. Dicamus ergo necesse esse quod dicit Philosophus Calorem et frigus esse causas efficientes generationis. Sed obserua quod licet calor et frigus dicantur generare id est vnire humidum cum sicco in mistione, et generatione tamen diuersimode se habent. Nam calor quidem rarefacit, terminat consumit et euaporare cogit humiditatem superfluam quibus absolutis permiscet postea partes humidi et sicci primum attenuatas depuratas et perpolitas. Frigus uero terminat quidem et ipsum sed aliter. Nam partes illas humidi et sicci a calore elaboratas depuratas et complicatas primo refrigerat postea condensat postea magis unit quam fuerant antea vnitæ postea ultimo unitas conseruat. Hæc de explicatione huius definitionis.

Quod ad putredinem. Quia opponit Aristoteles generationem ipsi putredini Ergo et definitio debet dari per oppositum. Cum igitur definiuerimus generationem esse vnionem humidi et sicci ab operante calore et frigore, dicamus putredinem nihil aliud esse quam resolutionem humidi et sicci. Deinde subdit Philosophus quod omni ex parte generationi aduersatur putredo, et hoc est Theorema primum a nobis explicandum, alia dicit quod et senectus et aridetas est via ad putredinem. Tertio dicit quod corrumpuntur mixta duobus modis nimirum combustione et putredine. Quod ad primum Theorema Tribus modis aduersatur generationi ipsa putredo, primo ratione termini 2 ratione modi, 3° ratione agentis et efficientis. Ratione termini, nam generationis terminus est esse, putredinis non esse. Ratione modi, nam generatio fit per vnionem humidi et sicci, putredo per resolutionem, Ratione agentis, nam in generatione agentes causæ sunt frigiditas et caliditas sed præcipue caliditas, in putredine uero non predominatur caliditas sed putredinis causa principalis frigus est. Addit autem Aristoteles quod putredo maxime communiusque opponitur generationi quasi dicat quod nihil aliud adeo contrariatur generationi quam putredo. Nam a nulla alia causa pereunt tam peculiariter ipsa generata quam a putredine, quod videtur falsum. Ita
„ combustio et citius peruenit mixtum consumit dissipat partes hu-
„ midi et sicci et elementaque, Ergo non maxime opponitur generationi
„ putredo sed potius combustio. Ita conatur Argelensis Aristotelem mendacii et erroris conuincere. Sed nos eandem quam obiectionem

Duplex

Duplex est corruptio. Altera quae competit mixto in quantum est mixtum, compositum generatum et per se. Altera vero quae non competit mixto per se, et in quantum mixtum est, sed tamen per accidens. Id est altera corruptio sequitur ipsum mixtum sive velit sive nolit, Altera non sequitur sed, abest et adest. Dicimus ergo quod putredo illa qua absumuntur cadavera in sepulchris opponitur generationi maxime, quia ita sequitur mixtum ut omnia mixta tentari hac dissolutione cogantur. Combustio vero non semper sequitur mixtum etiamsi dissoluat. Quare concludamus cum Aristotele quod quemadmodum generatio est primaria causa ipsius esse, ita putredo est ultima mutatio ipsius mixti generati. Sed nota primo quod putredo ipsa est et animalibus et in plantis, ex utroque enim fit cadaver et res inanimata, sed putredo in animali dicitur mors, in planta vero cum exarescit illa est mors. Secundo nota quod utrique et plantae et animali hoc duplex putredo naturaliter accidit, et per se sicut generatio et mixtio. nam nec animalia nec plantae hanc mutationem possunt vitare, ita rapiuntur a natura. Tertio nota quod alia est corruptio corporis animalis in quantum fuit animatum, alia in quantum mixtum. Recedente anima a corpore sive plantae sive animalis: ipsa quidem planta et animal emoritur et relinquitur cadaver eorum, ergo senserunt iam corruptionem, sed ista corruptio non est putredo, nam adhuc ipsorum cadavera ulterius corrumpuntur et dissoluuntur, putredo vero dicitur esse mutatio mixti extrema. Deinde recessionis animae non fit in quatuor elementa, anima enim non est elementaris ergo mors illa putredo dici non debet, putredo enim dissoluit mixta in quatuor Elementa. Cadaver ergo relictum iterum corrumpitur, sed nova corruptione et ultima, resolutum nimirum in quatuor Elementa, et hoc iam corruptio dicitur putredo et est mixti in quantum mixtum non in quantum animatum, ita ut corruptione duplici pereant omnia mixta animata, corruptione prima quae est recessus animae quae dicimus in animali mortem, in planta exarescentiam. Quarto differunt inter se istae duae corruptiones 3bus. 1o tempore 2o modo 3o vocabulo Tempore nam corruptio viventis in quantum vivens est prior, altera vero corruptio est posterior. Secundo Corruptio prior est per recessum animae non in quatuor Elementa. Posterior vero in quatuor Elementa, ut anima plantae in Elementa. Item Corruptio prior fit

anima plan. in Elementa.

ab intrinseco

ab intrinseco, posterior ab extrinseco, vide in lib: de vita e morte. Item corruptio prior fit à ꝓdominante frigido, sed per resolutionem calidi e humidi, ut lucerna in oleo. Unde si per morbum interimatur est quaedam corruptio sed non naturalis verum praeter naturam, e à causa extrinseca quae est frigiditas morbi. In iuvene similiter non datur mors naturalis, nam non adsunt causae morbi naturales. Eodem modo si planta congeletur e intereat non est corruptio naturalis nam non fit ab eo crescente sed praeter naturam. Quinto quaeritur illud cadaver quod post primam corruptionem relinquitur, est ne corpus organicum, videtur omnino quod sit, nam apparent manus, pedes, oculi, e si est organicum. Cur non habet actum e usum. Respondemus negando quod sit corpus organicum, nam organicum idem est quod vivens, unde dicit Arist: Anima est actus organici corporis vitam habentis in potentia, unde colligimus quod corpus illud non est organicum e dissimilare, sed similare id est massa quaedam uniformis unius naturae e nominis est in manus illa, non dominatur manus, sed tamen similitudo humanae manus sicuti pictura in pariete habet locum pedis, manus, sed dicit Arist: qui non potest videre nisi non est oculus, qui non potest ambulare non est pes. Sexto addamus hoc quoque quod licet multis modis pervertatur e mixtum et animal, nihilominus tamen unam habet extremam dissolutionem quae dicitur putredo. Inter alia igitur ut diximus Combustio quoque pervertit maxime ipsum mixtum sed tamen vera resolutio e naturalis putredo non est, quia dum ignis pervertit mixtum ipsum consumit illud e vertit in suam naturam non in quatuor Elementa. Inde frivolum est quoque quod obiicit Argenterius quod intereunt et docet putredine gladio, ergo non sola putredine. Nonne vidit Argenterius ille tali morte dignus quod illa causa externa est non naturalis, e debet dici accidentaria e est non ipsius mixti sed animalis, nam certe Argenterius non interficiet mixtum suo illo gladio, sed tamen ipsum animal, e sic error ipsius una cum veritate Arist: facile innotescere potest. Ex superioribus tamen maximum insurgit nobis hic dubium, diximus enim ipsum mixtum ab adustione quidem non naturaliter corrumpi, à putredine vero naturaliter. Sed obiicies tu, Quicquid destruit naturam, naturale non est, putredo destruit naturam, Ergo non est naturalis, vide 3. Cœli 20. apud Averroem: item 3 Physicorum 1°. I II

Secundo.

Secundo scribit Arist: quod omnia extrinseca sunt violenta, sed et adustio et putredo sunt extrinseca, Ergo violenta non naturalia. Vicomercatus video hanc difficultatem ingt, quod omnia utraque istarum corruptionum et adustio et putredo fiunt ab extrinseco, sed in hoc differt, quod combustio celeriter fit et ideo non est naturalis, putredo vero quia tardius naturalis dicitur. Atqui quasi velocitas efficit, ut aliquid non dicatur naturale, et tarditas est in causa ut aliquid dicatur naturale, Ergo motus terrae velocissimus deorsum non erit naturalis, et motus tardus sursum erit naturalis, quis est adeo fatui pectoris ut hoc indicet, quod tarditas det naturalitatem, Velocitas vero innaturalitatem. Compo:natius et Buccaferreus paulo aliter respondent, Utrumque quidem inquiunt isti, est violentum, sed putredo magis dicitur naturalis quam combustio. Nam sue naturae relicta mista putrescunt quidem sed non comburuntur, ut aurum et metalla. Sed neque hi satisfaciunt. Nam dicit Arist: quod relicta sue naturae metalla et alia adduc non a sua natura putrescunt sed ab alio efficiente nimirum ab alia calliditate que ambientis est. Si igitur non corrumpuntur a natura sua tanquam efficiente, sed ut ipsi dicunt ab aliquo violento et extrinseco. Quero ego cum utraque iuxta ipsos fiat ab Extrinseco et indicetur ab illis violentum, Cur ab Arist: altera Naturalis dicitur et altera non. Nos itaque respondemus ad hoc dubium tripliciter

I Primo multis multis aliquid dicitur esse naturale, nam etiamsi habeat aliquod principium intrinsecum ipsius motus et actionis, ob illud internum principium naturale dicitur. In putredine vero duo apparent principia a quibus proficiscitur putredo, nimirum materia et forma, et materia quidem est internum principium, forma vero externum. Nam dicit Arist. quod putredo fit ab externa caliditate, sed non sola, verum etiam ab interna frigiditate. Ergo si fit ab interna frigiditate iam quia intrinsecum habet principium dicimus quod fit naturalis. Differt itaque a combustione quia combustio non fit ab interno principio nempe a frigiditate interna, stultum esset hoc dicere, Ergo tantum ab externa causa, nempe ab externo calore, et ita non est naturalis combustio, nam nullum habet principium intrinsecum sed extrinsecum tantum.

II Secundo iterum respondemus, Putredo destruit naturam Ergo non est naturalis non sufficit hec consequentia, Nam etiamsi aliquid destruit naturam tamen alia ratione dici potest naturale scilicet quecumque hec particula

illi congruit

illi conquirit conferente cum passo, statim dr ille motus uel muto nalis. Hic uero in putredine manifestissima d q passiue nempe cadauer conferat vim ipsi mutoni, Nam mta est propensa ex sui na ad corruptione et putredine, quemadm lapidis naturam hoc est ut deorsum inat, et confert vim ipsum passu, ideo si manibus tamen demittat licet non tendat tamen descendet. Ita cadauer habet quidem principium internum putredinis nempe frigiditatem internam, sed ita vt et ipsum cadauer suapte na feratur eo quo mouens ducit Ergo putredo nalis est. Combustio uero minime. Tertio iterum in dem. Vrgetur q putredo non sit nalis quia peruertit naturam, iidemq q possumus dicere q e nalis et q non. In qtm deperdit nam, nemo dicere est q sic sedm natura sed per accidens erit nalis nimir quando. Exem Vir bonus mortem oppetens pro patria et bene facit, et non bene, bene quia consequitur inde salus alior, non bene quia sibi periculum affert, ita ignis et bene agit et male, bene quia sese propagat adurendo ligna. Licet et male, nam corrumpit ligna. Ergo hac rone quia corrumpit ligna maleficium operatur maleficium sed quia se ppagat et sibi simile inde generat bonu e et nale ipsius opus. Proinde dicimq q putredo e et nalis et non Naturalis quia gnationi viam sternit, Non nalis in quantu destruit unam speciem dum ~~destruit~~ producit alterum. Ad secundu Dubiu. Omne extrinsecum est violentu et contra natura, putredo est extrinseca nam fit ab externo calore. Rndo negandu q ois motus ab extrinseco sit violentus. Nam dt Ars 8 Phisi q que mouentur partim mouentur per se partim per accidens, que per se quedam sedm nam, quedam non, que sedm nam, quedam ab extrinseco quedam intrinseco, ita mirum vt si mobile moueatur ab extrinseco sed tn suapte quoq na sit obnoxium ad illum motu ipsiq mouenti extrinseco, dicimq q motus ille sit nalis id est pro inclinatione mobilis. Secundo ad idem dicimq q minor est falsissima q si putredo fiat ab externo principio, nam fit et ob interna frigiditate et quidem principali. His habitis ulterius agit Arist. de putredine Elementor, que etiam et ipsa putrescunt ut dt Phus sed no oia, et longe alr quam corpora mixta. Sed redigamus omnia uerba Arist a nob explicanda in tria Theoremata Po videndu q sit putredo sedm parte que non obuenium gnationi et tn est putredo. Sedo videamq quomo possint Elemta putresceri tertio quare inter omnia Elementa solus ignis non putrescat. Quod ad primu Argenterius opinatur, q mta ipsius mixti, cu sit humidum et siccum

~~id est~~ eo e mta

~~id est una mixti dissolvitur~~ et una sit pars compositi videtur
quod enim humidum et siccum, id est una mixti dissolvuntur putredo
dicitur partialis et haec opponatur generationi. sed fallitur. Nam dicit
Aristoteles quod putredo quae fit secundum partem, est recessus a propria sua natura
et competit Elementis non ipsis mixtis. Omnino enim quando putre:
aliquod scit aliquod Elementum, non fit dissolutio humidi et sicci, quia non esset
dicitur elementum esset mixtum corpus et non simplex. Ergo dicit O:
lympiodorus quod in hoc differt putredo partialis, a putredine to:
tali, quae opponitur generationi quod putredo totalis est putredo, corruptio
caloris naturalis et putredo ipsius mixti, putredo vero partialis nihil
aliud est quam recessus ~~recessus~~ uniuscuiusque rei a propria natura. Dicimus
igitur et nos quod omnis putredo partialis est, Cum quae res a sua propria natura
et temperamento discedit, seu mutat complexionem, ut si aqua deper:
dat suam naturam id est frigiditatem et humiditatem dicitur putredo, et
quia qualitas seu complexio ipsius elementi, est aliquid ipsius elementi
si putrescant hoc modo Elementa dicemus putrescere secundum partem
Quod ad secundum Dicimus putredine totali non posse tentari ipsa
Elementa sed tantum partiali illud est nam enim in putredine totali
humidum et siccum debeat divelli, et istud in nullo elemento coniungatur
dicimus hoc modo Elementa non posse putrescere, sed aliquando discedit
a proprio temperato, et hoc est ipsis putrescere. Discedit vero a proprio
temperato tunc, cum admiscentur peregrinae qualitates ipsis, quae divertunt
a sua pristina natura ipsum elementum, ut aer tunc dicitur putrescere
cum miscentur ipsi partes aqueae et vaporosae, unde ex hoc dicitur oriri
pestilentia et vocatur putredo aeris, est talis mutatio et recessus
a temperata sua et naturali qualitate. Atque inde est quod prudentes
medici ad compescendam pestilentiam igne purgant aerem, ita mi:
tuntur ut vapores terreos et aqueos aeris partibus admixtos con:
sumant et purgent et reducant ad qualitatem suam ipsum aerem qui
propter admistionem peregrinae exhalationis vaporis et aquae dereli:
quit suam naturam. Ergo vides quomodo putrescunt Elementa
animadverte quod ipsorum putredo nihil aliud sit nisi recessus a propria et
pristina natura, putredo vero mixti non modo recessus est a sua
propria natura sed deperditio totius humidi et sicci, non tantum habitus
qualitatis. Haec vero putredo partialis non tantum in Elementis
habet locum, sed etiam in humoribus humani corporis. nam quando humor
aliquis viciatur et discedit a suo temperamento appellamus febrem
non quod totus humor putruerit, sed quod tantum a sua natura pristina discessit.

unde quo

vnde quo magis recessit à sua ꝓpria natura tanto maior est putredo; et aliqñ ita putrescit, vt nunq; reduci possit ad benignum et uocamus pestilentẽ febrem, unde recte dr Arist: quod si misceatur phlegma cum alijs humorib. causat febre putredinis. Obseruandũ tñ q hæc putredo partialis solis elementis competit principalr. Et hinc est q Argenterium non possum non reprehendere q Aristotelem uocat diminutũ seu negligentem cum non recenseat uarias putredines. Hic Argenterius ipse scipsũ potius deberet dicere negligentẽ, qui non obseruauit, q Arist: primo agit de putredine partiali id est Elementorũ et postea de putredine totali id est mixtorum.

Inter Elementa cur solus ignis non putrescit

Quod ad tertium. Dubitatur à multis quare inter Elemẽta solus ignis non putrescat, cũ tñ oĩa alia Elemẽta putrescunt putredine partiali id est ignis cur nunq; discedit à sua nã sicut alia Elementa. Primo igr inde q ut dictũ est superius. putredo partialis nil aliud est, quam recessus alicuius rei à propria sua nã, q quidem tunc fit, qn aliæ qualitates admiscentur ipsi rei. Jam uero cum ignis maximũ sit actiuus et nullo mõ passiuus, non recipit illam admistionẽ alienæ qualitatis, sed dissipat consumit purgat, et inde quanto maioris est actiuitatis vnumquodq Elementũ, tanto difficilius putrescit, id est discedit à natura sua ut est ignis; quanto uero magis Elementum passiuũ, tanto citius putrescit, id est amittit nãm ut aër. Secundo quicquid aliquam rem deffendere [illegible] à putredine scipsũ magis defendit, sed ignis ita se habet. Nã diximus putredinẽ aliquorum quoq Elemẽtorum ab igne depurgari, quia cum putredinem patiantur cum miscentur ipsis illa quæ non deberent misceri, ignis disgregans homogenea ab heterogeneis putredinẽ emendat. Tertio quoq possumus hanc rõnẽ addere, cur ignis non putrescat, quia licet aliena quoq admisceantur interdũ ipsi igni, tamen ignis nutritur potius ab istis quam corrumpitur, nam oĩa Elemẽta sunt materia ignis, ipse uero nullius est mãa, ergo ex dictis uidr posse colligi quod solus ignis non putrescit, alia uero oĩa putrescunt. Sed contra hoc uidr non leuius posse afferri dubitũ, Nam Arist. in lib. de longit: et breuitate vitæ quærens cãm cur pinguia nõ putrescant dicit hoc esse in causa quia sunt aërea. Si ergo ea quæ sunt aërea non putrescunt Ergo falso dicitur

q solus ignis

quod solus ignis non putrescit, alia uero putrescunt omnia. Respondemus enim Arist: ut pinguia non putrescere, non intelligit impossibilitatem putrescendi sed tantum difficultatem. Nam omnia pinguia et aërea putrescunt, sed difficilius et tardius quam terrea et aquea scilicet putredine totali. nam putredine partiali ut diximus citò putrescit aër, quia est maxime passiuus et receptiuus alienae qualitatis actiua uero elementa minus putrescunt putredine ista, ut ignis et aqua et inter haec quia ignis maxime actiuus est minime putrescit frigus uero est actiuum sed minus, et ideo frigida putrescunt quidem sed tardius quam sicca et humida, unde hyeme difficilius putrescunt carnes praesertim pingues, nam sunt aëreae et aërea habet aliquid caliditatis, et si haberent aliquid siccitatis minus putrescerent nam siccitas est lima caloris. His habitis posteaquam cum philosophis docuimus elementa putrescere et quomodo putrescunt. Nunc reliquum est ut cum philosopho accedamus ad putredinem corruptionem totalem quae mixtorum est et ab Arist: hoc modo describitur Putredo est etc. quae definitio putredinis ab initio tum inter Medicos tum inter philosophos celeberrima fuit. in qua sane explicanda ut certa Methodo procedamus per haec capita discurremus 1o. putredo ab Arist: definita cuiusnam rei sit affectio. 2o. afferetur definitio nominis. 3. qua via ista definitio est inuenta. 4o. propter difficultatem explicabimus modum usus putredinis tum ex Medicis tum ex philosophis. 5o. Distinguemus putredinem Medicorum a philosophica, et quia scire non est nisi rem per causam cognoscere idcirco considerabimus sexto loco efficientes causas putredinis externas et internas. Quoad ad primum putredo ista quam Arist. hoc loco definit non accidit ipsis Elementis, sed tantum mixtis seu compositis, et distinguitur a putredine superiori in hoc quod illa putredo nihil aliud est nisi recessus rei a propria sua natura hoc uero non est recessus a sua natura sed dissolutio et ruina extrema ipsius rei. Item ista putredo est rerum perfecte mistarum illa imperfecte mistarum. Item ista putredo totalis est, illa partialis. Item putredo ista est illarum rerum quae habent calorem naturalem qui amitti debeat in putredine ut aqua dum corrumpitur non putrescit, ita ut amittat calorem naturalem quem nec habet sed tamen dicitur putrescere discedens a suo temperamento. Ita si aër corrumpatur non putrefacit ipsum aërem frigiditas interna quia non est, sed discedit a suo temperamento, et ita concludamus quod ista corruptio non competit

Elementis

non competit Elementis sed tantum Elementatis. Quoad Se-
cundum. Putredo ista ergo non aliud sonat, nisi naturalem interitum
ipsius misti compositi ut est mixtum, inde bene dicitur est putredo
Ergo naturalis corruptio, sed non conuersiuum, est naturalis Corruptio ergo
putredo nam corruptio viuentium licet sit naturalis, non tamen est pu-
tredo hec definita, Namque non fit ab aliena qualitate continente
sed ab intrinseca ut senectus, morte impotentia respirandi.
Quoad ad Tertium quia ut ostensum est supra Oppositorum op-
posite sunt definitiones, vtique enim dicimus generationem fieri a pre-
dominio caloris dicimus cum philosopho quod putredo fit a debilitate et im-
potentia caloris naturalis. Sed quomodo dicitur cognouit Arist. quod
ab impotentia caloris naturalis oriatur putredo, a dominio uero e-
iusdem oriatur generatio. Dicimus quod cognouit illud Arist.
ex plurimis signis temporibus anni, regionibus etc. Videbat in
cadauera facilius putrescere estate quam hieme, Ergo hinc
colligebat putredinem oriri non a frigiditate externa sed a ca-
liditate. Item ex metallis que enim a uehementi frigiditate
sunt congelata difficillime quoque putrescunt, eo ipsorum natura, non potest
non potest superari a calore ambientis aeris. Item inde quoque natura
videbat in putrescente cadauere generari uermes, quod non aliunde
fit nisi quia ex cadauere illo segregatur caliditas que facit vni-
re humidum cum sicco. Quod uero fiat a frigiditate interna ipsa
putredo illinc cognouit ipse nam videbat ad predominium caloris
externi sequi imbecillitatem interni, et sic putredo si fit a pre-
dominio externi caloris, ergo fit ab interna frigiditate. Nam Re-
gula est quod quantum remittitur in vno contrariorum tantum
augetur in altero et e contra. Quoad ad quartum. Difficilis
omnino est intellectu definitio hec putredinis plenaria sed tamen si ex-
plicemus uerba facilius comprehendemusque sententiam. Dicit ergo Arist.
ipse quod putredo est corruptio caloris, ubi videndum quid intelligat
Arist. per hanc phrasim Corruptio caloris naturalis, aut enim intelligit
calorem totum simpliciter in misto corrumpi, aut mutationem tantum
caloris a suo naturali statu, procul dubio primo modo intelligi non
potest. Nam Arist. assignans causam, cur ex cadauere fiunt uermes
dicit quod in putredine manet caliditas que dum segregatur vni-
ens humidum cum sicco, unde patet manere calorem aliquem
in putredine, Ergo non possumus dicere, quod corruptio caloris naturalis

quod totum

calor perit et evanescit. Ergo dicamus, quod perit ille calor
in putrefactione qui conservabat ipsum viventis, et dabat illi tem-
periem mensuram etc. quod hoc verum sit probatur inde, Nam dum res
inanimata debet fieri animata, et debet introduci anima in composito
calor non quilibet in illo misto admittitur, et non in quolibet gra-
du sed tantum attemperatus et commensuratus ipsi misto, Ergo dum
in putredine mensura ista vitiari incipit tunc corrumpi calor
naturalis, et hoc inde quoque colligitur, nam videmus in iuvene plus
esse caloris quam in sene, et tamen uterque eodem modo vivit, ratio
est quia senex licet non habeat multum caloris tamquam iuvenis
habet tamen tantum quantum commensuratur suo corpori et sufficit
ratione proportionis humidi radicalis. Sed hic maximum oritur Dubium
Duplex et calor videtur mutare statum suum naturalem Excessu ut
in febribus. Nam iuxta Medicos febris est excessus caloris Aliquando
vero corrumpitur status caloris defectu ut dicimus in putredine
fieri, quid ergo hic dicendum, sentiamus nempe, quod putredo est ab ex-
cessu caloris, Cum iam concluserimus quod fit ab excessu frigoris
interni. Medici omnino fatentur quod putredo fit quoque ab ex-
cessu caloris interni, nam dicit Arist: quod a calore ambientis fit
putredo, sed calor externum non debilitat sed potius auget, qui
postea auctus intus consumit humidum ipsius misti, et pervertit
ipsum mixtum. Respondemus Primo Medicorum erronea est, nam numquam
fit putredo ab excessu interni caloris, sed calor externus predo-
minans allicit ad se calorem internum, et relinquitur vel succedit
frigiditas interna, calore absistente et evanescente, propterea quod
laxavit meatus et spiramenta calor externus predominans
inde dixerat Philosophus generationem fieri a predominio caloris Ergo
corruptio fit a predominio frigoris. Sed calor a calore non
destruitur, falsissimum est, nam dicit idem Arist. quod calor maiorem
consumit minorem, nimirum quia dissipat alimentum minoris
simile a simili conservatur, verum est quod conservatur per se, sed
per accidens maiore destruitur. Sed notetur phrasis Arist.
dum dicit quod putredo fit in unoquoque humido. Humidum enim
duplex est, Aëreum et aqueum, non modo calor naturalis corrum-
pitur in putredine dicit Arist. sed et utrumque humidum. Calor
ambientis dicunt Medici quod per calorem ambientem intelligitur
omnia calefactiva circumstantia ipsum calorem naturalem

Sed hoc

sed hoc falsum est, nam in putredine minuitur calor naturalis, at
ab his circumstantib: non minuitur sed potius augetur, ut scribit
Medici calore ambientis esse quoque fumos illos a quib. accensus
calor naturalis facit febrem. Dico quod minuitur calor naturalis in putre:
dine non augetur et sic non ab omni calore ambientis et corrumpi
quales sunt fumi febrifici Nam ab istis calor naturalis non minuitur
sed adauctus in igneum vertitur. Deinde corruptio caloris natura:
lis in febrib: fit per coangustationem meatuum ipsius corporis, sed ca:
loris putredo in putredine ista non aliter fit quam ob laxationem
pororum, per quos a centro ad circumferentiam dissipatur.
Quod ad Quintum. Audiuimus hactenus definitam putre:
dinem ad mentem Arist. Nunc quia Gal. aliter definit putredinem
cum medicis videamus et ipsam atque conferamus. Gal. igitur 2 Meth.
Putredinis definitio à Gal.
8. hanc affert putredinis definitionem, putredo est corruptio to:
tius substantiae putrescentis ad corruptionem ab aliena calliditate.
Dicit pro totius substantiae ad differentiam putredinis partialis, quae est
tantum ut diximus recessus a propria sua natura. Nam et humores fe:
brium putridarum, dum putrescunt non totaliter putrescunt, quia pe:
rire debent sed a sua natura discedunt, unde et emendari a
Medicis debent nimirum quia respiratio prohibita fuit, et facta fuit
obstructio, medici reserando obstructiones reducunt ad suam naturam
ipsam putredinem, Additur putrescibilis uel putrescentis ad
differentiam substantiae viuentis, hoc modo non putrescunt, putredinis n. finis
est terra, addit postea ab aliena caliditate, sed illa quae sit
non exprimit. Nunc comittamus vtranque Gal. dicit putredinem
esse corruptionem totius. Arist. dicit quod putredo est corruptio ca:
loris interni, non dicit quod substantiae, quid igitur dicendum sentiendum? videtur
prima fronte Gal. definitio esse perfectior, nam calor non putrescit
sed substantia putrescit, dicit n. Arist: quod ortus et interitus est sub:
stantiarum. Respondemus vtraque definitio vera est, sed in hoc differt
a se mutuo, quod alter definit putredinem formaliter ut Gal. alter
causaliter nempe Arist. ut exemplum in lunae definitione Eclypsim
lunae dupliciter possumus describere, et nihilominus definitione congrua
Primo si dicam Eclypsis lunae est priuatio luminis in luna est
definitio formalis, nam id solum in definitione cui accidit aliquid
et uocatur definitio secundum quid uel secundum terminum
Aliter definit Eclypsim esse interpositionem terrae inter lunam

e aspectu

et aspectum nrūm, hoc iam definitio causalis est, Nā causa
aperit a quo aliquid patiatur aliquid. Galꝰ itaq̃ definit pu-
tredinem secundum terminum cum alteratiōne, In omni enim
generatione tria sunt, 1° generatio subst̃e 2° terminatio, unio
humidi cum sicco, 3° dominium caloris terminantis supra humi-
dum et siccum, ergo oīa ista tria debent in putredine perire
ut substantia nimirum pereat, humidum et siccum dissoluantur, cali-
dum non dominetur, et ita ex his omnibus una insurgit integra
definitio putredinis et inde demonstratio. Putredo est corru-
ptio totius substã putrescentis facta a corruptione caloris naturalis
et proprij in unoquoq̃ humido ab aliena caliditate. Arist: vero
non addit, putredinem esse corruptionem subst̃e. nam illud relinquit
pro indubitato, Hæc vero definitio tres causas continet, forma-
lem, et est corruptio quæ ponitur loco generis, Nam in definitione
substãe licet materia ponatur loco generis, tamen in definitione accidentis
forma ponitur loco generis, Materialem et est humiditas nam pu-
tredo accidit unicuiq̃ humido et subiecto. efficientem et est aliena
caliditas quæ est ambientis, et hæc particula loco differentiæ ponitur
etiam. Nam cum putredo definitur esse corruptio in unoquoq̃ hu-
mido, conuenit in hac parte definitionis ista putredo cum putre-
dine partiali quæ fit in humoribus: sed differunt in hoc, quod putredo
hæc totalis fit ab externa caliditate, putredo vero illa partialis
quæ est corruptio aut humoris aut viui animalis, non fit ab externo
calore sed ab interno, quod dicitur inflammatio vel obstructio et ariditas
proueniens a prohibita debita respiratione. Nam teste Arist: in lib:
de morte et vita, Mors duplex est. Violenta et naturalis
violenta semper prouenit ab extrinseca causa. Naturalis vero
mors fit, quando pulmo calorem et æstum ipsius cordis, non
potens extinguere debita euentatione, nam una cum animali toto ipso
quoq̃ diuturnitate temporis maxime marescit, nec potest postea
suo officio fungi, laxat habenas igni interiori qui cum non mo-
deretur a ~~calore~~ pulmone iam arido & debili: conuertitur in resi-
duum ipsius humidi radicalis et ipsum depascitur, quo consum-
pto perit vita, et vocamus hanc mortem naturalem, quia oritur ab
interno principio et non est putredo totalis, nam non fit ab ex-
terna caliditate, sed potius ab interna flamma, nec habet causam

positiuam.

positiuam ista putredo partialis, quam mortem naturalem uocamus sed priuatiuam, quæ est impotentia respirandi, proueniens ab in-habilitate pulmonis ad motum. Eodem modo si plantæ et animalia propter immodicum frigus et gelu pereant, moriuntur quidem sed non morte naturali, uerum uiolenta. Atque adeo siue ab Excrementorum copia nimia siue ab adaucto intus calore fiat interitus animantis semper mors illa uiolenta censenda est. Præter unicam illam mortem quæ fit ab impotentia respirandi, et dicitur naturalis. Hic uero non intelligit Ar-genterius Arist: qui dicit non recte factum esse ab Aristotele quod non declarauit naturam et modum putrefactionis illius qua incedit cali-ditas exterior. neque enim opponit humiditati uel sicco, fallitur Argen-terius Nam Arist: calorem putrefactiuum semper adiungit humi-ditati, unde dicit quod quæ putrescunt primo fiunt humida, Nam calor exterior laxando meatus corporis, attrahit foras ipsum humidum. Sed hic noua nobis occurrunt dubia contra prædicta quibus debet satisfieri, Primo si putredo fieret ab aliena caliditate, er-go mistum positum in uacuo non putresceret sed in æternum duraret, Nam in uacuo non adest caliditas aëris ambientis quia nec est aër, sed consequens falsum est, Nam omnia composita in-feriora subiecta sunt corruptioni ubicumque consistant. Secundo si ab Externa caliditate prouenit putredo ergo si mistum ponatur in aëre temperatissimo nunquam putresceret. Nam deberet dari talis calor, quia ita commensuraretur ipsi calori ipsius mixti ne illum superaret unquam. Sed et hæc consequentia falsa est nam mixta ex Elementis æterna esse non possunt, et si possunt esse æterna ergo impossibile est possibile. Secundo hæc defini-tio putredinis competit et combustioni, Ergo non est bona Pro-batur antecedens, nam et combustio fit a prædominio caloris externi. Respondemus ad primum possumusque admittere totum Argumentum Nam tota Conditionalis potest esse uera cuius antecedentes sunt impossibiles. Nam uerissimum dictum est exse, Nullum compositum esse æternum, sed si dicas ponatur in uacuo ergo erit æternum, falsa erit hic ista propositio propter tuam impossibilem, nam falsissimum est quod ponas in uacuum ipsum mixtum. Ratio est nam corpus mixtum indiget nutrimento si debet esse permanens sed in uacuo non habet non habet nutrimentum. Deinde si ponas in illo tuo uacuo corpus

uiuens

viuens non pt esse viuens, nam non aderit pulmonis euentas
tio, sed dices positu in vacuo corpus mixtu non habebit putredi:
nis causam, ergo non putrescit, retorqueo ego et dico, q in vas:
cuo non habet causam permanentiæ et sustentatione Ergo ibi per:
manere non pt, nam non sufficit deesse impedimentu, sed abesse
debet auxiliu. Ad secundum. Negamus Consequentia, ad pro:
bationem vero deniq resoluere, q licet in aere temperato collocas mistu
ut penitus adequetur ipsi mixto, adhuc tn putrescet licet tardius
nam ille calor temperatus adhuc calefaciet modice externus et
sensim extrahet ad se calore internu et ita licet tardius tamen
perueniet mixtu, unde non dt Arist: simplr, q cadauera in lo:
co frigido nunquã putrescant sed dt q difficilius Dices ergo po:
nam mistum in aere frigidissimo et sic non putrescet, concedo
q difficilius oio putrescet. Sed testatur experientia sed nome
uideo q aer ex sui na est humidus et calidus, q semp sequitur
mistum et sua caliditate licet pusilla adhuc afficiet, vide et q
Metalla q frigidissimam habent natam et connexione, si adhuc
in frigido loco asseruantur licet non illico, tn oio putrescunt.
Ad Tertiam Negamus q easdem debeant causas efficientes
putredo et combustio, Nam in putredine ab Externo calore
euocatur calor natis et minuitur et succedit postea frigiditas
At in Combustione a calore externo augetur potius et in:
ternus calor quam minuatur. Itē in putredine no vertitur
mistum in substām putrefacientis, sed in combustione vertitur
mistum in substām comburentis. Differt ergo inter se hæ
duæ Corruptiones, causis modis et operationibus. Quod ad pro:
positum utrum sextum et ultimum pertinet videamus nunc eas
Efficientes ipsius putredinis quas quidem Arist: duas ponit, vna
externa q est caliditas ambientis, et alteram interna, quæ
est frigiditas interna, vnde patet q Cā efficiens putredinis
partim est similis calori nāli, in qtm est calor, parti contra:
ria in quantu est frigiditas interna. Ceterum Arist: uidetur
Hic contrariari Diuino illo Hipp. qui in lib. de Nā humana
dt Corruptione misti prouenire ab excessu et superabundātia
4 primar qualitatu, unde no mo ab Externo frigore et calore

prouenire pt

prouenire sit putredo sed et ab humore et siccitate. Adde
ad Arist: scire, quod et frigiditas Externa causa sit corru:
ptionis, nam et externa caliditas uel frigiditas ita sunt sibi
mutuo aduersa ut interna. Respondemus Hipp. dum dicit Corruptionem
fieri ab excessu primarum quatuor qualitatum loquitur de corruptione
viuentium praesertim aut animalium et inprimis ipsius hominis Hipp. n.
est Medicus et uersatur circa hominem et quidem uiuum, cuius sanitas
non consistat in symmetria quatuor primarum qualitatum, ideo sanitas
uitiabitur turbata proportione qualitatum. Cum igitur Hipp. non
loquatur de Arist. putredine facile cum illo conciliatur. Ad se-
cundum dicimus quod licet et interna et externa frigiditas sit ini:
mica calori interno, sed tamen interna frigiditas est causa putre:
dinis ipsius misti, imo iuxta Arist: frigiditas interna prohibet po:
tius putredinem. Sed et Gal. 2 de Temperam: dicit quod uel possit
ab externa frigiditate corrumpi, loquens de toto misto non de
partib. Causa diuersitatis est, quoniam putredo fit per euaporationem
caloris natiui uel potius interni, quam euaporationem impedit frigus
externum, et hoc modo conseruat potius calorem internum reconcen:
tratione ut uocant, atque ita frigiditas externa cohibendo calorem
retinet et humorem et unit potius quam dissipet humidum et
consequenter conseruat. Sed cum externa caliditas dissoluit et euocat
calidum internum, in intimis partibus minimus manet calor et
subingredi incipit frigus, quod frigus expellit postea totum calorem
et mortificat, quare frigiditas interna magis est contraria
interno calori quam frigus externum. Obiiciet aliquis Dictum est
supra ex Arist. quod frigiditas est causa generationis ipsius misti ergo
non est causa putredinis. Respondeo frigiditas interna nam de illa
loquimur, potest esse causa et generationis et corruptionis, generationis
quidem dum est moderata, putredinis uero dum est superflua.
Sed ut intelligamus modum caloris ipsius putredinis corrupti:
onis, scimus quod calor multiplex est, quidam in igne, quidam
in corpore uiuo, quidam in misto seu cadauere, in quibus ipsis
est calor, et dicitur corrumpi potest secundum diuersi modi pro earum ipsarum
diuersitate. Primo n. calor est in igne qui et ipse corrumpi
sed non ita ut calor misti uel calor animalis, uerum tribus modis

Primo q

Primo per copiam, ut si multum olei infundas paruo lu=
mini, secundo per defectum, ut si penitus deficiat et
consumetur oleu, tertio à contrario ut si igni imponas gla=
ciem uel aquã corrumpitur, vide Galen. in lib. de caus. morb.
Sed hic attende q nos hic loquimur de igne composito, qui
aput nos est non de elementari. Ignis n. elementaris nullã
habet conuersionẽ cũ oleo, nam nutritur solo calido et sicco, et ille
ut audimus supra putrescere et corrumpi, seu à sua qualitate
degenerare non pt. Sed ignis iste compositus noster nutrit
humido, non calido et sicco, et de istius corruptione hisce nũc
loquimur. Calor uero ipsius uiui seu animalis corrumpitur
quinq modis. Primo per egressum caloris nãlis, secundo ob de=
fectum materiei, tertio ob externã frigiditatẽ, quarto ob
suffocationẽ, quinto ob prohibitam transpiratiõẽ. istis qnq
modis corrumpitur calor internus ipsius aĩalis. Calor uero
ipsius misti, corrumpi itẽ duobus modis. Pº ab exter=
na caliditate extrahendo foras humidũ et calidum.
Secundo ab interna frigiditate, euanescente caliditate intus
surredente, ut iam ex definitione colligere potuimus.
Enarratis ijs quae ad utriusq putredinis explicationẽ requiri
poterant. Reliquũ est ut ad alia modo transeamus, quae putre=
dinis naturam perficiunt. Et quo magis Auditoribus satisfiat di=
uidemus presentem contemplationẽ in tria capita. Primo uide=
bimus quid sequitur ex definitione data ipsius putredinis, secũdo
quae sunt prohibentia putredinem. tertio, unde et quomõ in ipso
misto generentur uermiculi. Quoadprimum. Diximus putredinẽ
fieri ab externo calore eliciante calorem naturã internũ et
dissipante unde sequitur etiam in cadauere adesse calorem
sed suo modo. Nam mistum si mistum est habebit siccitatẽ
quia sunt fundamenta totius misti ipsae partes siccae. Sed si cũ
enim sicco uniri non pt nisi humido, habet ergo humiditatem
habet et externã frigiditatẽ. Nam interna frigiditas est cã corru=
ptionis. Habet et ultro et calorẽ, q a si nõ haberet non possent
corrumpi calor, sed corrumpi ipse internus calor ergo adest.
Sequuntur ergo quod hae quatuor qualitates adsunt in misto.

Secundo

Secundo ex eadem definitione sequitur Elementa adesse in ipso misto substantialiter. Quod quia Latini negant, ita contra eos ex verbis Philosophi argumentor. Dicit Philosophus in precedentibus verbis quod finis istius putredinis est terra. id est ex mistis putrescibilibus fit terra vnde sic discurro. Terra illa in quam resoluitur ipsum mistum, aut generatur de nouo, aut est eadem nostraque composuerat mistum dum esset ~~mistum~~ viuum. Sed de nouo generata non est, ergo eadem est nostra que fuit in misto secundum substantiam. Assumptum probatur quia si illa terra non est de nouo generata et producta a celo, aut ab alia terra, aut ab aere. A celo generari non potuit, nam iuxta Philosophum 2 Physicorum Causa vniuersalis non producit effectum particularem sed vniuersalem, At celum est causa vniuersalis Ergo terram illam particularem non produxit. Dices tamen Sol est causa vniuersalis et tamen producit hunc hominem. Respondeo Sol ut sol causa est causa vniuersalis non producit hunc hominem, sed hominem Leonem plantam, verum postea per accidens ut ipsius virtuti et actioni iungitur virtus et actio huius vel illius indiuidui generantis hominem hunc Leonem, secundum quam limitatur ab aliquo indiuiduo, vnde Sol non generauit illud indiuiduum, sed Sol et homo homo, Sol et sic leo, Ergo quia causa vniuersalis non producit particularem effectum, non possumus dicere terram illam a sole et celo esse generatam. Sed nec ab alia terra est generata illa noua terra. Nam ut antea ostensum est in omni generatione debet predominari calidum et frigidum ipsi humido et sicco. Sed in terra non adest caliditas nec frigiditas in summo, sed siccitas Ergo inepta est ad generandum. Vltimo non potuit quoque generari terra illa ab aere Nam ut mox dictum est generatio fit a predominio calidi et frigidi super humidum et siccum. Sed in aere non est frigiditas que predominetur super humidum ergo nec ab aere generata est terra illa. Dicendum ergo quod terra illa post putredinem apparens non est de nouo genita, sed adfuit in compositione misti tanquam pars vna ipsius et si sic Dicimus quoque terram adesse in ipso misto substantialiter formaliter, Sed si terra adest vtique alia Elementa debent adesse. Nam ex illorum mistura fit mistum, vnde recte dixit Hipp. quod singula elementa post resolutionem ... ~~loca~~ suas sedes et regiones.

Prima ratio

Secunda.

Tertio

Quod ad sextum

Quoad secundum, quaerendum nobis hoc loco est, quae sint
illa quae resistunt putredini et qualia. Sciendum itaque ex Philosopho
1 venisse, quod frigiditas externa maxime prohibet putredinem
unde hyeme tardius quam unquam putrescit. Dicit ergo aer frigidus
semper composita nunquam putrescerent. Respondeo Negatur, nam aer
est ex sui natura calidus et humidus, et paulatim semper agit
et elicit internum calorem. Quanto vero est frigidior, tanto
minus putrefacit ipsum compositum. Ratio est ut supra quoque obi-
ter tetigimus cum Philosopho. Nam omne putrescibile ita putrescit, si calor
externus agat in ipsum mixtum, quia quod calor aperit poros et me-
atus ipsius mixti per quos evocat ad exteriora calorem inter-
num ipsius mixti, cum quo quidem interno calore evocatur simul
et dissipatur humiditas illa quae compages unit et vinculum par-
tium siccarum. Ergo istis exhaustis necessario sequitur ruina et resolutio
ipsius mixti seu putredo. At hoc omnia frigiditas externa arcet
nam nec partes illas nec porositates sinit adaperire per quas exi-
re spatiose ille humor et calor interior possit, sed tarde et diffi-
culter, nec unquam rarefacit sed semper densat corpora et unit.
2 Secundo prohibet putredinem et densitas mixti ipsius, quemadmodum e
contrario laxitas accersit putredinem, nam corporis densitas in causa
est, ne calor exire et difflari possit una cum humore, unde os
in animali difficilius putrescit quam caro, nam partes sunt adeo
densae, ut non possint calor et humor internus evaporari facile
et dissipari, hoc modo Metallaria et Mineralia, quia compactissima
sunt difficillime putrescunt. Sed tamen demum putrescunt et ipsa, et
non aliter quam cadaver, evaporante nimirum calore ipsius et humore
Nonne enim videmus ferrum longo tempore exedi et corrumpi rubigine
illa ~~putredo~~ rubigo nihil aliud est nisi humiditas ipsius ferri quae exivit
et ibi concreta est, laxavit partes ferri et humidiores reddidit
et tandem traxit ad ruinam. aperte vero calor externus non
adest in corruptione ferri, et metallorum praedominari, sed tamen otio
praedominatur et ipse elicit sensim ex ferro rubiginis causam quae
humiditas est, nam humiditas ex sui natura non moveretur ad exitum
nam est passiva qualitas, nisi a calore externo putrefactivo ex-
traheretur extrahitur autem tarde et difficulter propter densita-
tem unde et inter Metalla difficillime omnium putrescit Aurum
propter densitatem.

Tertio maxime

Tertiò maxime repugnat putredini, etiam excellens caliditas interna ipsius misti, ut Aloës, Mirrha, Balsamum et oleum Cedrinum quia maximum internum calorem habent, difficillime quoque putrescunt. Nam licet calor ambientis in ista quoque agat, tamen tamen habent calorem internum, ut facile ille calor internus insultum externae caliditatis perferre possit. inde est quod cadauera impleta balsamo mirrha et Aloë tantum concipiunt vim ab istis, ut putredini diutissime resistant. Quarto motus quoque multum confert ad calorem internum adiuuandum et corruptionem retardandam, quemadmodum tarditas et quies, maxime accersunt putredinem, unde aquae stagnantes facillime putrescunt, fluentes uero difficillime et post longissima saecula.

Quinto Magnitudo quoque et quantitas multum confert ad putredinis remotionem nam maiora difficilius putrescunt quam minora. si sint et continua illa maiora, addo continua, nam cumulus maximus frumenti proiectus et sparsus in terram citius corrumpitur quam lignum unius cubiti. Nam licet maximus sit cumulus tritici, tamen corpora quia non sunt continua facilius patiuntur, unde et mare difficilius poterit putrescere quam minima flumina. Ultimo prohibent putredinem ea quoque quae maxime siccant Unde Sal et ipsum a putredine tutum est, et alia conseruat, nam partes ipsius misti exteriores et interiores ita siccas reddit ne possint laxari, et calori atque humori interno uiam praebere ad exeundum, unde uidemus omnia sale condita reddi duriora quam antea fuerant, non quod durissima et densissima, nam sal non est frigidus, sed tamen dura ne possint laxari et emolliri. Et haec habuimus dicenda secundo loco.

Quod ad tertium. Videndum nobis hoc loco est. Cur et quomodo ex putrescente cadauere generentur uermiculi. Sed ut omnibus satisfaciamus diuidere debemus hoc quaestionem in quinque Capita. Primo uidendum est quomodo uermiculi illi generentur Secundo a quo. Tertio Cur ex putrescente cadauere animalia potius generentur, quam plantae uel Metalla. Quarto cur in combustione cadaueris talia non generentur. Quinto haec animalcula ex putri generata sint ne eiusdem speciei cum alijs ex semine generatis

Quoad primum

Quod ad primum. Modum quo ex putrescenti cadavere ge-
nerentur vermiculi declarat nobis Arist. in definitione putredi-
nis et generationis. Quando n. putredo a praedominante externo
calore et interno frigore provenire dicebatur, Eodemque modo generatio
nil aliud est dicebat Philosophus quam unio humidi et sicci a praedomi-
nante calido et frigido. Ergo in generatione illorum quoque animalculorum
debuit uniri et uniri humidum et siccum, a praedominante calore
et frigore servata conditione generationis ipsius. Sed quomodo unitur
humidum cum sicco in cadavere et fit vermis. Attende quod Cadaver
illud dissolvi incipit et resolvi. Cum ex cadaveris humiditas
siccitas, caliditas, frigiditas, incipiunt dividi et resolvi. Tunc
calor et frigus ipsius cadaveris incipiunt relicto cadavere agere
in particulas putrescentes ipsius cadaveris, quae ita elaborant mi-
scentes humidum cum sicco, ut ex illis generetur novum animal
unde hoc verba ita nobis sonant Philosophus. Ex misto putrescente generantur
animalcula, Nam segregata caliditas misti, naturalis existens
facit stare humidum et siccum putrescentis id est caliditas ipsius
misti tribuit unionem novam et consistentiam humido et sicco ex
cadavere putrescente decisis et resolutis. Hoc quidem est brevis
et concinna adumbratio generationis vermiculorum. Sed quia hoc propter
difficultatem et obscuritatem rei et intelligere et credere non
omnes statim possunt, ideo ulterius repetenda res est et du-
biis quae in contrarium afferri possunt resolutis, credo vos perspicue
huius rei veritatem intellecturos. Dubitet quispiam hoc modo pro
dicas generari vermes ex humido et sicco ipsius cadaveris. Sed hoc
videtur falsum. Nam putredinem dixisti concessisti nil aliud esse quam reso-
lutionem et dissipationem humidi et sicci, sed ex eo quod semel
est resolutum nil potest generari. Nam aut non est iam, Aut etiam si sit
non iam amplius copulari potest. Respondeo per distinctionem
duplicem poterit humiditatem considerare in ipso misto putre-
scente. Alteram quidem dissolutam, id est ab interioribus
ad exteriora egressam, de qua dicit Arist. quod quae putrescunt pri-
mo fiunt humida. Alteram vero nondum dissolutam sed quae est
in via, et in intimis et profundioribus partibus misti &. Sed nondum
est egressa nec amisit adhuc totum calorem sed incipit. Dicimus

itaque

itaque quod verum est ex dissipato ~~calore~~ humore ipsius cadaveris non generari
vermes. Nam ita iam humor ille amisit caliditatem et frigiditatem unio-
nis causa, ut iam ineptus sit ad generandum. Sed generantur vermes ex humi-
do nondum dissoluto, nec dum secreto ab omni siccitate. In tales parti-
culas ita agit calor et frigus ipsius cadaveris, ut generetur novum animal
et quia minimae sunt illae portiones ex quibus fit animalculum. Ideo valde
exigua caliditatis et frigiditatis ~~portio~~ unio sufficiet ad illius generationem
et illi vermiculo erit ut loquitur Philosophus Naturalis id est sufficiens et
congruus. Quod vero autem sit quod talia animalcula ex humiditate nondum
dissoluta generentur, ostendunt nobis vermes qui semper ex profundo corpore
scaturiunt, non ex superficie cadaveris. Secundo iterum obycies
contra idem. Omnis generatio debet fieri a calore praedominante, sed in ca-
davere non praedominatur calor ipsi humido et sicco, Ergo ibi vermes
non a calore generantur. Probo minorem, Nam putredo nihil aliud est
quam cum caliditas adeo est diminuta, ut non possit humiditatem et
siccum unire. Ergo hoc modo non praedominatur. Respondeo sufficeret nobis
quidem Auctoritas Philosophi dicentis quod segregata caliditas uniens humidum
et siccum est causa generationis vermium. Nam dicit segregata, apparet non
debere intelligi caloris aeris ambientis esse generationis vermium causam
Nam calor aeris est potius segregans non segregatus. Tamen ut ma-
gis acquiescatis videor per ~~distinctionem~~ distinctionem, Calor dupliciter consideratur, Re-
spectu mixti et respectu animalculorum. Respectu mixti procul dubio adeo
est diminutus, ut non amplius possit illi esse naturalis, nam non potest
conservare mixti naturam. Sed respectu vermiculi est naturalis, nam sufficit
ad uniendum minimum humorem cum minima siccitate, praesertim cum humidum
et siccum maxime patiantur ab activis, Deinde quia talia animalcula
carent fere sanguine, non multo egent calore generante tales sunt muscae etc.
Quoad Secundum, In quo videndum a quo Efficiente talia generentur
Jam ex Philosopho diximus ac dicimus adhuc Efficientem causam ipsius vermis
esse caliditatem segregatam, quae cum frigiditate agens in humiditatem
et siccum nondum resolutum generat vermem. Sed contra hanc resolutionem
obycies Calor est aequivoca causa generationis Ergo insufficiens
probatur Consequentia, Nam causa aequivoca est tamen adiuvans perfe-
ctionem. Antecedens probatur, tum ex eo quod calor est accidens, et im-
perfectius quid quam id quod generatur. Tum quia calor de se in-
animata, nec potest animalem rem propria virtute generare.

Respondeo

Respondeo Arduum omnino est explicare, quomodo calor ille rem animatam generet, praesertim calor rei putrescentis. Sed quia non possumus ad hoc necessario arcanum attingere, debemusque cum Philosopho ex Metaphysica dicere quod omnino virtus virtus Solis et stellarum diffusa in aere et aqua est causa generationis omnium, et ita resolute possumus respondere ad totum dubium, quod calor ex se, et a se non est causa generationis, sed adiunctus virtuti caelorum. Nam ut ex aliis exemplum capiamus, quomodo terra rudis et inanimata generat plantas, nisi quia virtus caeli ipsi inspersa est. Idem Calor in corporibus nostris diffusus generat carnes ex nutrimento adeo ut verissima sit haec Hypotesis. Oportet mundum hunc superioribus lationibus esse contiguum, ut virtus inferiorum ab illis gubernetur.

Quod ad tertium. Non leuis utique nobis hic proponitur occasio dubitandi. Cur ex cadauere putrescente animalcula talia potius quam metalla uel plantae generentur. Nam res inanimata plus habet coniugij cum re inanimata quam animata. Ergo ex cadauere deberent potius istae res inanimes gigni, ut sunt Metalla et Plantae non animal. Consequentia patet, Non facilior est transitus a cognato ad cognatum, quam ab extremo ad extremum, sed animatum et inanimatum extrema sunt. Ergo. Respondemus Omnino uerum est quod ab extremo ad extremum difficilis est transitus. Sed aduerte quod omnis forma tum demum introducitur in materiam, quando materia est bene disposita, sed materia ista magis pelicior est generatione uermium quam plantae uel Metalli. Nam scribit Aristoteles Metalla generari ex materia ualde terrestri, Eodem modo dicit de Plantis, quod plantae ideo non habent sensum quia sunt ualde terrestres. At cadaueris partes putrescentis humidiores sunt. dixit enim Aristoteles, quod primo sunt humida quae putrescunt, immo ostendimus supra quod adeo humidae sunt partes putrescentes, ut una cum calido humiditas exiens euanescat penitus, quod fieri non posset, si partes essent terrestres; sed exeunt et dissipantur quia maxime subtiles sunt, et ita non possunt esse idoneae ad generandas res illas quae sunt ualde terrestres. Concludamusque ergo quod non possunt plantae uel Metalla oriri ex putrescente materia illa. Licet enim uideretur Sol posse introducere animam plantae in illud, tamen quia materiam non inuenit congruam ideo non introducit formam plantae. sed uermis, uel muscae uel uespae.

Nam et inter

Nam et inter ista maxima est Varietas. Si n. partes rei putrescentis sint subtiles, generantur quoque animalcula subtilia ut muscae, Item ex Cadaveribus equorum, vespae crabrones, Item ex formicis volantia, ex sordibus vivi animales pediculi. Ex lignis similiter quae nullam habent aquam gravitatem generantur teredines et cimices, c

Si vero ex adverso materia illa putrescibilis sit aliquanto crassior et terrestrior, generantur ex graviore illa et aquosiore materia, etiam vermes minus subtiles, ut in cadaveribus fieri solet. Si vero sint crassissima crassa iterum generant animalia, ut ex limo terrae in Aegypto generantur ranae et mures. Quod ad quartum brevissime poterimus nos expedire ex istius quaesiti explicatione. Cur post Combustionem talia animalcula non generentur. Primum docuimus superius omnem generationem tantum demum fieri, quando duae istae qualitates caliditas et frigiditas praedominantur humido et sicco sed ita ut unire possint atque copulare. Cum vero mixtum ipsum comburitur et activae et passivae qualitates turbantur, nec possunt generandi munere perfungi, Nam primo quidem frigiditas ab excellenti caliditate ita superatur, ut ex altera parte nullo modo possit praedominari Secundo humiditas quoque tota absumitur, ita ut pereat subiectum generationis mixti. Nam illa materia quae debebatur generationi vertitur in nutrimentum solius ignis, et his de causis facile videmus non posse post combustionem animalcula generari et vermes, absistente nimirum frigiditate et consumpto humido. Ultimo quaeritur generata ex putri materia, sint ne eiusdem speciei cum illis quae ex semine generantur. Licet apud inter Graecos et Latinos implacabilis sit hac de re Controversia, Ego tamen praemissis ambagibus omnibus respondeo resolute, non esse sub eadem specie animalia generata ex putri et ex semine. Nam apertissime dicit Arist. quod Animalia perfecta sponte nata generata sibi simile non generant sponte natura generata vocat talia, quae sine semine generantur unde sic Argumentor. Quae sunt eiusdem speciei sibi similia generant sed sine semine generata non possunt generare sibi similia, Ergo non sunt sub una specie cum illis quae ex semine generantur. Maiorem simul et minorem probat Arist. in lib. de historia animalium dicens

de piscibus

de piscibus. In piscibus sunt quidam ex putri nata generati
qui licet idem genus sortiantur cum aliis ex semine natis tamen
specie differunt, Item alibi. Animalia ex putri generata aut sibi
simile non generant secundum speciem, aut omnino non generant. Sed mira
est Auctoritas Arist. qua ipsi freti sunt. Dicit in Phys. & Metaph.
quod eadem ex semine et sine semine generantur. Sed respondemus
nos Arist. per Arist. explicantes, ex semine et sine semine
generantur eadem secundum genere sed non specie. Nam nonne audistis
quid dicebat supra apertius, quod idem quidem genus sortiuntur sed
non eandem speciem. Atque ita totius huius tractatus de generatione
et putredine, ista fuerunt summa à nobis explicata. Primo de-
claravimus quid sequatur ex definitione putredinis, nimirum
qualitates primas adesse in mixto et Elementa ipsa subsistere.
Secundo attulimus in medium, ea quae resistunt putredini in mixto,
et talia quidem fuere sex. frigiditas Externa, Densitas ni-
mia, Excellens caliditas, Motus Celeritas, Magnitudo insta-
res siccantes. Tertio de generatione vermiculorum diximus, eos tum
generari quando caliditas segregata ipsius mixti agit in partes decisas,
putrescibiles et ipsas animat, ut in corporibus animantis generantur vermes
et muscae, in corpore vivo pediculi, à fotu illius caloris qui difflatur
à corpore et agit in sordem aliquam cutaneam, unde si quispiam
multum laboret et saepius incalescat, nec eluat sudores sordidos
generabuntur in ipsis pediculi, ut videre est in istis Fachinis.
Quarto diximus efficientem causam remotam totius generationis esse
solem et virtutes caelorum applicatas huic vel illi rei, calorem
vero esse perficientem. Quinto Causam reddidimus cur ex
putrescente cadavere animalcula potius quam plantae generentur.
Sexto Cur post Combustionem talia non appareant. Septimo
et postremo discussimus quaestionem illam, num ex semine et sine
semine generata, sint eiusdem speciei an vero minus

Hucusque hoc anno absolvit.

Cum satis superq[ue]

Excellentis Archangeli in 4 Metheor

+

262

240

Q(uonia)m satis superq(ue) hactenus de g(e)n(er)atione et ipsius ~~putred(inis)~~ opposita nempe putredine cum Ph(iloso)pho disseruimus. Ordo simul atq(ue) necessitas postulat, ut ad sequentia huiusce operis Arist(otelis) descendamq(ue). Cum itaq(ue) huius quarti libri Metheoro(rum) propositum sit agere de Operationib(us) qualitatum primar(um) in q(uan)tum quedam agunt quedam patiuntur, iure optimo Ph(iloso)phus o(mn)es ipsar(um) operationes persequitur et expendit. Sunt aut(em) operationes qualitatum primar(um) Tres, Generatio, Corruptio, Concoctio inconctio. Quare explicatis hactenus duab(us) superiorib(us) sp(eci)eb(us), sequuntur nunc duas posteriores expendendas, nimi(rum) concoctio et ipsius oppositum inconcoctio, quas aggressurus Arist(oteles) ita loquitur, deguntur igitur nona iam sp(eci)es, que est Concoctio. Atq(ue) hic sane statim in principio Notandum est q(uod) Concoctio bifariam usurpatur, in g(e)n(er)e et in spe(cie) siue improprie et proprie. In g(e)n(er)e q(ui)dem in q(uan)tum continet sub se tres illas sp(eci)es, de q(ui)b(us) infra dicemus. In Specie uero et proprie, in q(uan)tum unam tantum ex illis trib(us) speciebus sig(nifica)t. De hac igitur Concoctione et ipsius sp(eci)eb(us) nos hoc in loco tractare propositum est cum Ph(iloso)pho, aut sane sec(undu)m propriam suam lege(m) procedens primo in g(e)n(er)e de putredine tractat, s(ecun)do uero specialit(er). Q(uonia)m uero Hipp(ocrat)is et Platonis decretum est, ut unaq(ue)q(ue) disceptatio a definitione initium sumat, Ideo Ph(iloso)phus ipsa statim in principio Concoctione(m) describit. Concoctio est perfectio humidi et sicci pue(niens?) a calore n(atur)ali et proprio: qua(m) definitione(m) antequa(m) explicemus duabus occurrend(um) est difficultatibus, quar(um) prior talis est. Arist(oteles) non satis conuenienter u(idetu)r agere hoc in loco de Concoctione, nam unius et eius de(m) est scientia considerare ca(usa)m et principium operationis, et ipsa(m) operationem sed concoctio est operatio ipsius a(n)i(m)e, Ergo ubicumq(ue) a(n)i(m)a tractatur ibidem Concoctio quoq(ue). At a(n)i(m)a tractatur in de A(n)i(m)a, Ergo et concoctio illic habuit locum.

Secundo

Excell: Archangeli sup 4 Metheor

Q. 80.

Secundo Concoctio præcedit sui natura putredinem. Ergo de Concoctione prius fuit agendum quam de putredine. Probatur antecedens, Nam quæ concoquuntur possunt paulo post putrescere, sed quæ putrefacta sunt, non possunt amplius concoqui. Nam id quod concoquitur debet esse actu, at id quod est putrefactum iam non est, ut caro putrefacta non iam est caro. Respondeo ad primum per distinctionem Concoctio bifariam capitur, primo ut est effectus ipsius animæ et reperitur tantum in vivis, ut quando in corpore anima alterat cibum in ventriculo et in hepate vocamus concoctionem, Secundo capitur Concoctio non ut est effectus animæ, sed tantum caloris, et non modo in viventibus reperitur, sed etiam in rebus inanimatis. Dico itaque quod si capias primo modo ut dicis effectus est, ibi debet considerari ubi anima. Sed si secundo modo minime, nam in quantum effectus est qualitatum et non animæ hoc in loco considerari debet, unde dicit Arist: Cum quatuor sint qualitates Elementorum, agendum est de operationibus illarum. Dices tu quorsum ergo Philosophus in 2 de Ortu et inter: disputat de primis quatuor qualitatibus Elementorum et de operationibus ipsarum. Respondeo. Utrobique agit Philosophus de qualitatibus et de operationibus ipsarum, sed animadverte quod in lib. de Ortu et inter. agit de qualitatibus primis, ut sunt omnes activæ et omnes passivæ. Hic vero in 4 Meteorum ut duæ tantum sunt activæ et duæ passivæ. Aut aliter dicendum In lib: de Ortu et interi: agit de primis quatuor qualitatibus, iuxta primas ipsarum operationes ut calefacere, frigefacere, humectare, siccare, Hic vero agit de illis iuxta secundas operationes ut sunt rarefacere densare, concoquere. Ad secundum ubi Contendebatur Concoctionis tractationem debere esse priorem in ordine. Respondeo si ordinem respicias præcedit concoctio putredinem, sed Philosophus prius disputavit de putredine duabus de Causis, primo quidem propter dignitatem. Nam putredo et generatio respiciunt esse ipsius mixti et substantiam, Concoctio vero tantum qualitatem, Ergo prius disserendum

disserendum fuit de putredine et generatione quam de Concoctione secundo contrariorum eadem est disciplina, ergo Arist: uno in loco debuit duo illa opposita generationem et putredinem absoluere. Nam si distraxisset ordinem, reddidisset mio: cundum et ineptum, quare iure Philosophus hoc in loco de Concoctione et inconcoctione agere definiuit. Diuidere autem possumus totum hunc textum, in quatuor partes, quarum prima continet intentionem Philosophi. Secunda Enumerationem specierum ipsius concoctionis. Tertia et quarta, de ipsius Concoctionis passionibus. Quoad primum. Circa hanc partem imorari non debemus. Nam intentio Philosophi manifeste apparet ex uerbis ipsius. Nil n. aliud intendit nisi de Concoctione et illius speciebus disputare, in quantum a qualitatibus primis producuntur. Quod uero ad Secundum. Ab Aristotele tres numerantur Concoctionis species, Maturatio, Elixatio, et Assatio, et unumquodque horum unum habet oppositum, ut imaturum inelixatio inassatio. atque istae sunt species Concoctionis in genere et uniuersaliter acceptae, quas omnes priusquam nos cum Philosopho explicare aggrediamur, Assumamus definitionem generalem ipsius Concoctionis quae a Philosopho supra tradita fuit. Concoctio est perfectio humidi et sicci etc. Circa hanc itaque definitionem duo tantum agemus, Primo quidem explicabimus definitionem. Secundo obiectiones nonnullas diluam. Quoad primum. In hac definitione loco generis ponit perfectionem innuere uolens caloris opificium, ubi nota quod perfectio nil aliud significat hoc in loco quam consistentiam et terminationem partium humidarum et siccarum facta a calore. Contra uero inconcoctio est imperfectio et interminatio humidi et sicci, ob inopiam et absentiam ipsius caloris naturalis, quod autem uerum sit hoc quod dicit Philosophus. Concoctionem esse perfectionem et consistentiam. Inconcoctionem uero inconsistentiam. Probant hoc euidentissime Medici, qui excrementa bene consistentia appellant Concocta, liquida uero et fluida inconcocta

ita ut

Textus Diuisio

ita ut verum sit quod dicit Philosophus, Concoctione esse in consistentia
Caeterum addit in oppositis passivis, quod propositio triplicem potest habere sensum, aut quod apponantur passiva ipsi calori naturali
aut quod opponantur passiva inter se, humidum cum sicco aut
oppositorum, id est opposito modo se habentium. Tu vero observa
quod Concoctio est terminatio talis quae incipit ab esse interminato et fluxibili, quod non est terminatum, sed quid nam
illud est proprio debemus dicere quod est humidum, nam ex sui
natura humidum nullam habet formam, et terminatione
seu consistentiam, Ergo ope caloris quando iam acquirit dicitur concoctum. Ergo quia calor reducit ipsum humidum beneficio
Concoctionis, ab opposita natura et figura ad oppositam naturam per se
ex inconsistentia ad consistentiam. Ideo dicitur fieri Concoctio
ab oppositis super opposita. atque hoc modo Philosophus, omnes tres causas
ipsius concoctionis apponit in definitione, Nempe, materiam,
formam efficientem, Formam quidem dum dicit perfectionem
efficientem, dum dicit fieri a calido, materiam dum dicit accidere ipsis passivis, ubi obiter notetis iuniores, quod in definitione accidentium, loco differentiae ponitur materia, loco generis vero forma,
sicut in definitione accidentium opposito modo res se habet, Dum
vero dicit ulterius, Concoctionem fieri a calore, Nota quod non a
quolibet calore fuerit Concoctio, sed saltem quod est naturalis et proprius,
Exempli causa enim, Si nutrimentum ipsum et cibus ingestus
sit ex se calidus, non tamen est causa concoctionis, sed calor naturalis
corporis vivi agens in cibum indigestum, is est concoctionis causa,
Sed quorsum dicit Naturalis et proprij, Animadverte quod ista tria sunt
unum, Calor innatus, Naturalis et proprius, Differunt sola habitudine et respectu, dicitur enim calor innatus in ordine ad generationem
quia primogenius est, et a nativitate omnis, dicitur naturalis in ordine ad mediocritatem, temperiem et ratione passivorum. debet
enim supra humidum et siccum ita dominari ne excedat. nam hoc modo
adurit, nec deficiat nam iam non poterit concoquere, sed
excedat

excedat debite et cum mensura, dr quoque proprij nam
licet in omnibus animalibus reperiatur, calor omnis temperatus ad
ipsorum salutem, tamen praeter hoc unumquodque proprium habet
habet calorem, Nam pisces in alio gradu habet calorem
suum proportionatum quam homines. deinde similiter partes
quoque corporis ossa minus habent caloris, quam uel hepar
uel cor, sed tamen satis pro exigentia ipsius. Conuenientissime
ergo Philosophus non dicit simpliciter calorem temperatum et moderatum
sed addit naturalem et proprium. Sed hoc in loco quo ad Arist.
artificium unum restat aduertendum. quare Philosophus desiniens generationem
nem dicebat esse perfectionem, caloris naturalis et proprij.
Hic uero concoctionem dicit esse perfectionem proprij caloris
loris et naturalis, ita ut istas uoces transponat, Naturalis proprij.
Credo non temere sed maximo cum artificio Philosophus id fecit.
Nam animaduerte quod calor Naturalis ita se habet, ut in generatione
primo sit naturalis et postea proprius, Nam dum generatur Socrates
a calore praedominante, non generatur nisi a calore naturali, praedominante
dominante namque ipsis passiuis qualitatibus; sed postea idem calor Naturalis
qui generauit Socratem fit ipsi proprius. Nam in illo indiuiduo
non in eadem proportione inuenitur calor praedominans, ut in
altero, deinde fit ipsis partibus adhuc alia ratione proprius, Ergo
Philosophus maximo cum artificio generationem hoc modo desiniuerat
quod est perfectio naturalis et proprij caloris. Quod ipsum
etiam in descriptione putredinis obseruat Philosophus, dicens putredinem
tredinem prouenire, a corruptione caloris naturalis et proprij
Hic praeposuit proprij ipsi naturali, sic enim legit est corruptio caloris
loris proprij et naturalis, Nam aduerte quod in omni putredine
primo corrumpitur calor proprius, quam putredinem postea
sequitur putredo caloris naturalis, ut in febre primo accidit
corruptio caloris proprij in humoribus, quae putredo magis
ac magis postea propagata, naturalem quoque calorem destruit
cum tamen incepisset primo, a turbatione legitimi et proprij caloris

Eodem modo

Eodem modo in Concoctione, proprius calor ipsarum partium fouendo cibum ita digerit et alterat, ut postea calor naturalis his uertat in partem corporis animati. Recte igitur Philosophus et Concoctionem et generationem per suos calores et ipsorum officia circumscribit. Ultimo Notandum quod Concoctio et Nutritio multum inter se differunt licet utrumque conueniant à calore Nam iuxta Galenum 1 Aphorismorum 14. Nutritio est repletio eius quod euacuatur, uel restauratio et regeneratio, illius quod aut morbo aut à naturali calore fuit exhaustum, aut aliter Nutritio est conuersio nutrimenti in partem nutriti, ita ut altera quidem definitio Causalis sit, dum dicitur esse restauratio eius quod exhaustum est, Altera uero formalis. Concoctio uero non est nec restauratio nec conuersio in nutrimentum, sed est perfectio humidi et sicci imperfecti à praedominante calore. His habitis enumerat Philosophus species ipsius Concoctionis et unamquamque illustrat. Prima igitur Concoctionis species ipsius ~~Concoctionis~~ in genere ut diximus accepta est Maturatio quae non satis proprie dicitur Concoctio, nam significationem habet amplam, sed ut diximus contineri sit sub Concoctione in genere usurpata. Nam et ipsa maturatio est perfectio quaedam id enim quod immaturum est, quando maturum redditur fit perfectum et hoc consequitur à calore, quare quia et maturatio est perfectio conueniens à calore, ideo est Concoctionis species

Notandum uero obiter quod maturatio proprie solis accidit fructibus, nam dicit Philosophus quod illa quoque Concoctio est, quae maturatio accidit fructibus ipsis in Pericarpijs, ubi nota

pericarpium quid sit — quod operculum illud, quod in unoquoque fructu ipsum semen cooperit dicitur pericarpium, ut in pomis et pyris, illa caro pomi siue pulpa cooperiens semen dicitur pericarpium, Nam pericarpium datum est à natura propter semen defendendum, eodem modo in plantis pericarpij loco sunt ipsa folia, quae tuentur semen ab iniuria. in nucibus uero nucleum ipsum cooperiens testa lignosa

pericarpium est

pericarpium est. Quare intelligis cur dicat Aristoteles quod accidat Maturatio in pericarpijs, unde possumus intelligere, quod Medici improprie appellant, maturationem scilicet Apostematum emollitionem. Eodem modo Elixatio quae proprie Concoctio dicitur et etiam Assatio haec omnia sortiuntur suam perfectionem a caloris Naturalis praedominio super oppositas passivas. De quibus omnibus speciatim infra cum Philosopho tractabimus. Nihilominus tamen antequam ad ea deueniamus, necesse est ut ad duo illa nobilissima Philosophi Theoremata accingamur. Concocta seipsis crudis et inconcoctis crassiora sunt, atque calidiora, quae Philosophus his uerbis scribit. Necesse namque est quae concoquuntur crassiora et calidiora esse. Calidum enim efficit tale melioris molis et calidius et siccius. Concoctio itaque ita se habet. Ex his Aristotelis uerbis manifeste colligitur, quod omnes res postquam Concoctionem sunt exppertae, et perfectionem consecutae, redduntur seipsis calidiores, additque diuersae mutationis Philosophus, Nam ea quae concoquenda sunt, primo quidem sunt aerea et aquea, tandem redduntur magis terrea crassa et consistentia. Ratio huius diuersitatis huius, Nam calor dum agit in ipsum concoquendum inuenit plurimas superfluitates aqueas, quae in causa sunt quominus concoquendum sit crassum terminatum atque consistens. Calor itaque praedominans ipsi concoquendo, non in summo sed hactenus tamen ut possit consumere, superfluas illas inconsistentiae causas, reducit postea rem liquidam et inconsistentem ad perfectionem et consistentiam. Sed ea quae ex liquidis degenerant in crassa necessario a calore coquente sunt incrassata. Ergo concludit Philosophus quod omnia concocta seipsis in concoctionis sunt crassiora. Hoc ipsum Medici quoque obseruantes mouerunt famosissimam illam quaestionem, Procedatne concoctio in crassando? Sed aduerte quod talis Concoctio

non capitur

265

non capitur pro elaboratione illa humorum peccantium
in morbis, sed de ea sola operatione naturae, quando ex edesc-
re et nutrimento deputata calor naturalis facit rem coctam
solidam terminatam et consistentem. Hanc Concoctionem
tum medici cum Gal.o tum Phi cum Arist. concludunt procedere
incrassando. Sed contra communem hanc Phorum et Medicorum sententiam
aliquot insignes sese offerunt Dubitationes, quarum prima talis est
Caloris est attenuare, subtiliare et purgare, contra vero
frigoris est addensare, incrassare et foedare. Sed calor
concoquit, Ergo concocta sunt attenuata, subtiliata et
purgata et per consequens Concoctio non procedit incrassando
sed potius attenuando. Respondeo utique non possumus negare
quin caliditas attenuet et subtiliet, sed observa quod attenu-
atio illa caloris subtiliatio et rarefactio, nondum sunt Con-
coctio sed sunt praeparantia ad Concoctionem, quare negamus
calorem attenuare dum coquit, sed attenuat antequam coquat.
Quia adverte-n- quod ad Concoctionem instruendam multa procedunt
calefactio, apertio, rarefactio, attenuatio, haec omnia ita
alterant et disponunt praeparant rem concoquendam ut obediat
terminationi, et calori laboranti, qui calor postea quam
beneficio horum accidentium exhausit totum id quod erat superfluum
aqueae et aëreae humiditatis tandem incipit permiscere
diligenter partes humidas cum siccis, et ista demum dicitur Con-
coctio, quae postea quanto plus duraverit, et quanto magis
permixta fuerint humida cum siccis tanto maior erit consistentia
et incrassatio. Huc respiciens Auic.a dixit Concoctionem
esse adaequationem humidi cum sicco id est Concoctio nihil
aliud est quam quando calor ita permiscet humidum cum sicco
ut ex liquido reddatur consistens, nec alterutra pars
iam amplius redundet, sed habeat vinculum. Ergo patet
quomodo calor in concoquendo incrasset et terminet ipsum
humidum et siccum mutuo. Non obstat eorum quod quod calor

agens

agens in liquidum rarefacit et attenuat ipsum, atq. modo exurgit humiditatem superfluam quae causa est nimiae lubricitatis exhalantib. itaq. partibus tenuioribus relinquuntur crassiores, in quas si insuper agat calor magis ac magis adhuc incrassabuntur. Exempli: terra ab imbribus madefacta liquida est et fluxa. Sole in ipsam agente incalescit, modo attenuatur, modo efflantur et euanescunt partes aquosae et humidae, et ita postremo terra in suam duritiem coalescit. Eodem modo dicimus, quod attenuatio praeparatio tantum et causa sine qua non est ipsa concoctio, Incrassatio uero ipsa et terminatio est formalis causa. Adde simul hoc quoque quod istae duae operationes calefacere et attenuare, conueniunt a calore per se, terminare uero et tribuere consistentiam sunt operationes caloris per accidens, ex quibus concludimus quod obiectio illa nihil facit, Caloris est attenuare, ergo concoctum a calido non incrassatur. Secundo contra eandem quaest. assertionem aliter hoc modo possumus addubitare et ratiocinari. Mustum respectu vini est inconcoctum, et quanto magis concoquitur, tanto magis attenuatur, Ergo concoctio non incrassat. Respondemus ad hoc dubium, quod in Concoctione duo reperiuntur, 1º. Secretio partis inutilis et excrementosae ab utili, 2º. Utilis ipsius partis et desecatae incrassatio et terminatio. Exemplum. Multae fiunt in corpore humano alterationes post assumptum cibum, In prima concoctione nil aliud fit, quam Chylus a partib. inutilibus secernitur, pars merdosa descendit per culum, et pars purior remanet, ista separatio nondum est concoctio Nam non facta est consistentia et incrassatio partis utilis, sed tantum purgatio et sane si conferas merdum cum parte utili, multo crassius est merdum quam pars illa utilis concoquenda. Sed aduerte quod post istam secretionem consequitur Concoctio et terminatio.

Eodem modo

Eodem modo in modo primum ipsum mustum debet defecari et illa non est concoctio, relinquitur postea vinum quod in se postea incipit concoqui et consistentiam acquirere, illud igitur vinum iam expurgatum non debet conferri cum musto, quia mustum fuit ex extremis totus partes utique crassiores est, sed debet conferri cum seipso ipsum vinum, et ita hoc modo quanto magis concoquitur a seipso et in seipso tanto consistentius redditur. Dicimus itaque quod mustum post defecationem magis attenuatur, sed non per concoctionem sed per secretionem partis utilis et inutilis. quae famula tamen est praeparatio est ad concoctionem. Tertio et ultimo. Spiritus generantur ex sanguine per concoctionem, et spiritus redduntur subtiliores quam erat sanguis Ergo concocta non incrassantur. Respondemus ad hoc dubium dupliciter. Primo negamus spiritum fieri ex sanguine per concoctionem, sed fit per generationem substantialem id est dicimus cum Galeno quod sanguis non fit ita concoquitur ut vertatur totus in spiritum, sed spiritus est sola exhalatio et vapor ipsius sanguinis. quemadmodum enim a terra et aqua calore Solis elevantur duplices vapores sursum et tamen nulla ubi est concoctio. Ita ex sanguine generantur vapores quidam tenuissimi et adeo fumi, qui non fiunt per concoctionem. Ergo hoc modo obiectio nihil concludit Aut secundo dicamus quod etsi concedatur, quod spiritus fiunt ex sanguine per concoctionem, tamen adhuc dicimus quod male comparatur spiritus cum eo quod non est spiritus. Nam ut antea monuimus idem cum seipso conferri concocto quidem et inconcocto. Atque ita concedimus quidem quod sanguis crassior est quam spiritus, sed est diversa res a spiritu. Nam duo ista distincta contraria in una et eadem re considerari debent Concoctio nimirum et inconcoctio. Aut sanguinem cum sanguine debet committere aut spiritum cum spiritu. Sed quoniam de spiritibus agere incepimus animadverte quod ex Galeno falsissimum est dicere quod tres in corpore sint spiritus, Naturales qui inserviunt animae altrici. Vitales qui vitae, Animales qui sensui. Nam Arist: in suis scriptis nusquam nominat tres spiritus, sed unicum tamen, quod ante me primus deinde animadvertit oculatissimus Argenterius in lib: de Somno et vigilia. Atque omnino Medicorum dogma circa hanc partem vix poterit consistere. Nam si pro diversitate partium animae debent poni plures spiritus, ita ut utrique tres quod

spiritus

sp̄us uni tantum parti aīe famuletur, Ergo nec vnus calor
-n̄alis sufficiet oībus aīe partibus sed plures debent fingi calores
innati, q̄ tn̄ impossibile ē. Sed dicamus cum ph̄o q̄ calor innatus
et sp̄us nil differunt, sed sunt vnum et idem, nec sunt tres sed
saltem vnus, q̄ sufficit solus ad oīa n̄alia opera. q̄ hoc uerum sit
comprobat ph̄us 2 de gnāt: aīal: Cap. 3 In semine reperitur aliqd
q̄ fœcunda facit semina, et ē calor, qui sp̄us appellatur. cuius n̄a ppor
tiōe r̄ndet calori cœlesti, vide etiā ph̄o de ortu et inter: Appellatur
aūt tot nominib: ꝑ mirificam ipsius uirtutem, Nā, quia creat oīa
calor quiā oīa viuificat, item sp̄us quia q̄ndm uentus et flatus
insinuat se in oīa et penetrat oīa mixta, unde Antiqui ph̄i dicebant
Omnia plena esse uita et aīa ꝓ calore isto uiuifico, q̄ instar ca-
loris cœlestis oīa permeat, uiuificat et animat. His satis discussis
et examinatis, Deueniendum nuc ē ad Sc̄dm Theorema ipsius
ph̄i q̄ tale erat ut sup docuimus. Concocta sunt calidiora sci-
psis inconcoctis. In cuius Theorematis explicatiōe duo solumō
attingam. P.o qdem dicam unde et quomō hoc Theorema a ph̄o
inferatur. 2o Veritatem huius ꝓpositiōis inuestigabimus. Quod
igr̄ ad primum hec ꝓpositio nascitur et elicitur ex definitiōe
concoctiōis superius a nobis explicata, ubi dicebamus Concocti-
onem esse perfectionem humidi et sicci ꝓueniētem a calido ꝓdo-
minante, quęcunq igr̄ concoquuntur, necesse ē ut calefiant
nam mutatio in perfectius non pt̄ fieri ut diximus sine ꝓdominio
calidi, nec ꝓdominium sine calefactiōe. Ergo q̄tm magis vnūqq
coqtur tanto magis calefit, quę uero minus concoquuntur et in
concocta sunt, ea simul etiam frigidiora existunt. Patet ergo quo
mō ph̄us et unde motus hoc Theorema astruxerit. Quod uero
ad Sc̄dm. Multa oīo fundamēta in oppositum, q̄ ueritatem huius
ꝓpositiōis in dubium uocare uidentur, dum dico q̄ concocta sunt
calidiora. Primo fructus immaturi et inconcocti calidiores
sunt quam maturi et concocti. Probatur nam sunt amari. Amarus
uero sapor Gal.o teste 2 de Simpl: factum Cap. 3. multō calidior
est quam dulcis. Sc̄do ex abusu fructuum immaturorum arden-
tissimæ oriuntur febres, ex abusu uero maturorum mitiores.
Ergo fructus imāturi Calidiores. Tertiō Mustum fœculentum

& inconcoctum

et inconcoctum calidius est quam uinum defecatum et con-
coctius. Probatur. nam citius inebriat uinum mustum. Ebrie-
tas uero prouenit a calidissimis uaporibus mordicantibus cerebrum.
Quarto ex Sanguine generatur lac per ulteriorem concoctionem
Et tamen calidior multo est sanguis quam lac. Ergo concocta
calidiora effici non est uerum uniuersaliter. Hae sunt ex multis
obiectiones praecipue quae ueritatem huius Theorematis labefactare
uidentur. Quod tamen adeo uerum est ut experientia quoque et ipso
sensu deprehendatur. Nam aut frigiditas concoquit, aut cali-
ditas non frigiditas, quia uidemus ipsam maxime inimicam esse
concoctioni, Ergo caliditas sed caliditas ita procedit in conco-
quendo ut res minus calidas reddat calidiores, et iterum calidi-
ores, atque ita quanto magis coquit, tanto calidiores etiam reddit.
Respondemus itaque ad Obiectiones propositas et Primo ad Dubium
primum. Fructus immaturi calidiores sunt quam maturi quia
amari. Respondemus dupliciter Primo. Negamus nos fructus immaturos
esse amaros sed dicuntur austeri, adstringentes et acerbi et
Acribus Stiptici, qui omnes sapores frigidi sunt et ita argumentum nihil
concludit. Secundo etiam si Concedamus quod immaturi fructus
sunt amari falsissimum tamen est dicere, quod amara sunt dulcibus
calidiora. et Auerr: in Collect. Cap. 106 maxime reprehendit
Galenum dicentem amara esse calida cui consentit quoque Conciliator,
Afferunt autem Exemplum de Oppio, quod nemo non sentit amarissimum
esse et murritum adeo est frigidum ut deleterium et mortiferum
sit. unde dicunt. Si quae indifferenter sunt amara tum calida
tum frigida. Amara fiunt frigida si innascuntur ipsis hic sapor
aut arte introducitur. Calida uero fiunt amara per nimiam adusti-
onem, ut mel alias dulce si aduratur amarescit. Ad Secundum
Concedimus omnino quod ex abusu fructuum immaturorum ardentiores ori-
antur febres quam ex fructibus maturis. Sed negamus illud pro-
uenire a caliditate, uel frigiditate rei digerendae sed alia ex
causa. Calor namque innatus quando facili negocio potest concoquere cibum
et alterare, non oritur intemperies, sed quando difficulter potest alte-
rare et transmutare plurimum laborat, et si illa res concoquen-
da inobediens sit transmutationi naturali, bene alterare et perficere non potest

sed putrescit

Margin notes: Amara dupliciter fieri

sed putrescit et generat crudelissimos morbos et ardentissimos
non quia calida sint vel frigida, sed quia contumax ad trans:
mutandum, et quo magis luctatur cum natura tanto minus concoquitur
et putrescit id quod peruerterit humores. Diximus enim supra quod putre:
do in humoribus et Elementis nihil aliud est quam recessus a sua
propria natura, ut exemplo est, Quando aer recipit et combibit pluri:
mas exhalationes et uapores cadauerosos, discedit a sua temperie
et inmoderata qualitate et pestilens redditur. atque inde D. Hipp. pe
stilentem aeris statum igne purgabat. Dicimus ergo breuiter
ad propositum, quod febrium ardor non dependet a caliditate ipsius
fructus et cibi sed inobedientia, quae post inconcoctionem producat
putredinem. Ad Tertium. Eadem fere est responsio ad hoc etiam
dubium Nam dicimus nos quod Ebrietas non ideo citius prouenit a
musto, quia sit calidius, sed quia inobediens est calori naturali: Nam
calor quem sine ullo labore potest conuertere alimentum statim disseminat
in corpus. Mustum uero maximo dispendio caloris naturalis coquitur
Nam primo mundari debet et partes inutiles ab utilibus distinguen:
dae sunt, dum igitur hos perficiens natura multum laborat propter impu:
ritatem obiecti, interim defatigatur, et extolluntur plurimi
uapores fumosi, qui ferientes cerebrum excitant temulentiam
et uiscerum flatus et uentos, qui iuxta Medicos generantur a ca:
lore diminuto, a calore uero praedominante consumi et discuti
solent. Aut secundo respondemus quod licet citius inebriet mustum quam ui:
num tamen nihil contra nos, nam nulla ibi concoctio est. Dum uero
diximus nos Cocta esse calidiora addimus semper, ita ut mustum
non debeat conferri cum ~~musto~~ uino quod uinum nondum adhuc est concoctum
sed tantum comparatum quoad separationem. Duo enim reperiuntur in Con:
coctione, separatio inutilis partis ab utili et illa non est Concoctio
deinde consistentia et terminatio et illa iam dicitur Concoctio. Mustum
itaque citius inebrians respectu uini non debet dici solum inconcoctum
neque tamen incoctum nam et est inseparatum et impurum, sed etiam
incoctum dici solum non debet. nam et uinum iam defecatum et
purgatum, unum et idem inconcoctum est respectu maioris concoctio:
nis et consistentiae, quam paulo post addiscemus. Quoad ultimum

Negamus.

268

Negamus nos q lac generetur per Concoctionem, sed habet generationem substantialem, id est non ita fit ex sanguine ut humidum superfluum consumendo, ipsa caliditas induerat postea consistentiam, sed lac fit ex sanguine, quanto tota substantia mutatur. Secundo dicimus q contra nostram sententiam non faciunt tales comparationes, dum dicimus concocta esse calidiora. Nam lac cum lacte debet conferri, mustum similiter cum musto non cum vino. Ea vero que differunt forma, iam nec comparari poterunt, nec si compararentur facient contra nos. Quoniam vero in cognitione generis consistendum non est, tanquam confusa et communi, ideo quam hactenus de Concoctione in genere disputatum est, Accedit modo Aristoteles ad ipsius species in his verbis.

Maturatio autem est concoctio quædam.

Concoctio uti antea diximus tres habet sub se species, Maturationem Elixationem et Assationem, quia vero inter has tres species Maturationis communior est, Ideo illam primo Philosophus assumit iuxta legem propriam et Physiologicam latam, q ab universalioribus semper est procedendum ad minus universalia. Quod vero Maturatio sit universalior inde apparet. nam ipsa reperitur in plantis et fructibus, in quibus elixatio non reperitur nec assatio. Quoniam vero Hippocratis et Platonis decretum est ut a definitione omnia exordiamus, ideo definit primo maturationem ut videbimus. Dicens q maturatio est Concoctio quædam alimenti in iis que sunt circa fructum. id est in pericarpijs. Circa quam definitionem multa quidem possumus in medium proferre sed ne vos offendamini. Quinque tamen capita percurremus, Primo definitionem ipsam. Secundo in quibus reperitur propria maturatio, Tertio quoddam Corollarium ex definitione maturationis. Quarto oppositum ipsius maturationis quod est cruditas. Quinto et ultimo quid nam est illud humidum q in maturatione digeritur. Quod ad primum Dicit Aristoteles in definitione maturationis quod maturatio est concoctio talis alimenti quod existit in pericarpijs. Ubi Nota q totum illud quod pomorum et pyrorum et aliorum fructuum semen includit et operit dicitur ab Aristotele Pericarpium. fructus vero dicitur de solo semine, dicit autem q maturatio non fit in toto fructu sed solum in pericarpijs. Alimentum enim non concoquitur in semine, sed pro semine. Nam

pericarpiorum

pericarpos est nutrimentum seminis. Sed dices cum dicatur in animalibus
debeat adesse Concoctio ipsius alimenti; quaero quo nomine sit
vocanda illa. Respondeo pro diversitate animalium diversa quoque
illi concoctioni conveniunt nomina. Nam in puero quia concoctio
nutrimenti fit a calido et humido possumus dicere Elixationem.
In iuvenibus quia Concoctio fit a calido sicco dicimus magis assa-
tionem, Absolute vero dicimus omnem Concoctionem in homine fieri
per Elixationem quia vel maxime fit a calido humido. Sed
quomodo fit concoctio in plantis? Respondemus utique quia adest
nutritio et in ipsa planta debet adesse et concoctio nutrimenti
sed quomodo id fiat diversae sunt opiniones. Nam Olympiodorus
dicit quod in plantis tres celebrantur Concoctiones, Prima in radi-
cibus, Secunda in trunco sive stipite, tertia in ramis sive toto,
ita ut respondeant illis tribus concoctionibus quae fiunt in homine, primo
in ventriculo, secundo in Epate tertio in membris, Haec quidem O-
lympiodorus sed Arist: diversum ab illo sentit in 2 de partibus animalium
dicens quod duae in Planta sunt Concoctiones, Prima in terra
secunda in stipite vel in aliqua alia parte Epati proportionali,
nam ex terra eliciunt radices alimentum iam elaboratum, Prima
vero concoctio non fit in plantis nec in radice nec in alijs par-
tibus secundum Aristotelem, addit ipse rationem, Nam nullum apparet excre-
mentum primae concoctionis, Ergo prima Concoctio in plantis non fit
sed ex terra attrahunt sibi congruum alimentum, et postea concoquunt
aut in stipite, aut in aliqua parte peculiari et determinata
ipsius plantae de qua dubitatur, et ita apparet duas tantum
in planta reperiri concoctiones, In animalibus vero tres sunt
concoctiones, nam contusio illa quae in ore fit Concoctio non est
sed potius praeparatio quaedam ad faciliorem concoctionem, Deinde
sequitur prima Concoctio quae fit in ventre, secunda quae fit in
Epate, Tertia ex Arist: in corde licet hoc Medici negent
qui dicunt in corde non perfici alimentum sed in Epate, Aristoteles
vero dicit quod in Epate tingitur tantum sed non perficitur. Nam
in ventre quidem perficitur primo aliquo modo ab animae facultate
naturali, in Epate ab anima vegetante. His igitur determinatis con-
cludamus quod omnis cruditas fit dum quae adest in consistentia

quaedam Concoctio

quandam Concoctio tunc qn consistentia adest, atq addamus quod maturitas quoq in fructibus sive seminibus ut demum perficitur qn consequitur consistentiam, Planta vero e fructus homo e animal tunc demum dr perfectum Maturum e consistens qn sibi simile generat. Nam exempli cã puer quia non pt sibi simile generare pp immaturitatem e seminis sui indebitatem dr imperfectus e immaturus. Eodem mo quia e senes etiam sibi simile non generant imperfecti sunt, unde Phs in lib: de Aia textu 34 dicat q Naturalissimum est ut sibi unicuiq simile generet unde colligitur vulgatissima illa propositio, Perfectum dr q sibi simile generat in specie. Sed dices Si perfectum illud solum e q sibi simile generat, Ergo Deus e intelligentiae erunt imperfectae. Rndeo non debet hoc intelligi absolute, sed addatur, Perfectum e q sibi simile generat, .s. habens virtutem e dispositionem generandi sed Deus talis non est, Nam ipse quia est infinitus non generat sibi simile. Ex his itaq hactenus intelligi potest, q proprie maturo reperitur in pericarpiis. Unde nota q quia solum fructibus competit proprie maturo, ideo illis competit per quandam Metaphoram q fructus non sunt, ut si Medici ulcera e Apostemata item humores dicant maturari id debet intelligi improprie quia iam ab initio diximus, q fructus tunc demum dicuntur maturi cum sibi simile generant. quia vero Apostemata sibi simile non generant, ideo non habent generationem. Utimur aut debemus hoc vocabulo maturonis improprie dicto pp defectum vocabulorum, nam non habemus convenientius vocabulum quo idipsum exprimamus. Sed hoc in loco vr Phus sentire, q etiam frigiditas sit causa concoctionis e ipsam adiuvet, cum tn dicatur apud Medicos coiter, q frigiditas non ingreditur opus naturae. Rndeo Caliditas nimia non pt esse causa Concoctionis, nam temperate debet ipsum humidum e ad consistentiam revocare si debet concoquere. sed nimius calor non reducit ad temperiem sed totum depascitur e debellat. Ergo opus est ut adsit frigiditas temperans e comprimens vim ipsius caloris immodici. His Habitis assumit Phus Alterum Theorema q Concocta sunt crassiora superioribus in concoctis,

q supra

q supra pluribus o(mn)ibus dictum. Ratio est quia ea concoquenda primo sunt aërea, secundo evadunt aquea, tertio terrea magis, id est ex tenuissimis evadunt crassiora, aër est tenuissimus, crassior aqua, crassissima terra, unde dum essent in concocta, erant inconsistentia, instabilia et fluxa, ut est aër et aqua, postea stabilia et firma ut terra, Ergo concocta sunt crassiora et quidem semper, addo hoc propter Conciliatorem q(ui) dicit non esse universaliter hoc verum quod Concocta sunt crassiora nam dicit quod artificialiter concocta evadunt tenuiora post Concoctionem, ut si coquamus humores in corpore, unde dicunt Medici quod Concoctio nisi adsit non sunt purgandi humores, hoc est nisi ea quae tenuia sunt incrassentur, et quae crassa attenuentur. Sed Respondeo ad Conciliatorem, quod hic non loquitur Philosophus de Concoctione artificiosa et quae fit in humoribus peccantibus sed ea solum quae fit in nutrimento visili. His habitis assumit Philosophus Concoctioni et maturationi oppositum quod est cruditas nam Oppositorum eadem est doctrina. Dicit autem quod Inconcoctio sive cruditas nihil aliud est, quam imperfectio, inconsistentia et adeo tenuitas ipsius rei coquendae accidens pericarpio. Ubi Nota quod ut concoctio et maturatio ita inmaturatio et cruditas fructibus quidem proprie, verum generaliter pluribus rebus competit, ut Medici urinam tenuissimam vocant crudam, si vero sit paulo crassioris substantiae dicunt concoctam. Enumerat mox Philosophus Causas efficientes ipsius cruditatis et inconcoctionis quas ponit duas, Inopiam et paucitatem caloris, et multitudinem et redundantiam humidi. Nam quotiescumque agens debet agere in passum debet illi praedominari, et nisi praedominetur aut nihil aget aut debiliter, unde cum calor debeat convertere rem ex crudo in concoctum, maior debet esse, nam sine ipsius praedominio id non efficiam. Nota autem quod haec debilitas caloris provenit a tribus. Primo a frigiditate, Nam omnis frigiditas tanquam hostilis infirmum reddit calorem. Secundo remittitur etiam calor a calore ambientis, unde videmus per aestatem in nobis malam et imperfectam fieri concoctionem, Dices quomodo remittitur

et destruitur

240

et destruitur simile a simili. Respondeo per Accidens. Nam Calor duplici calorem destruit, primo dissoluendo ipsius materiam, qua consumpta per accidens calor quoque destruitur ut enim flama maior in minorem agit. Secundo uero corrumpitur calor a calore per euaporationem, quia si calor ambiens recre; facit meatus ampliores et euanescit internus calor. Tertio debilitas caloris prouenit a nimio et superfluo obiecto, nam illud non potest superari a calore. Dicit igitur Philosophus quod altera causa inconcoctionis est, humidi multitudo, unde Notate si affundas aquam feruentem ipsi igni, dicere non possumus quod aqua illa sit frigida et tamen extinguit ignem non ob aliam rationem quam propter multitudinem humidi, sicut etiam loquens Galenus de corporibus illis quadratis Athletarum dicit saepissime suffocari ab humido superfluo. Postremo obserua quod omnis calor, aut est nimius ratione coquendae rei, aut moderatus, aut minimus. Si calor sit maximus et immoderatus nondum erit concoctio, sed ut loquitur Arist. foedatio, ut si maximo igni imponas pauxillam carnem Calor uero si moderatus sit Concoctio efficitur, si uero minimus oritur cruditas et inconcoctio. Sed hic dubitationi cuidam est occurrendum. Dictum est maturationem esse consistentiam humidi, dubitatur modo cuiusdam humidi, aerei ne an aquei. Respondet ipsemet Philosophus quod maturatio est consistentia, non cuiuslibet humidi, sed talis solummodo humidi cui adiuncta est siccitas. Ubi aduerte quod humidum est duplex; humidum simplex quod non iungitur siccitati, ut aeris et aquae. Mixtum quale reperitur in rebus compositis. Arist: non loquitur de humido simplici sed in loco sed mixto cum siccitate, siue sit aqueum siue aereum, Probatur hoc ab ipsomet, Nam sola inquit aqua incrassari non potest ergo nec digeritur tali digestione, ergo nec dici potest, quod humidi qualiscunque sit ista perfectio. Sumit autem Exemplum ab aqua, non ab aere nam aqua Crassior est, et tamen incrassari sine sicco nequit

minus ergo

minus ergo aëris humiditas incrassabitur. Hic uero duo sunt obseruanda, Primo quonam modo humidum adiunctum sicco possit incrassari, Secundo Anuerum sit quod calor iste qui est Autor Concoctionis possit agere in humidum et siccum. Quo ad primum Sciendum quod calor per se rarefacit, et attenuat incrassat uero per Accidens, et quidam bifariam. Primo quia humidum superfluum euaporare cogit, Secundo miscendo humidas partes cum siccis, ut dum induratur terra madida à Sole primo efflat humidum superfluum, deinde miscet humidas partes cum siccis, illud namque humidum quod ex sui natura esset in superficie terrae, cogit penetrare usque ad partes intimas, et sic sequitur consistentia utriusque. Quod ad Secundum Caliditas agit in humidum et siccum rarefaciendo, ubi obserua quod et à caliditate et à frigiditate prouenit incrassatio sed diuersis modis. Nam calor ut dictum est per Accidens densat, frigiditas uero per se. Frigus enim autor est terminationis et consistentiae, comprimendo partes ipsius humidi, quibus compressis sequitur densitas. Quod hoc uerum sit ostenditur exemplo spongiae madidae quae si comprimatur euadet sicca, non quia mea manus det ipsi siccitatem, sed quia comprimitur. Inde apparet quare hyeme stillent et fluant nares, et aestate non fluant. Frigus enim comprimit partes capitis et exprimit mucum. Sed dices calor non agit in humidum et siccum, ergo nec terminat ipsa, dicit enim Arist. de Ortu et inter. 53. et 1 Physic. 43. quod omnis actio fit inter contraria. Respondemus humidum dupliciter capitur, Primo cum frigiditate, Secundo sine frigiditate. Si secundo modo capias omnino calor non potest agere in humiditate, nam omnis actio

fit inter opposita

fit inter opposita. Sin uero capias humidum primo modo in quantum coniungitur cum frigido ut accidit in omnibus mixtis calor agit iam in ipsum humidum, nimirum quia illi adest illius oppositum, in quod quidem primario agit, secundario uero in humidum resoluendo ipsum. Sed dices falsum adhuc et aquam non posse incrassari, licet secundario patiatur humiditas a calore nam uidemus hyeme indurari in glaciem. Respondetur Non dicitur a Philosopho quod aqua a nulla qualitate possit incrassari, sed loquimur sit quod non potest incrassari a calido, nam concoqui etiam nequit, unde vice Corrolarij obserua, quod nullum animal nutriri possit ex sola aqua ratio hoc est, Nutrimentum quod uerti debet in substantiam nutriti concoqui debet, sed aqua sola non potest concoqui ergo nec nutrire potest ~~...~~ ratio huius cur non possit concoqui et nutrire, secundo ista est Nam animal quia non constat ex simplici Elemento, sed ex pluribus neque potest ex simplici Elemento nutriri, sed ex pluribus debet nutriri, illud enim quod deperditur debet regenerari per nutritionem, unde agricolae quoque quia sciunt quid, sed nesciunt propter quid, huius ueritatis. Dum uolunt nutrire plantam non nutriunt aquae solius irrigatione, nam aqua simplex non educaret plantam, sed addunt quoque fimum. Nam licet ratiocinatione non apprehendant, experientia tamen edocti sunt, quod planta nullum ex sola aqua suscipit incrementum, perinde fit etiam in animalibus nam in ipsis quidem potest aqua sola etiam digeri alterari et perfici ut nutrimento sit. Ex quibus omnibus concludere possumus cum Philosopho in textu quod nullum animans, ex sola aqua nutriri potest, nam aqua sola non concoquitur, nec digeritur, nec incrassatur. et etiamsi concoquatur, nondum nutriet nam ex simplici Elemento nil nutritur. Sed quaeret hic aliquis Ergo aqua per se sola ebibita, quem habebit usum in corpore

Respondeo.

2cndo, utrumque non nutriat etiam illa quae ebibitur, nam non concoquitur nec incrassabitur, sed si sit, cum rebus siccioribus bene poterit incrassari, uerum per se sola non poterit, sed quando uacuo uentriculo ebibita fuerit, sine ulla admixtione ibi euanescit, et euaporat, passa a calore naturali; perinde ac aqua igni apposita solet paulatim attenuari et consumi in aërem. Hic hactenus de Maturatione et ipsius causis a Philosopho traditis. Sic Philosophus loquitur.

Elixatio autem secundum totum est concoctio humidi interminati intrinsecus existentis a calido et humido praedominante. His quibus uerbis incipit disserere Philosophus de Elixatione quae secunda est species Concoctionis. Circumscribit autem primo, et definit ipsam elixationem ut facere consueuit alibi. Nos uero quo magis ad captum Auditorum accomodatiores simus, diuidemus praesentem partem in Capita sex, quibus Enarratis definitio elixationis erit perspicua. Primo igitur definitionem ipsam cum Philosopho expendamus, 2do quomodo Elixatio distinguitur a frixione. Tertio declaranda sint mixta Elixabilia Quarto uidebimus quis sit finis Elixationis siue illius quae fit a Natura, siue illius quae fit ab arte. Quinto diuisionem afferemus. Sexto et ultimo declarabimus oppositum Elixationis quae dicitur defoedatio; quae omnia ut facilius conspiciantur, redigo omne id in unicum tantum Theorema, quod erit definitionis loco, et totum nostrum negotium complectitur.

Elixatio est Concoctio humidi interminati intrinsecus existentis a calido et humido, differens a frixione, accidens illis tantum mixtis quae habent humidum internum. Est uero duplex. Artificialis et Naturalis, sed utraque ab eodem manat principio, et ad hunc unicum finem ordinantur, ut aut cibui seruiat aut potui. Opponitur autem utrique inquinatio.

Hoc Theorema

272

Hoc Theorema totum nostrum comprehendit negotium, quod igitur ad primam particulam pertinet, quia omnis definitio bona debet dari per causas, Philosophus hic persequitur causas Elixationis, formalem quidem, dum dicit esse Concoctionem, materialem, dum addit humidum internum, Efficientem dum dicit fieri a calido humido, et in Efficiente causa differt Elixatio ab Assatione, nam utraque est Concoctio et idem habent genus, sed dividitur per has differentias genus hoc in suas species, nam eadem sunt differentiae generis divisivae et speciei constitutivae, dum ergo Concoctioni addimus tanquam latissimo generi aliquam differentiam divisivam, statim constituit species

ut si dicamus concoctio in pericarpiis iam est maturatio

Secundum totum quid sibi vult haec particula? Albertus dicit quod per totum intellexit omnia mixta, quasi sentiens quod omnia mixta recipiunt elixationem. Sed haec opinio vera non est, nam mox subjiciet in sequentibus, quod non omnia mixta possunt elixari. Olympiodorus igitur recte exponit totum pro omnibus speciebus elixationis, recte igitur definitio tradita est per causas. Quod vero ad secundum Theorema Antequam illud assumam explicandum admonendi estis, quod dum loquitur Philosophus de calido et humido, non intelligit calidum et humidum rei elixandae, sed ipsius animalis si elixatio est Naturalis, extrinseci si arte fit. Omnis enim Elixatio fit a calido Extrinseco ipsi rei quae elixatur. Dices fit a calore Naturali et proprio, ergo elixabile ipsum habet calorem, quicquid enim est naturale, est in re non extra rem. Respondeo jam antea admonui quod per naturalem et proprium calorem debemus intelligere, non qui a natura proficiscitur vel dependet, sed congruum et convenientissime

praedominan

pro dominantem ipsi rei. Num igr iam assumamus secdm Theorema nrum, quod ut antea uidimus obiter ita se habebat. Num frixio debeat appellari Elixatio Phus ipsemet in eodem loco excitat hanc dubitationem et dissoluit, quae omnino non caret difficultate. Nam primo hoc modo vdr posse persuaderi quod sit Elixatio Probatur Antecedens quia quidem Elixatio concoctio rei interminatae a Edominante calido et humido. Ita et frixio prouenit a calido humido ut est oleum, uel aliquis alius adeps in quo frigitur piscis uere elixabitur. Deinde arceo, quod frixio si non est maturatio nec assatio, Ergo relinquitur quod sit Elixatio. Quod uero maturatio non sit facile patet, nam non fit in pericarpijs, quod non sit Assatio similiter patet, nam non fit a calido sicco, sed a calido humido. Rndet Phus resolute quod Elixationis definitio omnino proprie tradita est nec competit frixioni, dum dr quod utrumque fit a calido et humido. Rndetur licet oleum uel Adeps sint calida et humida tn dum coquunt rem discedunt a natura elixationis. Nam Elixatio illa dr, quando id quod elixatur patitur a calido humido, ut est aqua, sed ipsum calidum et humidum non patitur a re elixanda, at dum elixatur caro uel piscis in aqua, patitur ab aqua, quoniam aqua penetrat ipsius partes interiores, et extrahit humiditatem internam ad superficiem, In frixione uero diuersum accidit, nam id quod frigitur perinde agit in calidum humidum, ut calidum humidum agit in ipsum, ut si coquamus pisces et frigamus in oleo, pisces consumet paulatim ipsum oleum. sed si coquamus

elixando

elixando in aqua carnes aut pisces, res quę elixantur
nunquam consumet ipsam aquam. Adde quę elixantur
debent extrinsecus esse humidiora, et intus sicciora
atq. friguntur, foris sunt sicca et intus humida. quare
frixio nullo modo dici debet elixatio. Ex quibus omnibus
tria possunt pulcherrima enasci Theoremata. 1a. frixio
non fit à calido humido proprie, sed potius à calido sicco
2do non reducitur ad Elixationis speciem ipsa frixio, sed
convenientius ad assationem. 3o. Differunt inter se frixa
et Elixata, nam elixata sunt extrinsecus humidiora,
frixa uero sicciora, quę omnia uera esse apparent fide sen
suum. hoc igitur dogma licet pateat omnibus quantum pertinet
ad quid est, id est ad ueritatem, nam sensus ipso testatur
sed quantum ad propter quid maxime obscurum est, quare
humiditas et caliditas possit elixare. Sciendum igitur
quod humidi natura est maxime laxare partes, et illinc
etiam omnia unctuosa et pinguia difficulter concoquun:
tur et elixantur a nostro uentriculo, ratio est quia unctuosa
et humida omnia laxant partes tactas, conse:
quenter debilitant et dissipant uirtutem. Contra uero
sicca et adstringentia optime concoquuntur, quia partes
non laxant nec dispergunt uirtutem sed potius contrahunt
quia igitur humiditas laxat partes contiguas semper etiam
attenuat et emollit, atq. fluxionem incitat unde Medici
in Curanda dysenteria et diarrhoea non utuntur
elixatis sed assis, nam importunum esset. Sed in aluo
promouenda iterum utuntur elixatis. Similiter et in
febribus

Excell. Arcang. sup. 4. Metheor.

febribus utuntur humidis & elixatis non assis, nisi aliquod occurrat symptoma. Nam febris ut est infla: matio magis nutriretur ab assis tanquam similibus, est aut Commune dogma apud Medicos à Diuino illo sene inuentum, quod contraria curantur contrarijs. unde dum dicit Humidæ diætæ omnibus febricitantibus competunt & q: apud pueris. Patet igr quomodo possit euenire, ut humidum & calidum elixet, & partes exteriores molliat. nam ut di: ctum est, ipsius proprium est laxare. Dum aut adiungitur illi calor, magis penetrat usq ad interiora carnis, quę attenua: ta foras effluit sequens suam humiditatem à qua patiebatr. Nam humidum non est terminabile humido proprio, sed semp fluit. quare effluit ab intus humiditas ad exteriora, & illinc est quod partes exteriores carnis elixatæ sunt humidiores. In Assatione & frixione contrarium accidit. nam caliditas & siccitas non laxat partes contiguas sed stringit, & ita deti: netur intus humiditas, non potens exire, & quæcumq assantr ppterea omnia sunt sicciora. Cæterum hæc ueritas licet euidentiss: sit, opponit se tn illi Albertus 4 Metheor 22. ostendere uolens assata esse foris humidiora. Primo agens magis agit in partes pximas quam remotas, sed in elixatione caliditas & humidi: tas exsiccat interiora rei, quę sunt remotiora. Ergo magis debuit exsiccare ppinquas partes. Scdo post lixatione carnium uidemq carnes ipsas esse rugosas extrinsecus, ergo extrinsecus sicciores sunt, nam ruga est argtm siccitatis. unde pueri impuberes item mulieres quia humidissima habent natura sunt sine rugis & leuissimi corporis. Tertio. Oua siue assentur siue elixentur, semper intus sunt humidiora & foris siccio: ra. Ergo uniuslr uerum non est q elixata foris st humidiora

Excellis Arcang Sup 4. Metheor Respondemq

Respondemus nos ad primum dubium, Carnes dum elixantur patiuntur à calido humido istud, ut intus maneat sicca et revera per se, quia exterioribus partibus agens vicinius est deberet exteriora etiam exiccare magis, et ab illis tanquam proximis magis extrahere humiditatem; sed dicimus quod partes exteriores per Accidens redduntur humidiores tum quia ab internis effluens humiditas eo se recipit, tum quia vicinæ sunt aquæ calidæ et humidæ. Resolute igitur dicimus, quod omnino concedimus et à partibus externis humidum extrahi et fortasse magis quam ab internis, ratio est quia propinquiores sunt agenti; tamen non evadunt sicciores, ita per Accidens, nam eo derivat humiditas interna resoluta, et vicinam habent rem humidam. Ad secundum Negamus carnes concoctas et perfecte elixatas esse rugosas quin imò adeò fiunt molles, ut unguibus dividantur, quæ vero ostendunt rugas sunt imperfecte et semicrudæ. Quod ad Tertium. Ova quoque elixata per se debebant omnino intus manere sicciora, et extrinsecus humidiora, sed adverte quod per Accidens redduntur intus humida. Dum enim in ovum agit ignis, incipit ovi quoque humiditas attenuari, et expirare sed illa humiditas est valde viscosa, et lenta non tenuis, adeo ut videamus ovi albumine curari vulnera propter lentorem. quia igitur humiditas ista ovi quæ resolvitur est lenta conatur quidem expirare foras sed non potest, tum quia ipsa viscosa est et parvos atque angustos poros non habet pervios, tum quia à cortice ovi retardatur, non potens igitur egredi, recipit se in interiora, et illinc provenit, quod ova intus sint humidiora quam foris ut diximus per Accidens, et quidem bifaria tum quia viscosam habent humiditatem quod probavimus,

nem sistunt sanguinis fluxum, tum quia opponit se cru:
sta egredienti humiditati, et ita dicta recipiare cogitur ad in:
terna. Quod ad tertium dicendum in hac parte est, quæ
nam sint Elixabilia et quæ non, quod iure optimo est investigandum
Nam cum elixatio sit dispositio corporum quæ percoqui debent
necessario explicari debuit, quæ possint elixari et quæ non, quem
admodum in tractatu de Mixtione, dum ageret Philosophus
de mixtione, quæ est miscibilium alteratorum unio, ostendit quoque
simul ea quæ possint misceri et quæ non, proponens itaque Philosophus
ea quæ non possint elixari dicit ea duplicia.
Primo non possunt elixari ea quæ non habent in se humidum
Secundo Non etiam possunt elixari quæ non habent humidum
evaporabile propter spissitudinem. Contra vero mixta illa
in quibus invenitur humidum, atque humidum cito evapora:
bile cito etiam elixantur, quæ sententia antequam a nobis exacte
explicetur, debemus ista duo primo perpendere, quid nam
Philosophus per illa mixta intelligat quæ non habent humidum
atque quæ sint ea quæ habent humidum evaporabile. Quod
ad primum. Videns Arist: ea corpora quæ non possunt elixa:
ri, dicit primo ea non posse elixari quæ humidum non habent
addit Exemplum ut lapides. Sed hæc Philosophi sententia videtur
veritati repugnare, nam dicitur 2 de generatione 50. quod Omnia mix:
ta perfecta id est quæ non sunt Metheorologica, componuntur
ex quatuor Elementis, et ipsorum quatuor qualitatibus, Ergo habent
in se omnia humidum, atque 4 Metheo: dicebat illam
esse putredinem in unoquoque humido, quæ corrumpitur calor
naturalis et proprius, si igitur corruptio mixtorum fit in humido,
Ergo mixta habent humidum. atque omnia mixta habent

partim

partium continuitatem, sed partium continuitas est ab humido ergo sunt humida, ut terra sola sine aqua non habet partes continuas, sed puluis est, cum aqua uero coheret. vnde horum Elementorum mutua est necessitas inter se, terra dat aque consistentiam et terminum, aqua uero dat vnione et ita uerum est semper dicere, Continuum esse omne humiditatem. tamen non conuertuntur, Non n. ualet continuum est ergo humidum, Nam ignis quoque continuus est et cetera. Ex his omnibus apparet omnia mixta habere in se humidum. Quorsum ergo dicit Philosophus non posse ea mixta elixari, que humidum non habent, cum non dentur talia mixta. Respondeo dum dicit Philosophus que tam mixta non habere humidum, non debes intelligere absolute, ita quod detur aliquod mixtum quod non habeat humidum sed intellige humidum redundans. Nam obserua quod dum elixamus humidum superfluum ipsius rei elixande uolumus resoluere, quod humidum superfluum debet illi cruditatem, Ergo quecumque res non habent tale humidum superfluum resoluendum cuius gratia crude dicantur, non possunt elixari. de his ergo loquitur Philosophus dum dicit, quod non possunt elixari que non habent humiditatem superfluam et crudam Non autem possunt elixari ea que non habent humidum superfluum, Nam concoctio et elixatio est ut audiuimus terminatio humidi, cuius humidi inconsistentis, quod nam est inconsistens quod maxime redundat. Ergo quecumque elixamus semper resolui debet humidum superfluum, cuius causa res est inconsistens, quare resoluta humiditate inconsistente et superflua manet pars consistens. Nota tamen quod in carne que humiditas reperitur respectu carnis est terminata et non

superflua

superflua. tamen hoc nondum sufficit, nam adhuc est superflua respectu nutritionis. Nam finis Elixationis est nostra nutritio. Secundo ne ea quidem possunt elixari que licet intrinsece habeant humidum interminatum tamen adeo sunt dura et sicca ut non possit foras contrahi ipsorum humiditas, talia sunt omnia Metalla ut plumbum, argentum aurum item lignum. Excludit quoque Philosophus ab Elixatione omnia corpora simplicia dixit enim supra mixta tantum elixari posse. Sed quaeritur hic dicit quod aqua potest elixari. Cum tamen superius dixerit eam non posse incrassari. Respondeo non dixit hoc quoque aquam posse incrassari et elixari, Nam uidemus quod aqua quanto magis coquitur, tanto magis attenuatur, sed quia humidi est concoqui, quia aqua quoque humida est, ideo dicit Philosophus eam elixari, non quod proprie elixetur sed solum per similitudinem quam habet cum elixabilibus. Hic addit Aristoteles quod non modo aqua habet similitudinem cum elixabilibus, sed et lignum et aurum de quibus dicit Philosophus quod licet nullo modo possint elixari tamen habent similitudinem cum elixabilibus. Nam quemadmodum ea que elixantur debent in superficie humidiora esse, ita lignum uirens si in ignem coniiciatur pars exterior humida euadit, habet similitudinem cum elixatis, eodem modo cum aurum ab aurifabro in sartagine resoluitur, partem exteriorem primo habet humidiorem atque molliorem, Ergo habet aliquid commune cum elixatis Sed dices ista potius assari et non elixari uidentur, nam patiuntur a calido sicco non a calido humido. Respondeo respectu agentis omnino uideri poterant assari et non elixari sed respectu passionis que in ipsis accidit dicuntur potius similia elixatis. Nam ut dixi forinsecus sunt humidiora licet patiantur omnino a calido sicco, quicunque enim imponimus

antrum

aurum aut aliquod Metallum in ignem, quanto magis resolui incipit ab igne, tanto minus redditur siccum, sed potius molle et humidum. Ergo multum humoris habet coniugij cum elixatis quam assatis. Illud tamen reuera ex his concludere debemus, quod nec aurum nec lignum nec aliquid tale posse elixari, cuius durities et spissitudo tanta sit, ut exprimi humiditas ab ipso nullo modo possit.

Ex quibus omnibus manifestissimum est illos Medicos aut rudes aut impostores esse, qui aurum elixare conantur ad restituendas uires infirmi, imponentes aliquot aureos in carnes pullorum et una decoquentes, ut auri virtus decidat in carnem. Meræ sunt Nugæ, aut in quibusdam uocare possumus impietatem, in illis sane qui sciunt quidem fortasse aurum elixari non posse, et tamen elixare uolunt, et tamen exhibent alicui patienti eo tantum fine ut experiatur qualis sit uirtus suæ Medicinæ nugatoriæ. Multi uero eo consilio hoc machinantur, ut et ipsi aliquid inuenisse noui uideantur, quod tamen omnino deceptorium est et impostura mendax. Nam ab auro ut dictum est hoc in loco humoris nulla humiditas exprimi potest. Aurum enim durissimæ est substantiæ, nec permittit ullam humidi substantiam a se decidi. Rideat igitur eos qui ad restaurandas uires deperditas aurum elixare uolunt, aut destillare, ut cum imponunt triginta aureos aut 40 simul illis caponibus et in stillicidijs una distillant, ut in aquam uertatur et sint usui. Certe enim multo melius fecissent si detinuissent in bursa et frugaliter consumpsissent. Sed dicunt forsan hoc loco aliquis ex his Medicis sensus testantur aureos illos post elixationem minoris esse ponderis quam fuerant ergo detractum est illis aliquid. Verum scire hic oportet

quod licet natura a tuo

quid nam a tuo illo aureo virtutis exeat, Albertus Magnus id explicabit tibi; dicens quod illud quod extrahitur ab auro nihil est aliud quam sordities auri, Illa est famosa illa tua [illegible] qua nimis polliceris alijs sanitatem, cum tu ipse sis insanus. Conclude potius mecum si sapis quod aurum nullo modo fit elixari. Quod ad quartum Hac in parte fines Elixationis perquirit Arist: nam frustra fieret elixatio si nullum haberet usum et finem, et igitur dicimus quod elixationis fines diversi sunt, quemadmodum et ipsa Elixatio est multiplex. Alia nimirum naturalis quae fit in animali, Alia artificialis quae fit ab igne et aqua. Elixationis naturalis unicus tantum finis est, nempe nutritio. Artificialis vero tres habet fines quaedam enim ad comestionem dirigitur, ut quando pisces et carnes elixantur, quaedam ad potum et sorbitionem, ut cremor ptisanae addit quoque tertium finem Arist: sed non exprimit dicens, habent etiam alium usum. Alexander et Olympiodorus dicunt significare philosophum per illum alium usum elixationem quorundam pharmacorum, quorum finis nec comestio est, nec sorbitio, uerum alteratio. Ita se habent solutiva omnia quae praeparari debent cum enim aliquid habeant per se uenenositatis corrigi debent et praeparari et haec est illorum elixatio sed impropria et communis.

Quod ad quintum Restat ut in hac quinta parte cum philosopho uideamus, quomodo differunt et quomodo inter se conueniunt duo illa elixationis genera. Conueniunt ergo inter se in hoc inquit philosophus quod utraque eandem habent definitionem, sunt eiusdem speciei differunt uero fine et modo. Sed dices utraque elixatio deberet dici naturalis et non artificialis, nam illa quoque Elixatio quae fit ab igne et aqua fit a rebus naturalibus. Respondeo [illegible]

quod aqua

quod aqua et ignis sunt naturalia, sed aduerte quod nos tamen ipsorum elixationem vocamus artificialem, Nam si temere igni et aque committamus res elixandas, non bona fiet elixatio sed artifex debet adesse qui debite temperet ignem et aquam, ne si sue relinquantur naturae, elixationem offendat. At elixationi naturali que fit in animali non debet artifex preesse sed sola natura perficiet.

Quod ad sextum et ultimum attinet. Quoniam contrariorum eadem est disciplina, quia hactenus satis superque definiuit et declarauit Arist. quid sit Elixatio et quomodo se habeat, manifeste intelligitur quid nam sit ipsius oppositum, quod est inquinatio uel defedatio. Cum igitur definiuerimus elixationem esse perfectionem humidi interminati a calido et humido. Ipsius oppositum nempe defedationem definire debemus. Esse inconcoctionem siue interminationem humidi interminati, prouenientem a calido et humido non dominante, sed dominante uero ipsius contrario quod est frigus. In qua definitione obserua quod licet frigus dicatur dominetur, non tamen efficit ullam concoctionem frigus nec diminutam nec magnam, Nam frigus nunquam concoquit, sed intelligimus ipsum frigus esse in causa ut debilitetur calor coquens et terminans, atque sic fuerit defedatio. Ergo prima causa debilitans calorem est frigiditas, secunda causa est humiditas redundans et superflua, que quia interminata est et terminari debet a calido, si sit copiosa et superflua obtundet virtutem caloris, Tertio diminutio caloris sequitur quoque temporis breuitatem, nisi tempus debitum attribuatur carni elixandae, non poterit calor actionem suam perficere, et ita defedatio siue inquinatio proueniet, et ita cum Deo

finem

[margin:] Andeiacte Medici dicunt quod siccitas est lima caloris

finem huic tractatui de Elixatione, quam postea Arist. absoluit Accingit se ad Assationis doctrinam, et quia unamquamq. doctrinam debemq auspicari à rei nãa seu à definitione ideo Phus illud Astans incipit statim à definitione inquiens.

Assatio est Concoctio alimenti à calido sicco externo quam definitionem anteq. expediamus, questioni cuidam est occurrendum. Est aut de ordine horum tractatum. Cum tres sint Concoctionis spes, quare Phus non prius de Assatione tractat sed omnium postremo. Respondeo Arist. in his tradendis ordinem prioritatis secutus est. Cum n. à communioribus sit auspicandum semper, et maturatio sit communior inter oes spes Concoctionis, ideo de maturatione prius erat agendum, q. aut Maturatio sit prior et communior patet, nam accidit tm in fructibus, at fructus plantis et alia prius sunt quam inferiora. Sequitur postmodum maturationem elixatio, que inter est prius assationi, nam accidit primis id est infantiis et pueritiis, que calides et humides sunt etates, in iuventute uero fit magis assatio propter caliditatem complexionis et siccitatem. His dubitis accedendum cum Pho ad ipsam assationem, in qua explicanda quor sunt à nobis prestanda, Pº definitio assationis est expendenda, Secundo divisio, 3º Corrolarium quoddam hinc enascens, ultº spes opposita ipsi assationi est explicanda. Quod igr ad primum pertinet assationem definit Phus esse concoctionem humidi interminati, proueniente à calido sicco externo, Ubi obseruandum s Nãm definitionis spierum hanc esse ut partim conueniant inter se, partim differant, Conueniunt quidem omnium spes definitiones in gñe

distinguuntur

distinguuntur aut in diis. Conuenit igr Assatio cum elixa=
tione in hoc q utraq dr esse Concoctio, et quidem eande Sent
intam nempe Simitum interminatum, distinguuntur ca Efficiente
sed passiua tantum, Nam Elixatio fit a calido humido, Assa=
tio uero a calido sicco, Non tn inconuenit qnq in Accidentibg
sumi diffam a mtia uel ab Efficiente, In substiis uero semper
dfa sumitur a forma que si desit, sumitur ab Accidentibg ppriis
qnq n latent dfa proprie et ultime, apponitur Accidens
pprium, ut quando desirire uolumus hominem, addimus Ani=
mam dfam, qn uero equum quia non inuenimus dfam Anima
addimus pprium Accidens hinnitum hinnibile, Nam irronale non
est ipsius dfa, sed multis est commune. Sed cur dt Assatio q a ca=
lido sicco externo, eundo et superius aliis spebg non addiderit
Sic n dubitari pt, Concoctio fit in gne a calore nali et pprio
dicebat Ari's supra, sed calor pprius et nalis debet esse internus
Ergo omnia sive assentur siue elixentur debent coqui non a calore
externo sed interno et nali et pprio. Interpretes torserunt se
in dissoluenda ista dubitatione, sed ego nullo negocio soluam
Negando minorem nam calor nalis et pprius non debet esse inter=
nus rei coquendae, sed semper externus. Sed si dr Nalis
et ppriius Rondeo quod Arist. hoc in loco Nalis et pprius
idem sumit quod congruus, non superfluus, nec deficiens
ut exempli causa quando concoquitur in uentribg non con=
coquitur a suo calore, sed a calore uentriculi qui est extra cibum
et tamen ille ipse calor externus, dr, respectu cibi coquendi
nalis et pprius, quia nimirum non est superfluus nec defi=
ciens sed congruus et debitus. Quod aut haec definitio

uera sit

vera sit et legitima ductus Arist. probat signis, Ea quae apponuntur igni ut coquantur, etiamsi usque ad dimidium elixata sint, tamen postea si assentur assata dicuntur, Ergo assatio recte definitur fieri a calido sicco. Secundo diximus differre elixata ab assatis, quoniam illa patiuntur a calido humido, haec vero a calido sicco. Ergo definitio ista recte est tradita a Phso. Ex dictis inferuntur duo Corrolaria. Primo quidem quod elixata imperfecte possunt assari, sed assata non possunt elixari breviter a secunda specie Concoctionis datur processus ad ultimam sed ab ultima ad secundam minime. Secundo dicebus quod difficilius est assare quam elixare, ratio est, nam quae elixantur cedunt aquae mollienti et attemeranti, sed quae assantur exterius fiunt sicca, et ita non penetrat calor coquens ad interiora. et ita concludere possumus ex dictis signis Assationem bene definiri. Quoad Secundum Allata definitione Assationis, Nunc illam dividit Phus dicens Assationem esse duplicem quemadmodum et Elixationem, Alia enim est Naturalis Alia Artificialis. Artificiosa assatio est illa quae fit ab igne ardente ope alicuius ministri. Naturalis autem fit ea quae fit in viventibus. Observandum autem quod istarum Assationum utraque fit per eandem causam et ab uno Efficiente, habent ergo deffinitionem quoque eandem. Cetera enim Assatio iam sit divisa quaeritur ubi nam et in quibus partibus domini Assatio reperiatur. Albertus et Conciliator in hac fuit opinione, Non modo Assationem sed omnes tres species Concoctionis reperiri in animalibus, Maturatio quidem dicitur in homine respectu generationis totius viventis. Cum enim infans in utero efficiatur et postea sensim maturitatem aetatis acquirit, maturari dicitur.

maturari d. Elixatio uero in domine reperitur secundum partes, ut quando generantur carnes Elixatio appellatur, Assatio uero reperitur in eisdem respectu solidarum partium ut sunt ossa, quae tunc generantur quando assatur nutrimentum, et degenerat in ossa, Haec opinio falsissima est, Nam maturatio fit solum in Pericarpiis teste ipso Arist. in quo sane miror ingenium, Alberti alias perspicacissimi esse deceptum. Dicimus itaque nos fieri Maturationem in solis fructibus, Elixationem uero et Assationem in solis animalibus et carnibus quae penes animal considerantur. Hae uero duae species ita rursum inter se differunt, quod Elixatio quidem fit in animalibus proprie, coquuntur n. animalia semper calido et humido. Improprie uero reperitur Assatio, quando comparamus aetates inter se, ut adolescentia et iuventus magis habent assationem quam pueritia, pueritia uero magis Elixationem.
Quoad tertium Dicebamus dictum proponi a Philosopho quoddam Corrolarium, quod tum Philosophis tum Medicis expendere est utilissimum ita uero se habet.
Nullo modo possunt uermes et lumbrici generari in uentriculo seu stomacho, sed in intestinis solummodo, atque etiam si aliquando reperiantur in uentriculo. Dicendum est illos et in intestinis esse generatos et inde ascendisse.
Haec sententia per se quidem videtur satis aperta, tamen ordini huius nulla uidetur adesse ratio et connexio. Agebat n. Arist. de Assatione, dividens illam in Naturalem et Artificiosam postea subdit hoc Corrolarium. Ventres non admittere generationem lumbricorum, quae sit connexio. Duplex est Assatio. Ergo in uentriculo non generantur uermes

Querit

Adverte seriem horum verborum talis est, Declaravit supra Phus omnes spes Concoctionis provenire a calido, Ergo et elixatio et Assatio Nalis provenit a calido, At concoctio fit in ventriculo, Ergo ventriculus habet calorem digerentem, non patitur illic oriri putrefactionem, Ergo neque vermiculorum generationem. Namque vermiculi generantur ex materia putrefacta, materia vero non potest putrescere quandocumque regnat calor digerens, verum si saltem diminuatur paululum calor digerens ipsius ventriculi, succedit statim humorum corruptio. Huc ergo respiciens Phus attexit doctrinae suae de Assatione hoc Corrolarium. Non possunt in ventriculo generari vermes, sed bene in intestinis quia illic habent materiam. Huic Corollario subjicit Arist. statim declarationem oppositae speciei ipsius assationis, quae est inassatio, definita quod Contrarium a Pho hoc modo quod inassatio sit inconcoctio proveniens ab imbecillitate caloris nalis et siccitatis. Fit vero calor iste siccus imbecillus, aut propter frigiditatem, aut humiditatem superfluam. Ceterum quia in his minor est difficultas, opus est ut redeamus ad motam questionem de generatione vermiculorum. Circa quam quidem digressionem primo stabimus tractabimus de materia horum vermium, Secundo de Causa Efficiente, Tertio de loco magnitudine, figura, colore, obiter. Quod ad primum Certissimum est vermiculos non aliunde generari, nisi ex materia putri, quae materia nihil aliud est quam excrementum separatum ab humore utili in ventriculo, quo in loco observa, quod ut superius diximus

in ventriculo

in ventriculo vermes non generantur, Nam in ventriculo nil aliud continetur quam cibus, non habent illic consisten=tiam excrementa, sed in intestinis, in quibus cibi non sunt sed excreta ciborum. Ex istis igitur excrementis oriunt vermes, aut interdum et ex alimento non probe concocto sed corrupto. Quoad Secundum Causa Efficiens Vermi=um, non est calor digerens ipsius ventriculi, sed calor materiae putrescentis, quemadmodum etiam in cadavere videmus generari vermiculos à calore cadaveris ipsius, animante portiun=culas illas à corpore divisas. Sed Obijcies scribit Arist. 3 de generatione quod causa Efficiens Verminum sit calor celestis quod ipsum tuetur Averroes 12 Metaph. 18. Respondeo ea animalia quae ex materia putrefacta oriuntur sunt duplicia, quaedam generantur ex simplici limo et terra, quaedam vero ex limo sed ex animali seu cadavere. Eorum animalculorum quae ori=untur ex luto Sol est tamen Efficiens causa, Nam per se limus non habebat talem calorem, qui perfectionem praestitisset nisi Sol fouisset eum. Si vero vermiculi oriantur ex ca=davere, Causa Efficiens ipsorum est calor putrescentis materiae segregatim. Dices Accidens non generat substantiam, Ergo calor non generat, Secundo Celum est causa universalis Ergo non generat particularia. Respondeo ad primum verum omnino est, quod accidens ex virtute propria non generat substantiam Nam nil agit ultra proprium gradum, sed agit et generat virtute superioris agentis, ut est Anima vel Celum, unde videmus in nostro corpore generari carnem vi caloris ab anima Ad Secundum Obiectum dicimus, Celum est causa universalis

Ergo non producit particularia, sed indifferenter se habet ad omnes formas, Ergo sicuti producit uermes, ita muscas et canes. Respondeo Materia est in causa diuersitatis formarum et non cœlum. Nam materia alio atque alio modo se habet, Unde uidemus in mari non generari muscas sed conchas, quia materia non permittit, quae si magis sit terrestris generat ranas Cochleas et alia. Si uero fuerit subtilior generabit uermes et muscas. Quoad tertium. Scire licet ex supradictis quod generantur uermiculi in solis intestinis. Sed obserua quod dum Dt. Arist: in intestinis tantum generari uermes et non in uentriculo, loquitur de intestino sano et concoquente, Nam si discesserit a sua natura cumulabuntur humores putridi, et occasionem habebit grandi uermis. Quod ad figuram. Reperiuntur uermes quidam graciles, quidam lati quidam breues quidam longi, Causa longitudinis est calor, breuitatis frigus, gracilitatis siccitas, latitudinis humiditas. Qui ergo sunt graciles et breues oriuntur a ~~calido~~ frigido sicco, longi et graciles a calido sicco, longi et lati a calido humido, lati et breues a frigido et humido. Quod ad Colorem quidam ex ijs sunt rubri, et oriuntur ex dominio sanguinis, Quidam Citrini et oriuntur a Cholera. Quidam a Melancholia et sunt nigri. At pituita albi. Et haec sunt dicta de Actionibus Primarum qualitatum.

PASSIUARUM

Autem dicamus quoque nunc Species

Sub initium.

Sub initium quarti huius libri Meteoron constituerat Phus duas esse qualitates actiuas et duas passiuas, proposueratque in hoc libro agere, de Actionibus actiuarum et passionibus passiuarum. Cum itaque hactenus satis superque de Actionibus actiuis disseruerit nimirum de generatione, putredine et Concoctione nunc aggreditur tractatum de passionibus passiuarum, ut sunt durities mollities congelatio liquefactio, et alia et primo quidem declarat naturam passiuarum, et de mutuam inter se utilitatem. et de passiones ipsas quam Methodum Arist: nos quoque sequentes dicamus de illis omnibus eodem Ordine quo proponuntur. Quod ad primum Multum interest hic primum considerare naturas harum qualitatum passiuarum. De qua sciendum recte et proprie definiri humidum esse, id quod termino proprio non terminatur sed alieno, siccum uero quod proprio termino terminatur non alieno, quemadmodum aër in quo humiditas primo dicitur, nullum habet terminum sensibilem. Contra uero terra habet. Sed dices Ignis facile terminatur termino alieno nempe fornace. Ergo ignis humidus est et non siccus Respondeo ignis non terminatur termino alieno facile, sed semper rursum nititur, et a fornace quod terminatur fit per Accidens, et de ibat ignis per se sursum, et a fornace retrusus est, atque ita figuratus ad figuram fornacis. Adde quod ignis primo non est siccus sed calidus, atque ita terminari proprio termino non sibi primo competit sed terrae: quia in terra frigiditas quoque adest, quae magis unit et terminat Caliditas uero non unit sed dilatat potius et prohibet siccitatem terminari. Quod ad Secundum In hac parte ut diximus recenset Arist: utilitates quas percipiunt a se mutuo humiditas et siccitas, dicens quod humiditas dat siccitati continuitatem, siccitas uero terminum et consistentiam unde

uidemus

videmus aquam ex sui natura esse continuam et fluxam
atque semper quaerere suas partes, terra vero sicca est et non
potest continua reddi nisi per fluentem. Mutua igitur utilitas
istorum corporum facile apparet, similiter est quod ex sola farina non
possumus facere panem, sed addimus aquam, dicitur itaque a Philosopho
proprium utilitas harum qualitatum. Quoad tertium Hic per
quirit Philosophus quibusnam qualitatibus istae res sint insignitae
et de hoc loquitur ordine. Istae duae qualitates humiditas et
siccitas, quibusnam primario competant corporibus. Dicit igitur
quod humiditas inest primo aquae, siccitas vero terrae. Quod tamen ci:
tamen videtur esse falsum, Nam 2 de ortu 23 dixit Philosophus Ignem
primo esse calidum, Aerem primo humidum, aquam primo fri:
gidam. Respondeo humiditas dupliciter consideratur. Primo ratione
Elementorum quibus a natura sunt accomodatae qualitates.
Secundo ratione gratia mixtorum. Si humiditas consideretur re:
spectu Elementorum Aer est primo humidus. Nam ideo binas
qualitates assignavit natura Elementis, ut si altera debilis esset
vehementior esset altera et propria. Sic igitur quia caliditas de:
bilior est in aere, humiditas est principua. Sed si consideres
qualitates in ordine ad mixta, primo humiditas competit
aquae, secundo aeri, primo enim in generatione acquiritur humidum
et quia humida debent terminari si aliquid debet generari; quia
humiditas aquae citius potest terminari atque consistentiam
acquirere, et citius potest adipisci formam, adeoque plus confert
ad mixtum efficiendum ideo Philosophus attribuit primo humiditatem
ipsi aquae non appellat aerem, quia aerea humiditas
difficilius acquireret formam seu perfectionem seu consistentiam

in generatione

in gn̄atione mixti Ex his omnibus Ar̄ns Corollarium quoddam infert, quod omnia oriuntur ex permixtione humidi et sicci, .i. aquæ et terræ, q. deducitur hoc modo. Nam gn̄atio requirit subiectum ex quo aliquid fit, At hoc est humidum et siccum, Ergo omnia oriuntur ex humido sicco. Secundum Corollarium est istud Animalia nullo modo possunt degere in aëre vel igne, sed possunt in terra et aqua. Deducitur aut hoc modo. Omnia debent nutriri ex ijs ex quibus gn̄antur, at gn̄antur ex terra et aqua omnia .i. ex humido sicco Ergo debent quoq conseruari in humido sicco et per Consequens in aëre et igne nil potest conseruari quia nec gn̄antur ex ijs vide 2 de Ortu 49. Ars subijcit tertium quoq Corollarium quod omnia mixta sint à pdominio terrea et aquea Id est q in omnibus mixtis debet aqua vel terra pdominari, sed addit terminata, dicens q omnia mixta terminata sint à pdominio terrea et aquea seu humida et sicca. Verum Contra hoc tria Corollaria multa possunt obyci, breuiter tamen nos pcipuas tantum ex Obiectionibus attingemus. Pmo contra primum Corollarium ubi dicebatur Omnia mixta esse gn̄ata ex humido et sicco. Cœlum nō oritur ex humiditate et siccitate, Ergo falsum q̄ Oīa oriuntur ex permixtione humidi et sicci. Rndeo ex ipsomet Arist: q dum hoc pnunciat q omnia oriuntur ex permixtione humidi et sicci At hoc modo Omnia mixta sic ubi particula sic non est otiosa, sed .n. q quecunq sic miscentur, ut ipse pdixerat, oīa sunt pmixta et humido et sicco

Quod ad

Nam si omnia mixta sunt a Pdominio terrea, Ergo sunt omnia frigida q falsissimum est. Deinde 2 diguntur ... dr q omnia mixta a Pdominio sunt terrea, ergo nō stat q dt esse frigida e sicca & terrea & aquea. Ardeamus per terream intelligit ubi Subs composita, intelligens nihil aliud quam q omnia mixta sunt composita, non q in illis Pdominetur terra. Hic uero dum dt omnia mixta esse a Pdominio terrea e aquea, ne dir quidem ita intelligatur q in omnibus Pdominetur terra e aqua, Nam ut dr oīa essent frigida e sicca, sed q oīm mixtorum gnatio fiat Pcipue ex aqua e terra, ista Pdominantur in mixtis id est ista requiruntur ad omnis mixti productionem q uero terreum sit magis falsissimum ē. Nam oleum exēpli grā non supernataret aque si esset terreum, nec lignum e tn omnia ligna supernatant aque Pter hebenum quod subsidit. His a Rdo ppositis de humido e sicco iam se: quuntur passiones sequentes humiditatem e siccitatem ut sunt Mollities e durities, q desiniens statim Arist. ot. Durum est illud quod non cedit. Molle uero q cedit Sensus est. id q non cedit tangenti secundum superficiē nec comprimitur sectm pfunditatem ut lignum e ferru Molle uero id est q a tangente facile comprimitur ut cera Mollita e caro. Ex his definitionibus duobus elicit Arist. Corollarium dicens q terra e aqua non dicuntur dura e mollia, Terra quidem quia frangitur nō est mollis, nec dura id ē q durum e comprimi debet sed non frangi. Non est aqua Mollis quia diffluit, e

non manet

sed corrumpitur. Quare ex his patet quod non uult Plinius aliquid conservari in igne, sed potius dicit quod animal corrum-
pitur ab igne, unde patet quod Plinius ex propria sententia non loquitur
nam sic mentiretur. Aut Secundo dicamus, quod potuerunt illa
animalcula generari in lateribus ipsius fornacis et postea
uolare, et dum uolabant non penitus exuri, sed tan-
tum ita ut exire possent et foris postea mori. Quod ad
Salamandram fabulosum est dicere illud negamus exuri
sed difficulter exuri est uerum. Namque eam quae sunt frigi-
da humida, et dura ut Metalla difficulter exuruntur
ab igne vide Galenum quoque de Temperis et Dioscoridem
lib: 6. et 2. Quod ad auem Paradysi dico quod licet
ista auis uolitet in äere, tamen generata est ex aqua et terra
et si generata est ex ipsis, conseruatur et nutritur etiam
ex ipsis, tamen possumus concedere, quod non amat habi-
tare in aqua et terra sed illinc sursum euolet. At urge-
bit adhuc aliquis. Scribit Plinius in Thesaurum aliquo tempore
illius maximi terrae motus cecidisse lapidem ingentem de
nubibus, ergo fuit in äere generatus non ex aqua et terra.
Secundo uidemus cum imbribus decidere plurimas ranas ergo
generantur in äere. Respondeo ad primum Negamus lapidem
illum fuisse in äere generatum, sed ui uentorum et tempestatis
fuisse sublatum in äera et ita decidisse. Quod ad
Secundum Ranae non generantur supra in äere, sed inferius
ex aqua terrestri. Erat tertium Corollarium Omnia
mixta esse a predominio aquea et terrea, In quo Co-
rollario explicando miro in modo sese Philosophi fatigarunt

Nam si

à calido, ut omnia Metalla, ex ijs itaq: Exurgit Nobilis illa propositio quam paulo ante attulimus, quæ congelantur à calido ut lac et semen, liquefiunt à fri: gido, et quæ congellantur à frigido ut metalla, lique: fiunt à calido. Dices quomodo proveniat idem Effectus à Contrarijs ut et calidum congelet et frigidum, et liquefaciat calidum et frigidum. Respondeo uerum quidem est quod dicit Philosophus Contrariorum effectus sunt Contrarij, sed intellige per se. Nam per se Contraria semper Contrarios habent Effectus. Sed per Accidens à Contrarijs proveniunt effectus similes et non contrarij, quod dicit Arist. 2 Phys. 36 dat Exemplum dicens quod sicuti Nauta unus et idem duo opposita facit, Salutem et periculum, Alterum quidem per se Alterum per Accidens, Eodem modo Sol est causa et generationis et corruptionis sicut ut abest et adest, adeo ut uerum sit cum Philosopho dicere in lib: de Ortu et interitu quod idem secundum idem non facit nisi idem. Aduerte igitur quod ab eodem calore proveniunt et congelatio et lique: factio. Congelatio quidem tamen quia beneficio caloris euaporat tenuis uapor, et quod reliquum est indurantur id est per Accidens, liquefacit autem per se, quia ca: lidi est rarefacere, Est quoque secundo Causa Congelationis hoc modo nam miscet, et miscendo tenuia cum crassis introducit consistentiam. Contra uero frigus quoque et coagulat et liquefacit, Congelat per se quia desiccat Liquefacit autem per Accidens, quia non sinit con: sistentiam induci à calore.

Anno demum M D LXXXI° prosecutus est ulterius

Quemadmodum ab initio si memoria tenetis ad-
monueram. Consilium & Intentio Phi in 4 isto Me-
theorum nullum aliud est quam disputare, de passio-
nibus corporis Physici mixti, in quantum mixtum est
sed talibus quae proveniunt a quatuor primis qualita-
tibus, prout duae ex illis sunt activae & duae passi-
vae. Cum autem satis superque dacterius de Actioni-
bus Activarum egerit, quae sunt generatio, putrefactio, co-
ctio, assatio, elixatio, maturatio nunc consequen-
ter de passionibus Passivarum; quae sunt humidi-
tas & siccitas agere Phus incipit a quibus sani-
dus passiones fiunt praecipue.

Coagulatio atque liquatio.

De quibus Phus, in sequentibus agere incipiet,
incipiens a tex: 28 in quo ostendere incipiet quod
passiones provenientes ab humido et sicco praecipuae
duae sunt Coagulatio & liquatio. Verum quia duae
duae affectiones proveniunt ab humido & sicco medi-
antibus duabus alijs qualitatibus secundis nimirum du-
ritie & mollicie, cum Coagulatio sit quaedam du-
rities, ideo Phus antequam Coagulationem et liquationem
aggrediatur, durum & molle definit inquiens, du-
rum est quod secundum superficiem non cedit tangenti
contra molle quod cedit. Hac definitione dabita

qm

quoniam coagulatio est quaedam exiccatio, &
liquatio quaedam humefactio, ideo de his quoque primus
incipit disserere, et primum quidem de Exiccatione
circa quam tria considerat & expendit. Primo
quae sint Exiccabilia et a quibus fiat exiccatio, et
quomodo fiat. Quoad primum dicit ea posse siccari, quae
sunt aquea, quod considerans Albertus magnus dicit, per
aquam non debere intelligi aquam Elementum, nam
aqua siccari non potest. Siccatio autem est quando perit humi-
ditas, at si demas humiditatem non erit iam aqua sed
alia species, ut aer, uel terra, uel ignis, ut erit ge-
neratio non alteratio, in alteratione enim sub utroque termino
manere debet res. Haec quidem Albertus. Sed ipsius opi-
nio non est conformis uerbis Philosophi, dicit enim Philosophus dupliciter
aqua exiccatur. Primo cum uertitur in glaciem, secundo
in uaporem et sic manet aqua sub utroque termino. Di-
cimus itaque nos quod aqua duobus omnibus motis ut dicit dicit
Philosophus potest exiccari, Primo cum uertitur in glaciem id
est dum acquirit consistentiam, et sic acquirendo con-
sistentiam, non necesse est ut corrumpatur in aliud
Elementum, quod sane patet exemplo famis et sitis
fames iuxta Galenum est appetitus calidi & humidi

quando f.

quando s. os uentriculi ad resarcienda substam
ipsius corporis appetit nouum calidum et humidum.
istud humidum quod appetit uentriculus, non e qua-
lecunq humidum sed constans, et quasi exiccatum
nam qualis est ipsius corporis substantia deperdita cu-
ius vicem implere debet, tale humidum debet esse
at substa corpis erat constans et s. ita sitis dr esse
appetitus frigidi et humidi non qualiscunq, sed qua-
le est deperditum q. humidi terminati. adeoq non
uere frigidi et humidi, neq. n. illud appetit Natu-
ra, sed calidi et humidi consistentis. sic igr dicitr
exiccari aqua, nimirum dum acquirit consistentiam.
Secundo adhuc exiccatur per euaporatione, cu. s. ab
ipso calore alteratur. et tamen adhuc manet. sic
possumus dicere uapores, aquas siccas Quoad Se-
cundum et Tertium ut coniungamus Efficientem et
Formalem caussam ipsius exiccationis dt Phus. Exic-
cationem fieri posse tum a Calore, tum a frigore.
Sed dices? Quomo pueniat a duobus Contrarijs
unus Effectus Rndeo Exiccatio fit a calidita-
te per euaporatione humidi inconsistentis, a frigido
uero per expressione humiditatis. ut Spongia ma-
defacta dupr exiccari pt, tum per euaporatione
aque tum per expressione. Sed queret hic aliqs

Cur Phus

Cur Phus non assignat caussam Efficientem siccitatis per se sed tantum per Accidens. na calor & frigus per Accidens siccant. Siccitas vero per se siccat. Rndeo optime Phus ita facit. nam agit modo de exiccatione mixtorum, in quibus siccitas nunquam siccat, nam est passiua qualitas siccitas dum iam in mixto est, licet extra mixtum sit actiua ipsa quoque. in mixto igr duo tantum Actiuae sut nimirum caliditas & frigiditas, et istae exiccant coagulant, indurant etc. licet per accidens. unde nota quod quando lutum induratur, et exiccatur à Sole, non sol dat ipsi luto siccitatem, sed tantum remouet impedimentum siccitatis Nalis terrae id est humiditatem, nam terra ex sui nã sicca fuerat, humectata est ab aqua, illam humiditatem expellendo dr exiccare calor. His itaque de Siccitate expensis, dicit Phus coagulationem de qua ipse dn acturus est esse quandam exiccõnem. Sed dn vna Dubitatio non est Ptermittenda, quae omnibus expositoribus huius loci maximam attullit molestiam, et etiam nob. Dicit Phus pº quod Exiccatio fit et à calido & a frigido. posterius vero dt, quod siccatio fit

tm à calido.

tantum à calido, maximè contrariantur hæc duo inter se, adeò ut Pomponatius ingenuè fateatur se satisfacere non posse. Albertus conatur sic respondere. Exiccatio dupliciter capi potest, largè et pressè, cum dicit Arist. exiccationem fieri à calido & a frigido largè accipit exiccationem pro arefactione & coagulatione. Cum vero dicit Exiccationem provenire tantum à calido propriè capit exiccationem nimirum pro arefactione, nam coagulatio non est vera exiccatio. Docta sanè et ingeniosa doctoris Alberti solutio, sed Philosopho non est consona. Nam declarans Arist. quomodo fit vera exiccatio quae opponitur humectationi dicit Philosophus postquam dixisset, quod à calore tantum producitur exiccatio dicit, inquam, siccationem voco sicuti est congelatio aquae en quomodo loquitur, certè si pro arefactione caperet siccationem non afferret exemplum hoc. Dicamus itaque nos aliter, quod non convertitur exiccatio cum congelatione, multa enim siccantur quae non congelantur. dum igitur dicit Philosophus exiccationem provenire tantum à calido loquitur de illis mixtis, quae non possunt à frigido exiccari id est congelari sed tantum à calido. Vel

dicendum

dicendum, quod licet et a calido & a frigido fiat exiccatio, tamen uerius a calido, nam caliditas prorsus absumit humiditatem, et tunc est uera exiccatio. at frigiditas tantum exprimit non absumit. Quare his premissis incipit iam Phus declarare coagulationem ipsam, et eliquationem, in quarum gratiam de siccatione & alijs disputauit. Tria autem de Coagulatione quoque inuestigat, Primo quid sit, 2º a quo efficiente, tertio, quomodo. Quod itaque attinet ad primum quesitum dt Phus omnia coagulabilia debere esse terrea & aquea, quod hoc uerum sit probatur inductione ex omnibus, glacies est res aquea et terrea, licet n. tibi uideri possit aquea, tamen et terram habet. nam si liquefacias in lebete apparebit in fundo terra, ita lac, sanguis, sal, nitrum, sal n. coagulatur ex aqua salsa, que aqua non esset amara nisi esset terra adusta illi admixta. Hic autem nota, quod non eodem modo sunt aquea hec omnia sed quedam aquea et quedam terrea. Sanguis exempli caussa est terreus magis quam aqueus si sit bonus, nam ex eo generatur caro nerui ossa, &c. que omnia sunt terrea

ergo & cor

ergo & cor principium nempe sanguis terreum esse debet. intellige igitur praedominari terram & aquam in istis, non in aequali proportione, sed cum subdominio alterius. Dicet hoc in loco aliquis Philosophus videtur esse diminutus, nam non enumerat omnia coagulabilia id est praetermittit aërea, quae et ipsa coagulantur ut oleum mel &c. Respondeo, sed ut pluribus declarabo inferius, oleum non potest coagulari sed incrassari, ita ut uerum sit, quod terrea solum & aquea possint coagulari. Quoad secundum a quo coagulatio proueniat, Philosophus tres numerat efficientes causas coagulationis, calidum frigidum e siccum. Sed ingentes hic se se nobis offerunt difficultates. Prima calidum rarefacit atque attenuat, ergo non potest coagulare et densare. Secundo Philosophus numerat e siccitatem inter causas efficientes coagulationis, ac cur non nominat & humidum, respondet Alexander non numerat humiditatem, quia ipsa ut ostensum fuit supra est passiua qualitas, e materia actionis, materia autem non est agere 1 de generatione &c. Ego uero retorqueo contra Alexandrum, ergo neque siccitas hic annumerari debet, nam & ipsa est passiua qualitas

Respondeo

Rndeo ad Priorem obiectionem. Caliditas licet inter secundas operationes videatur tantum rarefacere, tamen et densat et coagulat. densat tamen non essentialiter, sed accidentaliter densat, nimirum uel euaporatione et consumptione partis humidae et inconsistentis, uel permixtione humidi cum sicco. Nam caloris est aperire meatus, per quos exudat tenuis humor, et res euadit consistens. eiusque caloris est permiscere humida cum siccis penetrando, unde vides tenuis aquam et Oriza(m) simul iunctas esse fluxas et inconsistentes, calor miscendo humida cum siccis reddit rem consistentem. Atque hinc duo colligite Theoremata 1 licet calidum proprie rarefaciat tamen et densat euaporando & miscendo partes. 2m Licet calor denset, tamen in mixtis tantummodo et hoc per accidens, nam dr 1° poster. quod quicquid est per se, est universale et de omni. Ad Alteram autem Obiectionem de sicco diceret Barbaries cum Tomas & Latini licet duas qualitates sint Actiuas et duas passiuas, dicuntur tamen sic propter magis et minus, nam passiuas qualitates licet & ipsae agant, quia tamen minus, dicuntur pati: Falsissimum et hoc

Latinor

Latinor ratiocinium, et etiamsi vere loquerentur nondum tn̄ satisfaceret obiectioni, et toto cœlo errant. Nam Arist: agere et pati in qualitatib. accipit p̄ terminare et terminari. ita ut dupl[iciter] possint q̄ltes considerari, vel rōne primarum operationum ut sunt calefacere, frigefacere, humefacere, siccare. vel rōne secundar[um] ut terminare, densare, miscere, unire, rōne primar[um] operationum oēs sunt activæ, et omnes passivæ. Secundarum vero rōne duæ activæ et duæ passivæ, nam duæ tn̄ sunt quæ terminant miscent, uniunt et duæ terminantur. Dico igr ego ad obiectionem dum dt Ph[ilosoph]us. siccum quoq. esse efficientem caussam coagulationis, addit illi calidum, nam siccitatem caliditati iunctam certum est servire coagulationi, nam siccum est terminatum, et cum Sol cogit evaporare humidum, siccitas illi adiuncta terminat rē unde dicunt Medici quod siccitas est lima caloris et vim addit calori. Hinc et est quod in puero suavis est humiditati adiuncta caliditas et dulcis nam caloris mordacitatem et aciem obtundit humiditas. contra in iuvene mordax propter siccitatem. Quoad Tertium quomodo coagulatio

fiat

fiat, vidimus hactenus Caussas Efficientes coagula-
tionis, calidum frigidum & siccum, restat modo videndum
quomodo proveniat ab istis coagulatio. Circa quod sane tria
a nobis erunt perpendenda. Primo de intellectu huius pro-
positionis. 2°. num verum sit quod quae coagulantur
a frigido resolvantur a calido & contra. Tertio qua-
lis ex his colligatur diffinitio. Circa primum dicit Philosophus
corpora coagulari a calido, frigido sicco, non intelli-
gatur ita quod una et eadem res, ab omnibus his
coagulari debeat, sed ab una tantum vel duabus. mul-
ta enim coagulantur a frigido, quae non a calido, sed
sensus est, quod quaedam coagulantur a solo frigido,
quaedam a calido quaedam vero indifferenter. et hoc
declaratur in praesenti textu 35 ubi dicit Philosophus, humi-
dorum sola aqua coagulari non potest, ratio est quia incras-
sari nequit, unde et dicimus cum Medicis quod aqua so-
la nutrire non potest, sed evanescit in corpore et vertitur in
vapores. Caussa cur non nutriat est, nam non potest con-
coqui et incrassari. Sed attende quod quia ventri-
culus numquam est penitus vacuus, sed habet aliquas
in se vel ciborum, vel humorum reliquias, ideo aqua
istis admixta coquitur tandem et nutrire dicitur.

Quoad.

Quoad Secundum, dt Phus quod ea quæ coagu-
lantur à frigido à calido tantum soluuntur, et contra
quæ à calido coagulantur, à frigido tantummodo liquescunt
Tam ambigua est ista propositio, atque tot habet contra
se difficultates, ut dicat apertissime Pomponatius
nullo modo Arist. posse deffendi, dt namque Philosophus
quod quæ soluuntur à frigido, concrescunt à calido
solummodo & non possunt concrescere à frigido. Vi-
detur hoc esse falsum, nam Sal concrescit ex aqua
salsa beneficio caloris, at illa ipsa aqua salsa ex
qua fit Sal potest concrescere et congelari à frigi-
do, ergo vna & eadem res, tum soluitur tum concre-
scit ab vno efficiente. Secundo Sal proiectum in a-
quam feruentem eodem modo soluitur atque liquescit ac si
ponatur in aquam frigidam. Ergo falsissimum videtur quod
dt Phus Salem à frigido tantum liquefieri. Ad
primum dico quod licet Aqua Salsa possit quoque conge-
lari à frigido, tamen illa incrassatio non efficit
Salem, de cuius incrassatione loquitur Phus, namque
Sal ab ipso calore solummodo generatur et incras-
satur, nullo modo à frigido Notandum n. quod Sal
ex aqua tum generatur quando aqua dulcis vi caloris
euaporat

euaporat ab aqua salsa, et quae remanet con-
sistentiam paulatim acquirit ex assatione. aqua
vero et ipsa salsa non aliter fit, quam cum partes
adustae terrae cineris instar admiscentur aquae dul-
ci, et inficiunt ipsam unde dt Phus, quod si magnā
spongiam immergas mari, et excipias uapore in
caldario habebis aquam dulcem. Ex his itaq ap-
paret quod sal a calido solū incrassatur, et si for-
te aqua salsa inglacietur, non tamen fit inde sal
cum aqua dulcis inde non exprimatur, sed tantum
comprimatur. Ad secundam obiectionē nullus ex
Interpretibus sufficienter rndit, quibus non uidet,
perinde liquefieri sale in aqua calida atq in fri-
gida. Buccaferrus boni militis officio fungens
conatur deffendere Phūm dicens, sal in aqua fer-
uenti uerum est quod resoluitur, sed non uera lique-
factione, sed potius est quaeda incisio, sed perinde
est ac si nil dixisset. Pomponatius diffidens rōnibus
dt quod fortasse in Arist: patria sal in aqua tm̄
frigida soluebatur, non in feruenti. Sed quis est q
non videat hos utrumq nugari. Difficilimū mi
credite est recte circa particularia ista inculpateq
conteplari

contemplari, non. n. versamur circa materiam primam, et priuationem, atq. alias id genus Chi-meras, ubi liberum est intellectui fingere qlibet entia rõnis, realia, vniuersalia, Ideas, et alias la-nas caprinas, sed non est tutum circa particula-ria ista errare, nam à sensu et experientia con-uincimur illico. Sicut in Medicina Theorica liberu est vnicuiq. pro arbitrio mentiri, at in praxi poe-nas dat garrulitatis, ita infoelix nr Arist. descri-ptor in loco cogitur à nobis, neq. mirū nam neq. illi præclusa est occasio semel in anno mentiendi, tum quia ipsemet dt alicubi quod in difficilioribus rebus sufficit dubitare. Descendamus nos dnir ad alia

Lex. contrarius est Arist: circa lactis natura, ille n. lac à pdominio dt esse aqueū, Dic uero terreū. Rndeo cū Gal.o lac non est corpus simi-lare sed dissimilare, constat n. ex parte serosa vnctuosa, & caseosa, seri rõne aqueū est lac, de quo lis est inter nobiles illos Medicos Auicenna & Galm, quomõ purget Melanchā, serū itaq. est pars aquea et inconsistens ipsius lactis, vnde Me-dici volentes explorare, nū lac alicuius nutricis

sit sanū

sit sanum accipiunt speculum tersum, quod si lac diffluat, inconstans, inconcoctum et aquosum est. Si uero consistat bonum. Pars igitur lactis serosa est aquea, unctuosa et aërea, caseosa uero est terrea. Ex his igitur infert nouam Philosophus propositionem, dicens quae conge=lantur à uehementi frigore, à uehementi quoque calo=re soluuntur & contra. Nam agens eo usque prædomi=nari debet ut uincat resistentiam, ut ferrum ab inte=siore frigore congelatum est quam plumbum, & ideo à maiori quoque calore soluitur. Sed dices tamen Philosophus in calce 3 Metheo: dicit ferrum solui non posse. Sed dico eo calore intelligit, quo alia Metalla, uerus namque est quod plus caloris requirit quam reliqua. Ueniamus autem hinc nos ad propositum principale Philosophi, et uideamus num obiectiones insurgant contra Philosophum. Quod ipse quaecumque coagulantur à frigido, sol=uuntur à ~~frigido~~ calido. Contra lapides coagulantur à frigido, et tamen non possunt solui à calido, Ergo non uerum Arist. enunciatum. 2º frigidi semper est densare ergo numquam soluit, & per consequens falsa est altera pars Regulae ubi dicitur quod quae concrescunt à calido, soluuntur à frigido. 3º si solubilia

à calido

à calido, et incrassabilia à frigido sunt aquea, ergo et oleum est aqueum quod falsissimum est. nam nullo modo nutriret ignem si ita esset. Ad primum dico ex Philosopho, quod solui cum hac condicione
n debere intelligi, si solubile est, at lapides non sunt solubiles, ergo nec debent nec possunt solui. unde ipsemet quoque Philosophus addit, quod horum quaedam solubilia sunt quaedam non. Ad secundum licet calor ut diximus per se rarefaciat, densat tamen per accidens: ita et frigidum per se densat, sed per accidens rarefacit, ut semen humanum densatur à calido, et effusum foras liquescit, et in aquam uertitur. Dicit autem Philosophus in lib. de partib. quod frigiditas liquefacit per euanescentiam suis caloris, et spirituum quorum beneficio constant partes. Vel soluit quoque frigiditas ratione humidi cui iungitur, quod si desit non soluit. et hinc est quod Philosophus dicit in tex. 41. quod lapides artificiales ut lateres non possunt solui nec à frigore nec à calido, non à calido quia ab illo concrescunt: non à frigido quia desunt meatus. Ad 3m dicit Philosophus omnino esse dubiam olei naturam, sed tamen possumus dicere

quod oleum

quod oleum non coagulatur à frigido, sed tm̃
incrassatur. nam si uerum esset, quod quęcumq;
incrassantur à frigido sunt aquea, ergo etiam
aër esset aqueus quià et ipse incrassatur tempo-
re frigido, atq; etiam pinguia omnia. Sed clarius
hoc comprobatur ex tex: 31. ubi ita deffinitur
coagulatio. Coagulatio est inspissatio mixtorum
aqueorum et terreorum proveniens ab evaporatione hu-
midi ab agente frigido. Cum igr̃ coagulatio fit
per expressionem et evaporationem, et ab oleo nil eva-
porat, nec exprimitur pp viscositatem ipsius, ergo
oleum non coagulatur sed tm̃ inspissatur, non n.
omnis incrassatio est coagulatio. hinc etiam patet
error Alberti Magni in deffinitione coagulati-
onis dicentis, Coagulatio est comprehensio hu-
midi et sicci, ÷ unio humidi cum sicco, hic n. pro-
fecto & gn̄atio mixti, et concoctio erit coagu-
latio. hinc quoq; observa quod congelatio aquę
non est coagulatio, nam non adest expressio hu-
midi nec evaporatio. Postremo quod ad definiti-
onem coagulationis. Phus non deffinit qd ipsemet

sed mox

sed modum tantum, et cās Efficientes enumerat ipsius coagulationis. Nam ut dt Gal^{s} in lib: de Pulsib: non sunt semper à Preceptoribꝫ expectādæ deffinitiones. Colligamus itaq nos ex superioribꝫ talem coagulationis deffinitionē. Coagulatio est terminatiō et consistentia humidi aquei & terrei producta per euaporationē à calido & per expressionem à frigido. quod sit termina:tio patuit ex tex: 35. ubi declarauit quod co:agulatio est exiccatio quædam, q in subiecto aqueo & terreo docuit tex: 37. ibidē à quo efficiente et per quē modū. In hac ergo deffinitio:ne 4 sunt. P^{m} genus ꝯ forma. scd̄o mt̄a seu subiectum loco differentiæ 3° modꝫ. 4° Effi:ciens. Hic tn̄ nota quod humidū in coagulati:one non debet prorsus exprimi & euaporare. dt n. Phūs 2 de Ortu 5. quod si separetur aqua tota à mixto erit puluis, nam aqua est cā continuitatis, terra dat humido consistentiam, & humiditas dat terræ continuitatē, quia uero ex omni Conclusione nasci solent Corolla:ria. nota hic tria Corollaria, 1° ois coagulatio

fit P

fit per humidi defectum 2° Congelatio nō ē coagulatio 3° Oleum pinguedo et adeps non coagulantur à frigido. Sed non est hic neglige'da una dubitatio. videtur n. coagulatio esse Concoctio, nam Concoctio est terminatio humi=di per expressionem aut euaporōne in materia aquea & terrea. Rn̄det Burcaferrius omnino vēr et concoctio esse coagulatio, nā ouum cru=dum interminatum est. fit terminatum p expressi=onem aut euaporōne humidi. videmus n. aquam exudare per poros oui. Sed tn̄ differt Concoctio & Coagulatio nā in Concoctione minus humidi ab=sumitur, at in coagulatione multo plus. Stultissima certe Rnsio nec digna Phō, nonne legisti Ludouice Burcaferree quod magnum et paruum non variat speciem. pudeat te Rn̄demus nos quod Concoctio fit à calore nāli et proprio nisi n. sit nālis, sed excedens vritur res non coquitur. Si deficiens foedabitur res, ita ut concoctio requirat calorem nālem & proprium. Coagulatio uero fit à quo=libet calore. Hic uero negat desiderari possit ne qd

subiunget

subiungit Phus quae sunt incoagubilia, et aute incoagubilia debere esse äerea & terrea, ut mel, pix, oleu, argentu viuu. Sed tn̄ ista omnia magis sunt äerea qua terrea. Exemplificā .n. mel äereu esse ostendit ex sapor et effectus abstergit enim & calefacit, simul et dulce est. abstergit ergo calidu, dulce est ergo humidum. Hinc medici du uolunt pituita uentriculo infarcta mundare, et simul et calefacere, melle rosato utuntur, rosa quide astrigit mel uero abstergit, mel igr äereu ē, aqueu non est, nam non tergeret pituita, nec est igneum nam coctum ad ignem fit amaru, mediu igitur est inter igne et aquam, id est äeriu. Notanda aut hic sunt nonnulla P° ex parte rei 2° ex parte fundamenti. Et Phus quae soluuntur à calido congelant à frigido .s. si aquei sīt Naturae, uerum si sint äereae non congelantur à frigido sed tantu inspissantur. Circa fundamentu nota q ut antea dixi impossibile ē duo Elementa equaliter dominari in re, sed

alter

alterum est cum subdominio. ut oleum magis aëreum quam terreum, quod probatur in ex motu tum ex Effectu. nam scribit Phus 1 Celi, quod motus fit à predominante. sed oleum in aqua sursum tendit ad aëre, non tn̄ mouetur in aëre nam non est simpliciter aër, ab Effectu nam incenditur. dices ergo est igneum. negatur, nam maius est q non mouetur sursum quam dicere quod incenditur. Duabusque uero de Caūs aërea nō coagulantur, quia nec aër coagulatur sed solum incrassatur. 2o pp uiscositate & lentore non pt diuelli humidum à sicco & euaporare. sed hīc maxima nobis res est cū Argento viuo. Dicit Arist: quod Argentum viuum quoque est aëreum id est calidum et humidum, et nullo mō pt coagulari. Nam omne coagulabile est aqueum et quicquid non pt coagulari per expraessione aut euaporōne humidi non est aqueum, argentum viuum non pt coagulari per expressione uel euaporatione humidi, Ergo argentum viuum non est aqueum sed aëreum. Et hīc locus. Alcumistri

mistis maximè adversatur qui conantur coagu-
lare, id est sistere et ex Mercurio volatili id
est ex argento vivo volunt Lunam fixam facere
id est argenteam. Nugae sanè et impostura, aut
si quid habet rei puto Mercurium illum non esse ar-
gentum vivum, sed uocem quam coagulant Juristae
in suis Paragraphis et uertunt in pecuniam. Ita dum
Albertus dt succo herbarum posse id praestare. Constat
medici qui succo herbarum multum Argenti coagulat.
Sed maxima dir nobis oritur lis cum Gal. et Me-
dicis. dicunt Galenistae omnes argentum uiuum esse
frigidum et humidum quia aqueum, et non humidum
calidum. probant firmissimis rationibus, quia ponde-
rosissimum et effectus producit frigidos, datum
non alicui maximum provocat somnum, ergo frigidum
Caliditas non obstat somno ut in Phrenitide. Item
producit Paralysim qui morbus frigidissimus est,
ablatio sensus et motus. Et Arist. habet sua rationes,
nemum si esset aqueum omnino coagularetur etc.
Conciliator dt quasdam partes ipsius esse aereas
quasdam aqueas. Sed sunt nugae quia unum
Elementum

295
274

Elementum debet predominari. Quia vero Gal^s 6 de Elemēt^s dicit se nondum expertum, ideo et nos indiscussum hoc relinquamus. Quid vero sit Eliquatio quae opponitur coagulationi facilè appa-ret ex contrario. Est enim inconsistentia mixti aquei et terrei proveniens ab humiditate super flua in ipso mixto. Et haec sint dicta de omnibus Activarum qualitatum actionibus. Et passionibus passivarum, quas Arist: in hoc 4 Metheo: libro abundè satis explicuit. A°. M D LXXXI°.

+

Libri Primi Meteoror., Excellentis: Comitis D. Jacobi Zabarellae in Celeberrimo Gymnasio Patauino, Philosophiae Extraordinariae in primo loco Professoris diligentissima explicatio.

Anno Dni M. D. LXXIX

Magnus Aristoteles, major Plato, ~~repperit~~ nouerat ille
Naturam rerum, ~~repperit~~ nouerat iste DEUM.

Licet Philosophus in presenti textu videatur satis superque demonstrasse quod inter caelum et terram atque aquam, non unum tantum sit corpus sed duo, nimirum ignis et aer. Nihilominus tamen contra hanc Arist. assertionem non desinunt argumenta in oppositum. Primo enim dum dicit Arist: ideo inter caelum et globum terrae non posse unum tantum fingi corpus, nam totum universum corrumperetur et turbaretur ab immensa illa vastitate unius corporis. Hoc videtur esse falsum nam aer

I circumstans candelam etiam si sit immensus respectu Candelae, tamen non extinguit candelam, Ergo nec aer perverteret totum universum, si solus sine Elemento ignis impleret vastitatem hanc a

II terra ad caelum. Secundo dicit Philosophus, quod si caelum esset igneum omnia in ignem converteret, sed hoc videtur falsum, nam Elementum ignis, circundans aerem, multo maius est quam Elementum aereum, sed tamen aerem non corrumpit, Ergo etiam si caelum esset igneum non tamen

III. posset convertere in ignem inferiora minora. Tertio contra idem aliter quoque possumus dubitare: Caelum licet demus quod non sit igneum tamen tantam habet vim et potentiam, ut facile inferiora perverteret et tamen non pervertit, licet facile possit. Respondent quidam ad primam obiectionem, quod immensus aer non corrumpit minimam candelam, quia candela ut est ignea non maxima est activitatis et aerem virtus flammae facile superat. Sed hoc nondum sufficit quaero enim adhuc ego quomodo immensus aer posset pervertere inferiora, Cum aquae et terrae globus facile ipsi obstare possit. Sic nos aliter respondemus. Dum obicitur immensus aer non pervertit parvam Candelam etc. falsum est hoc quod non consumat. Nam licet nobis semper appareat flamma dum candela ardet, tamen non ardet eodem numero flamma, sed semper una flamma in aerem evanescente, nova sequitur quae iterum in aerem desinit, et ita semper ipsa flamma sequitur stupam et oleum, atque ex novo oleo et nova stupa nova etiam flamma continuo nascuntur.

Ad Secundum

Ad Secundum dicimus, Non valere consequentiam ab uno Elemento ad aliud, nam equilibrium elementorum non consistit in equalitate molis sed in proportione virium, Nam si moles Elementorum essent aequales mundus non staret, quia tam vires non essent aequales, densum enim maiorem habet vim quam rarum. Quae est igitur proportio inter Elementa. Respondet quidam aequalia esse Elementa secundum activas potentias, sed hi videntur decipi, nam videmus ignem maximae esse potentiae activae terram vero minimae, quia a calore dependet omnis activitas, et sic non est aequalis in dictis Elementis. Sed probabilius possumus dicere, quod in Elementis duae sunt vires, nimirum agendi et resistendi. Quantam habet vim agendi unum Elementum, tantam habet resistentiam alterum, Vis autem agendi est in calido et frigido, sed magis in calido, vis resistendi in humido et sicco, sed magis in sicco, Unde ignis est maximae activitatis et minimae resistentiae, Terra maximae resistentiae et minimae activitatis, Non corrumpit igitur magnus ignis minorem aerem, quia licet maxime agat ignis, tamen et aer maxime resistit. Neque aer corrumpit ipsum ignem quia licet ignis minimam habeat resistentiam tamen et aer minimam habet activitatem. Ad Tertium dico quod caelum agit in haec inferiora maxima vi, non tamen ut calidum et frigidum, sed ut quinta essentia, id est non ut contrarium sed ut dans vitam. Nam licet priore affectu caelum videatur calefacere inferiora, tamen et refrigerat. Aestate generat calorem id est ignem, hyeme vero eius oppositum nempe frigus et aquam, et ita utrumque praestat accessu et recessu. Sed his novum iterum suboritur dubium. Nam dicit Aristoteles in lib. de generatione et Corrupt: quod ex una hemina terrae fiunt decem aquae et ex hoc loco dicti, data est absurda occasio erroris, dicentium quod Elementorum inter se proportio est decupla et quod continuata

id est aqua

id est aqua ad terram est decupla, et similiter aër ad aquam,
Hic error maximus omnino et Aristoteli alienissimus etc. Nam
Elementorum ratio inter se, nec decupla est nec continua. Nam si
aqua decupla esset ad terram utique terra submergeretur. Po:
namus enim in uno vase unam portionem terrae, et ponamus decem
partes aquae videmus statim subsidere terram. Ego igitur credo
potius terram totam maiorem esse tota aqua, licet nemo
Cosmographorum uel Mathematicorum hoc ausus est dicere. Probo
autem ego euidentissime sententiam meam. Nam primo quo ad su:
perficiem tantum pertinet et non ad rotunditatem, certe aut
aqua maior est quam terra aut est illi aequalis, sed etiamsi
concedam terrae superficiem maiorem coopertam esse aqua quam
sit discooperta, tamen non multo est maior sed minimo, sam
uero quoad crassitiem pertinet dico terram multo maiorem
esse quam aquam, Nam testantur experimentatores profun:
ditatem maris non esse altiorem, quam aut unius aut ad summum
duorum miliariorum. Nunc autem cum iuxta Mathematicos
sphera ambitus sit triginta milium miliariorum et uniusque accipiamus
diametrum. Certe si aqua paulo tantum est maior secundum su:
perficiem, hic quoque terra habebit suam portionem, Postea si
mensurentur secundum crassitiem maior erit terra quam millibus
et nonaginta quinque milliaribus aut amplius. Deinde ex aqua
si fiat terra, uel uice uersa, uidebimus aut parum omnino deficere
ex alterutro aut nihil. Dicamus ergo breuiter, quod terra et
aqua uel sunt aequales uel non multum differt. Verum aër iuxta
dictum meum quoad utrumque est maximus. Videmus enim ex olla
calefacta aquae plena, tantum uaporis efflari, ut impleat totam
domum, et centum aut ducentis partibus maiorem uideri quam
enim fuerat aqua in uase. Sed quorsum dicit Plinius quod ex una

hemina

Hemina terrae fiunt decem aquae. Respondeo Arist: ibi non respicit molem et rationem Elementorum sed ponit numerum certum pro incerto, quasi dicat ex una hemina terrae fiunt decem aquae id est quasi decem vel plures quoque et ita locus ille excusabitur.

Concludit Arist: supra globum aquae et terrae, duo esse Elementa nempe aërem et ignem, sed addit quod ignis ille Elementaris non est propriè ignis, sed noster ignis verè est ignis. At hinc dubitatio nascitur. nam inde videtur sequi nostrum ignem esse potentiorem et validiorem Elemento ignis, quod tamen videtur non posse concedi. Nam ignis Elementorum est primum calidorum. Respondeo dupliciter posse locum dici dicimus aliquid maioris esse caloris et potentiae, Intensivè et extensivè, Intensivè id est per plures gradus, ut si dicam ignem esse calidiorem äere subintelligitur intensivè. Extensivè vero per molem et magnitudinem ut si plures ignes comparentur, Maior ignis maiorem etiam habet calorem scilicet extensivè non intensivè, Nam et paruus et magnus eodem modo calent intensivè. Dicamque igitur ad propositum quod ignis Elementaris calidior est nostro igne intensivè, noster vero calidior est Elementari extensivè, id est licet plures habeat gradus caloris ignis Elementaris, nam ille est verè ignis tamen non adeo urit, ut ignis noster. Nam ignis noster urit propterea quia multitudo caloris unita est et constipata in eo, Elementaris vero purior est et rarior, atque ita non valet consequentia. plures habet caloris gradus Elementaris, ignis vero magis urit. nam non hoc tantum requiritur ad multam ustionem ut adsint gradus, sed ut ii unitius vinciantur et constringantur, inde est quod ferrum ignitum vehementissime urit, adde quia calor in eo maxime est unitus et compressus, Subdit postea Philosophus proprietates aëris dicens, aëris superiorem partem esse calidam et siccam sed quorsum hoc dixit. nam non videtur hoc posse admitti Respondeo aut loquitur simul de globo aëris et ignis, ita ut ignis dicetur calidus et siccus, nam ignis est in

superiore

superiori aëris parte, aut vero dicendum quod loquitur compara-
tiuè uel per accidens, nam utique inter partes aëris, superior
est siccior quam inferior, Subiungit postea quod aër a duplici ex-
halatione redditur calidus et humidus, scilicet exhalatione calida
et sicca, et uapore calido et humido, Exhalatio ergo sui natura est
potentia ignis, uapor uero aqua, et ita ab utraque redditur aër
calidus, a uapore uero humidus. Sed quaeritur Cur non potius
redditur siccus ab exhalatione, quam humidus a uapore, Respondeo
exhalatio calida sicca, leuissima est et cito deserit aërem conten-
dens sursum, Vapor uero diutius illic residet et ita humidus
potius redditur a uapore quam siccus ab exhalatione. Quare
in suprema aëris regione non cogūntur nubes? In secunda parte
reliquum est uidere, Num in suprema aëris regione generentur nubes
et si non generantur quid impedit quo minus possint generari. Nam
scribit Arist: in libro de Ortu et interitu, quamlibet Elementi
partem posse mutari ~~et in aquam uel nubem. Sed locus frigidior~~
in quodlibet Elementum, Sed suprema regio aëris est pars aë-
ris. Ergo potest mutari et in aquam uel nubem. Secundo Locus frigi-
dior est aptior generationi nubis quam calidior, Sed suprema aëris
regio est frigida. Ergo aptior est ad generationem nubium. Minor
probatur hoc modo. Duob: modis potest omne calefaciens calefacere, uel
quia est calidum, uel per refractionem radiorum. Sol quod inferiora
calefacit calidus non est Ergo calefacit per radios. Jam uero
quicquid istis duob: modis non calefit Aut calidum non est, Quod
aut aëris suprema regio ab astris et a cęlo uel Sole non calefiat
Probatur, Nam ut dixi ista non sunt actu calida atque etiamsi dicamus
esse actu calida, quod falsum est tamen tanta est distantia Solis a su-
prema regione aëris, ut calor suppeditari inde nequeat. Di-
cunt n. Astronomi cęlum ab inferioribus distare Centum millibus
miliaribus uel circiter, Aëris uero suprema pars non est a ci-
na cęlo, Nam suprema regio aëris dicitur esse supra editissimorum
montium cacumina, fingamus igitur editissimorum montium fastigia

ad quinquaginta

ad quinquaginta miliaria, ibi erit suprema aëris regio, et
cogita quantum adhuc restabit ad centum milia miliaria, non
potest ergo calefacere ab Astrorum caliditate propter immensam distantiam
Sed nec a radiorum reflexione, quia ultra mediam aëris regionem
radij non pertendunt. Breuiter cum a nulla causa caloris ac:
quirere possit calorem suprema regio. dicimusque esse frigidam. ad quartum
non quia centum milia miliaria interiacent inter celum et terram
aër autem ex his paruum spacium occupat vna cum terra et aqua
Nam si diuidamus totam hanc distantiam, in nouem partes dico
quod octo erunt partes ignis et una tantum aëris. Ergo longissime
distabit a celo. Eodem modo radij quod eo non reflecti non possint
sufficienter, Dicamus ergo quod aëris suprema regio frigida potius
est quam calida, si frigida Ergo coguntur ibi nubes. Nam quemadmodum
caliditas dissipat nubes, ita frigiditas condensat. Ad has obie,
ctiones duas affert Philosophus solutiones secundum vulgi et falsas, primo dicens
quod fortasse debemus intelligere quod non ex omni aëre fit aqua. Secundo aë,
ris inferior pars non est purus aër sed similis aquae et ideo ibi
coguntur nubes illic minus. Hanc solutionem falsam statim intellexit
Arist: dicens quod si uerum hoc esset, Elementum terrae superaretur,
a magnitudine aëris et aquae, unde iam antea ostensum est, inter
celum et terram mediare ignem et aërem. Hactenus Arist: dubi,
tatiue tantum disseruit. Nam et ipse addit in fine. Hactenus disputatum
esto et ita miror, quomodo quidam defendant ista pro ueris. Sed ex his
uerbis iterum noua exurgit dubitatio, videtur enim celeste corpus esse Ele,
mentare, Nam in celo datur densum et rarum, purius et
impurius Ergo celum Elementare est. Respondet huic dubio Alexander
Hoc discrimen puritatis et impuritatis pendere in celo a splen,
dore et non splendore id est, ut habet aliqua pars stellam et ut
non habet, et iuxta hoc dicitur purum et impurum, sed non uere, At
ex aduerso obstat luna, in eodem enim corpore lunae uidemus puri:
tatem et maculas, licet non dici potest quod in loco macularum non est stella
ergo non lucet. Item una pars celi splendidior est quam altera

ergo adest

ergo adest puritas et impuritas. Probatur maior, nam una stella lucidior est altera quam alia. Ergo ex dictis iure adhuc possumus dubitare, quomodo in caelo inveniatur pars purior et impurior, et num ob id sequatur caelum esse elementare. Quod igitur ad causas huius diversitatis pertinet, Dicimus efficientem quidem causam ibi assignari non posse, cum in aeternis non detur causa efficiens. Sed quod ad finalem dicimus Maculas in luna esse argumentum opificii divini, ideo enim Deus Opt. voluit lunare corpus tanquam inter caelestia ignobilius, quibusdam impuritatibus et maculis aspersum esse, ut ostenderet semper, ab ignobilioribus ad nobiliora esse processum, ut etiam inter Elementa ignobilissima est terra nobilissimus ignis. Quod vero ad causam materialem, si illa dari potest. Dicimus in causa esse corporis illius, densitatem et raritatem quod quam verum sit de inferioribus patet omnibus, Ignis Elementaris propter maximam suam raritatem non habet lumen neque cernitur, eodem modo et aer qui et ipse rarissimus est. Sed cernimus postea ignem adiunctum corporibus aliquibus densis vel condensatis. unde si condensatur a suo contrario extinguitur et non uritur neque lucet, si a sicco tunc uritur aut et lucet, ut patet de ferro candente, in quo uritur ignis sed non lucet, lucem non habet, item in papyro in qua lucet ignis sed tamen densior pars lucet quoque uritur, flamma enim quia longissime distat a lychno et rara est, quanto vero vicinior papyro vel lychno tanto densior. Ita se res habet de stella quanto densior est stella tanto magis lucet, quanto rarior tanto minus, unde solem possumus iudicare densissimum propter immensam lucem, Ergo de luna quoque possumus vaticinari (maculas divinari) quod obscurissima illa pars est et rarissima, et rarissima quia ignobilissima et ignobilissima propter providentiam ut dictum est. Sed dices si maculae in Luna nihil aliud sunt nisi pars rarissima Lunae, quomodo igitur ex interpositione lunae inter aspectum nostrum et Solem provenit Eclypsis,

cum Luna

cum Luna rarissima lucem transmittere potius debeat,
R[espo]ndemus per distinctionem. Maculae lunares comparari
possunt, vel cum partibus eiusdem Lunae lucentibus, vel cum
radijs solaribus. Si comparentur inter se dicemus illas partes
illas Lunae maculatas esse rariores quam partes lucentes, sed
si respicias ad solem dicimus quod licet sint rarae partes illae tamen
non tam rarae ut transmittant lucem solis. Sed hic demum
iterum possis quaerere Cum responderimus caeli partes lucidas
et obscuriores effici à denso et raro, orbes caelorum sint ne
diversae speciei, an unius et eiusdem? Ex una parte videtur
debere dici omnes orbes esse eiusdem speciei, Nam densum et
rarum non differunt specie. Item si differret, Ergo Arist: non
recte invenisset naturam simplicium distinguens omnia in quatuor Elementa
et quintam Essentiam quae est caelum, Praeterea errasset 2 Caeli
dum à Luna concludit omnia Astra esse Sphaerica. R[espo]ndemus
cum Quaest: 2 Caeli Quod totum caelum est tanquam magnum ali[quod] ani-
mal, et orbes sunt tanquam membra ipsius animalis, et quemadmodum in animali
singulae partes singula obeunt munia; ita in caelo accidit motus
diurnus et particularis. Concludamus ergo caelorum orbes non
distingui specie, sed sunt tanquam partes distinctae unius individui.
Ex supradictis vero adhuc restat aliquid dubitandum Concessimus
in coelo dari perfectiorem partem et imperfectiorem, Ergo sequitur
quod in coelo datur remissio. Si remissio ergo admixtio contrarij
Nam omnis remissio fit ex adiunctione contrarij. R[espo]ndemus cum
Comm. et Quaest: Negamus hanc consequentiam in caelo adest
remissio ergo contrarietas nam 2 Caeli dixit Philosophus, meridionalem
polum esse nobiliorem boreali. Ergo datur remissio Ergo contra-
rietas, falsum est inquit Quaest: quod ostendit ab Elementis, singula
Elementa binas habent qualitates, quarum altera semper est in remisso
gradu, sed tamen illa remissio non fit per admixtionem contrarij
nam Elementum iam non esset corpus simplex. Aer est humidus
et calidus

et calidus, calidus quidem in remisso gradu, dices er-
go à contrario, negatur hoc, Nam nulla est frigiditas in
äere, quę ipsius caloris vim in äere compesceret, et ita di-
cimus quod concludere eo modo non licet, Nam dantur qualitates
quę licet remittantur et habeant contrarium non tamen à contra-
rio remittuntur, ut lumini tenebrę dicuntur esse contrarię
et tamen tenebrae non sunt causa remissionis, Vere tamen
loquendo lux et tenebrae non sunt contraria, nam contrari-
orum utrumque debet esse ens positivum, ut calidum et frigidum
sed privatio nihil est, ut cum tenebrae nil sint, non sunt con-
traria ipsi lumini. Item sic arguitur lumen est qualitas potest
intendi et remitti, ut die maior est lux nocte remissior, et
non remittitur à contrario quia contrarium non habet, Ergo
non omnis remissio fit à contrario, Sequuntur iam verba Textus
Cęlum quia semper movetur circuitu et una secum rapit inferiora
quoque necesse est ut sphęra suprema Elementaris calidissima quoque
sit cum alteratur à motu cęlorum. addit rationem imaginemur inquit
terram et alia Elementa esse in potentia calida, vel frigida
humida sicca, postea actu talia reddantur à cęlo. Unde colligit
quod per motum et immobilitatem omnia Elementa sunt vel
calida vel frigida: Sed tamen Notandum quod expositio ista motus et
immobilitas falsa est, Nam immobilitas in Elementis non datur, cum
Solus Deus est immobilis, sed dicamus quod certe Concludamus
nos ex his verbis cum Vicomercato quod Textus innuit, omnia Elementa
acquirere feruorem, à frigiditate vel longinquitate cęli. Sed quid est
quod dicit Textus esse immobile motu cęli est frigidum esse, sciat
quod Elementa quo magis cientur motu cęli tanto magis calent
Per medium vero et circa medium exponunt quidam terram et
aquas distincte, quidam pro uno globo. Item per verba duo illa

frigidissimum

frigidissimum et gravissimum, item exponunt quod ad terram et aquam, terram quod gravissi: alii utrumque simul. Nam gravitas et levitas distincte non debet considerari in hoc libro sed alibi

Viderbamus supra ex Arist. omes qualitates Elementorum provenire simul et conservari a cęlo. Sed hoc non debes intelligere de uniuscuiusque particularis qualitatis productione et conservatione sed de totius Elementi qualitate. Nam exempli causa dum aqua igni admota concipit calorem ab igne, non a cęlo calefit, At Elementi totius qualitas tota provenit et conservatur a cęlo, ut Elementa hanc qualitatem et naturam vel proprietatem quod semper ad sua loca tendunt non aliunde habent nisi a cęlo. Quod si vero natura Elementi pervertatur ut id quod sursum tendere deberet inferius collocetur illud Elementum perire debebit, Nam non aderit suum conservans nempe cęlum, Sed hic attende, quod Cęlum duo habet instrumenta et media quibus producit rem et conservat nempe motum et lumen, quod per radios ipsius gubernatur. Quaedam igitur Elementa iuvantur per alterum tantum instrumentum quaedam non. Ignis exempli causa producitur simul et conservatur a cęlo, sed non refractione radiorum Nam illuc radii aut non perveniunt aut si perveniunt, sunt valde debiles et imbecilli, sed producit illic ignis a solo motu cęli. et quia ille motus producit ignem, et ab eo motu conservari solet natura ipsius, ideo et ignis sursum semper tendit, ut iuxta naturam suam ibi quiescat et conservetur. Haec est summa [illegible] de qualitatibus Elementorum. Sed ad rem ipsam ulterius est nobis progrediendum et decantatissimae illius mediae Regionis aeris proprietatem videamus. Diximus enim paulo ante terram ignem terram aerem a cęlo acquirere suas qualitates. Si ergo Cęlum est causa qualitatum in Elementis, quia media aeris regio, ab omnibus indicatur esse frigida, aut iuxta quosdam frigidissima, iure merito

a nobis

a nobis quaeri poterit. Media aëris regio unde acquirat frigiditatem, Secundo Eadem regio media, sit ne fri-gida tantum an vero frigidissima. Quod ad primum. Quamuis in Scholis vulgatum sit, quod omnis effectus positiuus habet causam effectiuam positiuam, tamen quia diximus supra omnes Elementorum qualitates prouenire a caelo et illud debet fieri per actiones motus et luminis quia utrumque dicitur caliditatis et non frigiditatis causa. Inde sic sumus sententiam, quod frigiditas mediae regionis non habet causam positiuam sed priuatiuam. Nam ista quidem Regula, Omnis effectus positiuus habet causam positiuam valet in omnibus alijs qualitatibus et primis et secundis, sed in frigiditatis productione non valet. Quod valeat de Secundis qualitatibus inde colligitur nam Exempli causa dulcedo prouenit a calido temperato et ita habet causam positiuam unam ex primis qualitatibus. Item densitatis causa est etiam positiua id est una ex primis qualitatibus uero contrarijs. et est frigiditas atque ita valet Regula data de omnibus secundis qualitatibus: Sed et de primis qualitatibus valet excepta frigiditate, ratio est cur ista debeat excipi, Nam ut diximus cum ipsa qualitas sit ipsa frigiditas, et primae qualitates non habeant alias qualitates se priores ex quibus oriantur necessario aliunde oriri debent, et si aliunde omnino dicere debemus quod a caelo, sed caelum non producit per se frigiditatem sed tantum calorem ut ostenditur ex ipsius instrumentis motu et lumine quae semper producunt in inferioribus calorem, producere quidem possunt et alias qualitates, ut sunt humiditas et siccitas. Nam diximus omnes qualitates a caelo produci, sed producunt disponendo, Nam dicit Aristoteles quod omnia ista inferiora habent in potentia humiditatem et caliditatem sed disponuntur a caelo. Debemus ergo dicere quod frigiditas ipsius mediae regionis aëris habet causam priuatiuam et non positiuam. Modus autem hic est. Videmus utrasque contrarias qualitates

non abesse

non abesse simul et semel a corpe apto nato, sed alter utra inest ipsi rei, Ergo aut calent omnia aut frigent Calent quidem a motu celi, frigent vero aut pp aquam aut ob absentiam celestis motus, Ita igr et media regio aeris frigida e, nam radij solares non pertingt, nec motus celi est ipsi vicinus, et ita a priuone utriusq cois caloris redditur frigida. Nec putet qs esse absurdu quod dicimus, priuatiuam habere causa ipsam frigiditate mediae regionis. Nam qs ignorat remoto uisu statim consequi cecitatem, Ita ut et cecitas habeat similr cam priuatiuam, In hac eadem est sntia Querc: cu mgr 2 celi; Ab actione solis fit calor et raritas a priuone uero ipsius densitas et frigiditas. Eodem mo Arist in Cap: de pluuia dt Vaporem sursu tendente ideo frigescere et condensari in media regione, quia deserit a calore illo qui ipsum sustulerat, ergo innuit ipse quoq quod frigescere in media regione puenit ab absentia caloris. Concludamus ergo quod frigiditas mediae regionis aeris habet causam priuatiuam nempe absentiam eorum rerum que calefacere poterant, ut e celi motus et lux per radios calore producens. item calor ignis. Sed dato quod media aeris regio frigida e non a ca positiua sed priuatiua, Consequenter qritur, Sit ne frigidissa an uero frigida tm. Licet tanta multitudo Philosophancium in hoc errore uersetur ut vix quempiam inuenias qui oppositum huic sntie dicere ausus sit, nos tn constanter negamus, mediam aeris regionem esse frigidissimam extreme, Idq hac rone ducti. Si media aeris regio esset frigidissa, Ergo illic esset Elementum aque, sed consequens e falsum Ergo nec antecedens uerum. Maior et minor facile colligitur ex lib: de gnatione. Quin imo ego dicere ex tam multis audeo Mediam regionem aeris aliquantulum esse calidam, tn abesse ut sit

ut sit

ut sit frigidissima. idq. certissimis fundamentis probo.
Primo quis negat in mediam aeris regionem ascendere exhalationes calidas et siccas, Item vapores calidos et humidos, At ab utroq. calore sortitur media regio Ergo calida est a duplici exhalatione calida, tanto magis quia aer est maxime passivus et facile combibit actiones duplicis caloris cum igneus sit calor et valde activus. Sed obicies, forsse in ascensu deperdit vapor et exhalatio illum calorem quem ab initio sui conceperat et hoc modo non inferet calorem mediae regioni Stultissima est haec dubitatio Nam quis ignorat et vaporem et exhalationem a calore attolli in mediam regionem et ubi primum iste calor evanescit, qui ipsa sustulerat illico consistunt et non amplius contendunt sursum. Inde et est quod si illud quod ascendit eo sit igneum nempe calidum et siccum: non consistit in media regione aeris, sed ulterius ad supremam usq. regionem erumpit. Dicimus ergo istos vapores sursum ascendere calidos et ab eis media regionem aeris aliquid caloris mutuari. Secunda causa est contactus aeris superioris. Cum enim aeris suprema regio sit calida et sicca propter vicinitatem ignis, agit suo calore in contiguum aerem, et illi quoq. indit calorem, quia omne contiguum patitur aliquid a suo contiguo. Dices fortasse non datur ignis ille Elementaris, qui dicitur esse contiguus supremo aeri. Respondeo Unus Arist: Autoritate facile nobis possemus persuadere inter coelum et terrae et aquae globum duo esse media Elementa, nempe aerem et ignem, et multis verbis supra eum libro declaravimus. deinde Arist: in Cap: de pluvia dicit terram emittere exhalationes sursum, tum calefactam a radiis solaribus. tum a calore superno et certe calor supernus esse celestis calor non potest. Nam illum significat per radios, ergo Elementaris, Videmus ergo mediam regionem esse vel calidam aliquomodo vel certe non frigidissimam.

Immo addo ego.

Immo addo ego quod media regio aëris esset calidior
quam infima regio nisi infima regio calefieret à radijs reflexis
Nam omnis res propinquior agenti magis recipit in presentia eius
agentis, quam id quod est remotius. Sed media regio aëris
vicinior est agenti cælo quam infima regio Ergo inde quod
sequitur. Tertio tandem veritatem certissima quadam probo Ex-
perientia; Cum ego primi essem in vertice montis Vene-
ris infra me pluebat in valle, in iugo vero sudum erat. Utique
tamen eram in media regione aëris ego, nam excesseram
generationem pluviarum, et tamen nixo ullum discrimen caloris
illius mediæ regionis et inferioris deprehendi. Concludamus
ergo mediam aëris regionem non esse frigidissimam
Sed cur à gravissimis Auctoribus etiam frigidissima dicitur
Respondeo Comparatione supremæ et infimæ regionis dicitur
frigidissima non absolute Nam utique frigidior est, quam
illæ duas regiones circumstantes, et etiam calidum ut di-
ci solet comparatum cum re minus calida dicitur minus cali-
dum esse frigidum. quomodo ergo media aëris regio,
condensat vapores in nubem cum non sit frigidissima
Respondemus pulcherrima ista speculatione, quomodo frigiditas
illa modica, aut potius caliditas remissa mediæ regionis
in causa sit ut vapores condensentur. Sed adverte vapor
ille sursum ascendens dum incipit moveri sursum est multo
calidior quam media regio aëris, nam in infima regione
fovebatur à radijs Solis. Jam vero ubi sublatus est in
mediam regionem deseritur à radijs quia radij eo non per-
tingunt, Ergo concipit aliquid frigoris à media regione et
postea parum ab illo frigore modico addensatur, et
tamen ultro et à sua natura magis condensatus vertitur in nubem,
ita ut tamen principium det illi et occasionem ad condensationem

ipsa

ipsa frigiditas mediae regionis quantulacumque sit ut
saltem irritare possit, Breuiter habet intrinsecum
principium uapor ad hoc ut sit aqua, nam fuit aqua et ita
mouente re aliqua nacta conferente vim passo statim redit
in suam naturam. Hoc quam uerum sit ostendunt Experimenta
Si tu conscendas supremum gradum Scalae, quia ex propria tua
natura grauis es, hic saltem ex illo primo gradu deijciaris in terram
usque cades. Eodem modo vinum primo bibitum non inebriat, quia
actu frigidum et non calidum, sed a calore nostro concipiat a
liquid caloris ita calefaciet ut inebriet. Sed hoc Exemplum sub-
ijciamus quod ex diametro illi videtur, videmus in distillationibus
rosarum et aliarum herbarum. Vapor rosarum ascendit usque ad illud
operculum a quo debet contineri ne euanescat sed in aquam
uertitur, illud operculum frigidum non est immo saepe calidum
sed quia frigidius est quam uapor rosarum, quia uapor vicinior
est igni, ideo id tantum frigoris indit uapori quod debet et quod suf-
ficiat ad occasionem illam uertendi in aquam et condensandi
ipsum uaporem quem ab igne raritatem acceperat. Eodem modo igitur
se res habet et de pluuia. Ex his oritur unum Corrolarium.
Aëris mediam regionem non esse frigidissimam sed in tantum frigidam
ut sufficiat condensando uapori in pluuiam, Est autem media regio
frigida, tum a causa positiua tum priuatiua. Positiua quidem est
aqua ex uaporibus ibi condensata et nata, quae principium con-
densationis habuit a modico frigore mediae regionis, et postea
uersa in suam naturam auxit frigus mediae regionis. Priuatiua
uero causa frigoris mediae regionis est absentia eorum instrumentorum
quae a caelo calorificam vim habent. Addamus simul hoc
quoque quod caelum dat et conseruat proprietates et qualitates omnium
Elementorum unde dicit Aust: Omnem virtutem Elementorum esse a caelo

Notus

Motus cęli dat calorem ipsis Elementis calidis, Idem
cęlum dat frigiditatē Elementis frigidis imobilitate Ith
Quęri: 2 Cęli 34. Motus cęli dat Elementis motum, le=
uitatē et calorē, et quies cęli dat quietem et grauitatē
His habitis iure cum Philosopho circa hoc quęremus, Cogātur
ne nubes in suprema regione äëris. presertim quia hactenus
sufficienter ostensū est quod cogantur in media regione. Di=
cendum itaque breuiter ad illud dubium, quod tanta est velocitas
et perpetuitas motus supremę regionis, ut non possint illic vniri
et condensari nubes. Nam licet vna cum motu ipsius cęli mo=
ueatur totus äër, tamen partes inferiores non ita ipsius mouentur
ita ut quiescere videantur, Scribit enim Arist: In summitate
montis Olympi qui porrigitur usque ad mediam regionē, litte=
ras et characteres vnius anni, repertos esse in puluere inte=
gros. quod non esset nisi media regio äëris quiesceret. Dicimus
ergo mediam regionē non moueri eo modo a cęlo sicut mouetur
suprema. Quoniam motus quanto vicinior est mouenti tanto velocior
sed motus cęli vicinissimus est supremę regioni et medię non ergo
Possumus tamen et concedere et affirmare quod et media regio moueatur
sed maxime debiliter. Primo quidem propter longinquitatē mouentis
Secundo quia quicquid dedecorat velocitatis et motus ipsum cęlum
id totum retardant magis ac magis montium cacumina in me=
diam regionē eductae, facilime est itaque in media regione cogi
nubes. sed in suprema non item. Interim tamen concedimus etiam
in supremā regionē interdum peruenire vapores humidos siccis
admistos, qui etiamsi paruz addensari incipiant, statim tamen
iterum dissipantur. Inferimus ex istis quod nec in inferiore regio=
ne fiunt nubes pluuiales propter radiorum verbera, nec in superiori
propter velocitatem intensam. Secundo Notandum quod hiberno tempore

maximam

maximam habemus mediam regionem et infimam mediam.
Ratio est nam media regio ea est quo extenduntur radij
reflexi, sed hyeme quia sunt obliqui radij minime reflectunt.
Aestate contra minima est media regio propter radiorum longam refle-
xionem. Infima uero est longissima. Nam cum ea dicatur
infima regio quae est terminus radiorum reflexorum. Isti autem
tam maximi reflectuntur cum directe proijciuntur. Dicimus
quod propter has causas hyeme quidem media regio maxima est aestate
uero minima.
Secundus huius partis quarti Capitis primi Meteororum. haec tantum
est summa conatur nobis declarare Philosophus quomodo calor in
inferioribus producitur. In quibus tanta sunt dubia quae contra
Philosophum afferuntur, ut in plerisque locis ab interpretibus deseratur
Quod nos antequam uideamus sciendum hanc esse huius conclusionem:
Omnia alia corpora celestia insufficientia sunt ad calorem in infe-
rioribus producendum, preter solem qui solus sufficientissimus est.
Connexio uero huius Capitis secundi cum superioribus manifesta est
Cum enim demonstrauerit supra celum non esse igneum iure pote-
rat queri quomodo ergo calefaciunt. Sed hic dubium quoddam
insurgit. Rerum inter se iunctarum unicus debet esse Tractatus
sed calor et tactus res sunt iunctae, Ergo et calor deberet
tractari in lib. de Anima ubi tactus. Respondeo Aristoteles non disserit
hic de calore in quantum afficit sensum, sed in quantum producitur ab astris
et quidem in aere. cuius regionis cum sint Meteoris Philosophus hic
examinat. Ostensurus itaque solem solum ad producendum calorem
sufficere ita loquitur accipiendo unam hypothesim cum duabus aliis
Ad calorem inquit producendum requiritur primo ut calefaciens sit
proximum et uicinum. Secundo motum habeat concitatissimum

Tertio.

Tertio corpus illud calefaciens sit solidissimum ut quam maxime atterat aërem, hasque conditiones si uel una desit non erit causa sufficiens calefactionis. Quod igitur praeter solem nulla stella habeat omnes has conditiones ostendit. Luna licet sit vicinissima tamen tardissima et rarissima est. Tardissima quia maxime distat a supremo mobili, Rarissima quia non lucet Quod autem tardissima sit colligitur inde, nam quando duo corpora aequale spatium absoluunt in eodem tempore quorum alterum maximum alterum breuissimum est, dicimus quod breuius spatium percurrit minus et tardius est. At ita se Luna habet Ergo. Secundo Superiores stellae licet uelocius moueantur, tamen remotissimae sunt ab aëre et ineptae ad producendum calorem. Sol uero solus est ut Philosophus, qui omnes tres conditiones admittat. Nam et uelocissimus est, et solidissimus et vicinissimus, Nam est Sol iuxta Philosophum et Platonem collocatus supra lunam immediate

Hanc suam opinionem probat Arist: euertendo aliorum sententias qui dicebant caelum calefacere quia sit igneum. Dicit enim quod si caelum esset igneum, multae illinc prouenirent stellae cadentes, sed tales stellae ibi non proueniunt, Ergo. Secundo Si astra essent ignea maxime esset Sol, sed Sol igneus non est probatur quia non est rubens. Ergo. His fundamentis Arist: ita quidam resistere conantur. Arist: colligit caelum non esse igneum quia ibi non sunt stellae cadentes, sed petit principium. Nam ego dubito num hoc uerum sit. Secundo Si uerum esset hoc fundamentum Ergo Elementum ignis non esset ignis, quia in ipso non apparent cadentes stellae. Alias quoque inuenietis obiectiones apud Philoponum qui credit caelum esse igneum. Nos uero Respondemus ad primum. Congrue Philosophus usus est exemplo Stellarum Cadentium, Nam de iis

in sequenti

in sequenti statim capite agit, principium autem non petit.
Nam dico impudentissimi dubitat adversarius in caelo esse
stellas cadentes. Nam si caderent de caelo stellae, iam ce-
cidissent omnes praesertim data motus aeternitate, Ergo quicumque
de hac re dubitat, dubitet si esse hominem, ne dubitet se
esse stultissimum asinum. Quod ad secundum. Nil habet
hic Buonaferreus quo tueatur Philosophum, sed dicit quod valet ar-
gumentum Aristotelis de caelo sed de igne non valet. Qualis est
ista responsio. Cur non valet in Philosophe de igne et va-
let de caelo. Nam dicere de hoc valet, de hoc non valet
non est respondere sed nugari. Sed hoc dicamus potius quod
ignis Elementum ex sui natura adeo rarum est ut penitus insen-
sibile sit, unde vapores illos et halitus ex quibus generantur ca-
dentes stellae non sinit ad se ascendere. Nam quia ascende-
runt ex terra et aqua, crassiores sunt illo simplici igne
Ergo ignis ille simplicissimus non patitur admisceri sibi tamquam
se graviores, sed respuit in vicinum aerem, et ita in igne
non fiunt talia Phaenomena nec apparere possent propter raritatem
in caelo vero apparet nam densius est. Secundum fun-
damentum erat. Si caelum esset igneum maxime esset Sol
Sed Sol igneus non est quia non rubet. Buonaferreus movet
hic talem obiectionem contra Philosophum, Non omnia ignea sunt rubea
Ergo Philosophus fallitur. Probatur antecedens. Ipse enim Philosophus
dicit galaxiam nil esse aliud quam accensionem halitus sicci
id est ignem, et tamen Galaxia alba et non rubea. Secundo Phi-
losophus quoque ecclipsim ita infringit. Dantur plurima rubea

maxima.

maxime frigida, et contra alba magis calida ut cal[...]
Ergo Conclusio Philosophi non est vera, a colore ad Colorem
Respondeo. Multa enim inueniuntur ignea alba, sed id prouenit
ex densitate et raritate subiecti. Si ignis insit rarissi[mae]
rei apparet albus ut flamma est alba. ignis vero existens
in re densiore rubens est ut in ferro candenti. Ita si Sol
esset igneus quia corpus est densissimum et solidissimum
magis ruberet. Quod ad Philosophum dico quod a colore
ad colorem valet argumentum sed distinguendi sunt colores.
Nam quidam color est simpliciter rubens, quidam non simpliciter sed
est coruscans ut ex ipsis causa. Lux vero albedo quaedam
sed coruscans et eadem lux modo magis calefacit modo minus
Quando est magis alba, non calefacit propter raritatem, quanto
vero magis coruscans tanto magis calefacit. Atque hinc patet
et quomodo differant Lux et Albedo. Nam lux quae
licet sit alba tamen non debet proprie albedo appellari, sed
excessus albedinis ex nimia luce proueniens. Dico itaque
quod omnia sunt ignea quaecumque luce coruscante lucent, aut alba
aut rubent in inferioribus. Caelestia quoque sunt alba albe-
dine coruscante, et ideo calefacit simul et lucet, sed
non quia sit igneus. Nec est quod aliquis obiiciat Solem
occidentem rubere, Nam id fit per accidens nimirum quia
dum transmittit radios per vapores densos, ipsius
quoque lux illi densatur et relicta albedine fit rubea

Cur Sol occidens rubeat.

Prognosis Mathematica de decubitu aegrorum

Inprimis obserua progredientem Lunam, sitne in augmento, an decremento sui cursus, non luminis, in quo multi decepti sunt.

Si igitur eo tempore quo quispiam primum decumbit, Luna in aliquo signorum 12. suo motu nouilunii incipiat accedens ad oppositum signi, partem (pars autem signi opposita est, quae inde et ex diametro distat) perfectiore ... etiam coniunctionem cum Sole faciat. Vnde tandem a augmentum facto in XVI. parte egressa, soluta iam coniunctione, in orbe sui cursus magnitudine tendit, accidet infirmum sub ad. ... in CLXXX

Si in primum decumbente infirmo, Luna cursu suo diminuta incedat, morbi ad oppositum usque signi partem protractus, ubi extra Diametrum (vel est) ab opposito exierit, in salubriorem ... transmutabitur. Aduerte autem et motus seu testimonia stellarum ...

Si eo tempore incipientis decubitus Luna in cursu maiorem tendat, itemque autem et in Schemate Solis (C aspectus ... vocant) extiterit, augebit morbum, et periculosiorem faciet. Si autem et lumine et motu creuerit, inevitabile infirmo periculum dabit ubi diametrum attinget.

Quod si in aduersatem Solem Iuppiter 4 forte ... derit, ipsa una cum Ioue Soli Schema offenderit, morbum quo ... fieri potuit, leuiorem faciet, siue etiam in Schemate tetragoni Iouis (quadratum ... vocant) exstant, infirmus sanitatem respicit adueniente diametro.

4. Si in Saturni aderit Schemate accepti cuiusdam
hic corpus diminuit, in fine [illegible] [illegible] in-
firmus reponet, adulterata accepti cuiusque parte CC.
Si vero et postquam a Commendatione se redderit, in [illegible]
rem cuiusque fecerit, mortem inevitabilem inferet a [illegible]
partem accepti cuiusque CLXXX.

